BIBLIOTECA NAZ.
XXVI
D
28
NAPOLI

XXVI
D
28

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXVI
D
28
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

MINISTERIVM CARDINALIS MAZARINI

Cum

OBSERVATIONI-
BVS POLITICIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

DECLARATIO

Quorundam Dubiorum

IN

ADMINISTRATIONE

CARDINALIS

MAZARINI

LIBER PRIMVS.

Inter cætera objecta ſunt Cardinali Mazarinio, quædam incommoda, de quibus, quod per ipſius adminiſtrationem rebus noſtris acciderint ipſe rationem redderet. Obſeſſa fruſtra Orbitellus & Lerida, auxilijs Neapolitanis deſtinata interverſa, & Curtræa ab Hiſpanis recepta, exempla producuntur incommodorum. Examen igitur eorum ſumimus hac prima in parte ſermonis.

CAPVT

A miniſtris principum non eſt exigenda ratio de eventu conſiliorum,

ANTEQVAM cauſam Cardinalis particulariter diſputemus de opprobriis illis, oportet ut generaliter conſideremus,

 cam

eam demum exoticam & præduram fore conditionem eorum, qui in republica ad munia civilia aut militaria vocantur, ſi rationem reddere teneantur de eventu omnium omninò conſiliorum, & de ſucceſſu cuiuscunque inſtituti. Nemo enim vnquam ea lege vellet admitti, adeò vt ſumma ſolitudo in Senatu principum, & ſumma penuria ducum per vniverſum Orbem terrarum eſſet futura.

Idem eſt fatum vitæ civilis, quod opificiorum & rerum naturalium: æque impoſſibile per ſeriem diuturni belli, & tricas negotiorum arduorum, vt omnia reſpondeant votis gubernatorum, vti impoſſibile eſt, machinas exactum ſemper ſervare motum, aut vim naturalem pergere in perfecta vniformitate operationum. Quemadmodum ſemper hoc aut illud corrumpitur, aut cæteris reſpondere deſinit; vis etiam contraria impedit, adeoque cæterorum frangit proceſſum ita ſemper aliquid adverſi admiſceri gaudet fortunæ principum, adeo vt nubes atræ identidem recurrant, quæ turbent, & ſudum obfuſcent.

Id verò inde provenit, quod rerum arbitri, quantacunque polleant ſapientia, aut labore frangantur, non ſoli agunt. non ſemper ſortiuntur ſecundos, vbi nec cauſæ executionis inſtituti rationem per omnia ſequuntur quæ ſibi vtique conſtat, per delineationem regularem & juſtam, apparatumque expeditum, & media ad ſucceſſum neceſſaria.

Accedunt etiam caſus, humanæ ſagacitati impervii, qui faciem rerum immutant, & curriculum divertunt. Hæc autem Deus permittit, vt principes terræ modeſtiam ſumant, ne nimium turgeant in proſperis, ſi fortè perpetua obtingerent etiam infeliciores à deſperatione proclivi retrahat, ex prompto regreſſu ad proſperiora, cum fortuna in rebus humanis vagari amet dubia: ſive vt ſic hoſtes. bello occupatos reducat, diſponatque ad fæliciorem concordiam, quos hinc felicitas vniverſæ ſeges, illinc peni

perniciſſimæ calamitatis ſtrages longiſſimè dirimeret, ſive vt utroſque doceat,redactos eſſe ad vſum pruden-tiæ,ſive moralis,ſive civilis,quam actionibus circumdente ſuo ſuo in quosvis caſus imperio , cum clavem rerum ſecundarum & ſequiorum,quæ mortalibus diſpenſantur, nunquam ponat.

Quicquid ſit,modo liceat ingruentia mala , quæ proſperiora temperant,non vægrandia ſuſtinere,& finem principalem, ad quem contenditur,aſſequi , ædificiumque ex fundamentis ad verticem & colophonem conſurgat,nullo penſo huius aut iſtius ærumnæ, tametſi tempus amplietur & impenſæ præter ſpem creſcant, Quicunque potiora deſiderat,cælum fatigat votis, fortunæ nihil relinquit,vbi potiſſimum illa jus ſibi vii dicat, ſtabilitatem denique quærit in rebus ad revolutiones & viciſſitudines natis.

CAPVT II.

Ratiocinatio ſuperioris capitis firmatur exemplis, quæ per regna Franciſci I. Henrici II. & Henrici IV. contigère.

NE verò quis putet, ratiocinationem ſuperioris capitis carere exemplis,iiſque plurimis , & opprobria clientis,cuius cauſam ſuſcepi, videantur æque rara , vti obtrectatores ea faciunt criminalia , liceret mihi per vniverſum campum omnium omnino ſeculorum , apud qualcunque Nationes , penes quas Virtus emicuit rebus præclarè geſtis , & ſucceſſibus memoratu dignis, demonſtrare , nullum ferè eximium inveniri virum, cui fortuna perpetuo,ſine intermiſſione faverit. Hinc ſane nunquam notatus dicitur ignominia , nunquam ad ſupplicium poſcitur , nunquam locum , cum

virtus in ſacrario Honoris meruit, amittit, quin æqua fama eum fuerit tutata.

Apponam obſervationes quaſdam, in meum uſum olim ſelectas, quas neque lectori æquiori ingratas fore confido. Non tamen extra oleas noſtratis hiſtoriæ vagabor, aut ultra unum ſeculum recedam, adeò ut capita diademate ornata ne contingere quidem velim, aut arbitros ſupremos mundi cenſere: qui ſuperiorem neſciunt, & tamen laborum ſocios, gloriæque participes ſuſtinuère. Quicquid igitur de iſtis poterit applicari per ſeriem neceſſariam; cum juſtiſſimum ſit oculos ad inſtrumenta utriuſque eventus, ſecundum cauſam principem reflecti.

Regnum Franciſci I. nihil fuit minus celebre, ob infortunia, quibus eximi non potuit: victoria Mariniana, & Ceriſoliana; auxi in I. atreſio illata & regreſſus; Provinciæ aſſertio, & ſucceſſus per Italiam Belgium, Picardiam, & Campaniam proſperiores a nu la fortunæ novercantis perverſitate oblitterari potuère, adeò ut cognomen Magni relictum ſit Franciſco noſtro, poſt perdita aliquot prælia, amiſſas provincias, & ereptam libertatem.

Nemo Henrico II. inter principes illuſtres locum negabit: & ut multa in compendium conferam, & grandia reducam in ſynopſin, ſatis erit, ſi recordemur, genium Caroli V. ſeſe ſen per ſubmiſiſſe illi, adeo ut Henricus noſter ſemper tulerit potiora in negotiationibus & pactis, ſemper ſuperior in bel[illegible].

Philippus II. tamen eundem ſuperabat, uti ille parentem. Inducias fregit, ex perſuaſione Pauli IV & Guyſiorum, & huc, tanquam ad ſcopulos colliſus fecit naufragium, luitque errorem vano ſucceſſu belli Neapolitani: duobus prælii[illegible] adverſi[illegible] ad ſanctum Quintini & Grevelingam, adeoque pace Cambreſianâ, ut una diecula reddidit, quæ triginta annorum ſpatio recuperari non poterant, reſerata[illegible] ſtra, bellis civilibus, quam externis clauſerat.

Regnum liberorum ſibi invicem ſuccedentium ſilens

pìæ.

præterivehor, quibus dux Andegavenſis Europam ſpe inani explebat, egregio jacto fundamento futuræ gloriæ, cum geminam victoriam ad Iarnacum, & ad Moncontutium feliciter obtinuit, unde inter plures candidatos coronæ alicujus primas tulit, illuſtriſſimis competitoribus prælatus. Henricus III. vero non ſervavit Andegavenſis promiſſa, unde ædificium non conſurrexit ad faſtigium & magnificentiam, ex menſura fundamenti.

Regna trium fratrum non attingo, ut expeditior conſiderem illud Henrici IV. Fatendum utique nullam unquam virtutem apud noſtrates illuſtriores ſparſiſſe radios & fulgores; nullam unquam dexteram celebriores tuliſſe palmas, nullam unquam victorem ſplendidiora exiſſe tropæa. Ille enim exiguo apparatu magna præſtabat. Ut thronum, qui debebatur, conſcenderet, conculcanda prius erant capita Europæarum Nationum, quæ obſtabant: ter collatis ſignis fuit ſuperior, trecies quinquies interfuit exercituum conflictibus, centies quadragies ipſus pugnavit, trecentas inſtituit obſidiones, quibus gradibus aſperam illam viam confecit.

Prudentiſſimus tamen hic princeps non ſemper de firmo ambulabat talo, quin aliquando impegerit & corruerit. Ab hoſtibus non ſemel paſſus eſt ignominiam, non ſemel ipſius erravit. Coactus fuit obſidionem ſolvere duarum urbium, Lutetiæ nempe & Rhotomagi, quæ ſummæ ſunt in regno: erepta ſunt ipſi nonnulla loca, cum exercitu præſenti & ſpectante, & ſi Parmenſis ſciviſſet uti victoria per campos Aumaliæ aut vivum, aut mortuum eum traxiſſet, ubi ipſi perduellio deficiebat tamen & paulatim expirabat, poſtquam plurima pars Gallorum à febri illa diuturna & acuta, quę cerebellum eorum mente pervertebat, liberati eſſent; poſtquam ipſe ejuraſſet hęreſin, Roma porrexiſſet dexteram, & una [illegible] factionem intermittere nollet.

Tunc enim fortuna maximè [illegible] contra [illegible]ſa

adeo vt colligeret omnem malitiam, omne venenum, quod in ipſum evomeret. Tunc per exiguum temporis ſpatium evenit clades Durlana, & perditio illius loci, quæ ob internecionem tot nobilium evaſit famoſa: tunc Comes Fuentanus victoriam Catneriacum vſque protulit, & munimentum illud corripuit: tunc Archidux Caletum & Ardreſiam abſtulit; tunc Comes Mansfeldiæ Montulinum, Cateletum & Capellam occupavit.

Et vt injuriarum fieret cumulus, quam turpitudo augeret, Hernantus Teilionus nucibus, & manipulo latronum invaſit vrbem, multo milite cuſtoditam, vallo & propugnaculis, multiſque tormentis firmatam. Exiguus iſte numerus ſiniſtrorum caſuum Magni cognomen non abſtulit, quod Gallia heroi à morte contulit, quin vbique cum ſummo applauſu reciperetur, adeo vt virtus ipſius æque ſplendeat & triumphet in memoria mortalium, vti vivus celebrabatur.

CAPVT III.

Confirmatur idem argumentum per regnum Ludovici XIII.

ETiam filii regnum venit expendendum, quod non minus fuit mirabilium fertile, & honorum dives, quam illud parentis. Quamvis autem curſus illorum mirabilium fuerit longus, interruptus tamen fuit non ſemel, adeo vt lumen iſtius regni etiam paſſum ſit Eclipſes aliquot. Soluta fuit obſidio Montalbani, Sant-Audomari, Dolæ, Tortoſæ & Tarragonæ: peſſimè ceſſit Liga Avenionenſis, & maximè inſtitutum Genuenſe, ſurreptum eſt Philippurgium & Treveris: gravis eſt ſuſcepta macula ad Fontarabiam, Theonis villam, Sedanum & Hennocurium

Defece-

Defecerunt Griſones, & periit Vallis Telina: effuſi ſunt Hiſpani in Picardiam, corripuerunt Capellam, Catelectum & Corbiam: recuperarunt Baliæum & Arenam ex eodem vallo, quod nos excitaveramus. Quæ vniuerſæ maculæ nihil deleverunt pulchritudinem, nihil obfuſcarunt ſplendorem illius regni egregii.

Grandis admitteretur vtrique iniuſtitia, ſi propter exiguum numerum ſiniſtrorum caſuum nihil æſtimarentur tot factiones præventæ, aut ſuffocatæ in regno, tot oppreſſiones averſæ & ſervitutes apud exteros fractæ, hoc principe regnante. Si propterea rebus nunquam factis adnumeretur Rhea aſſerta, Rupella ſubacta, vniverſa Religionariorum perduellio ad obſequium reducta: ſi ſic obliteraretur clauſtrum ad Suſam vi patefactum, repugnantibus fruſtra præſidiariis, tempeſtate anni, & natura loci: Pinierola capta ſub oculis trium exercituum hoſtilium, & quatuor ſummorum ducum: Sabaudia ſubiugata, Caſala ter liberata & Cæſareanorum manibus extorta, & Pinierola Galliæ inſerta. Si propterea memoria Lotharingiæ ſubactæ antiquaretur, & Ruſſillionii, tot locorum, quæ Hiſpanis ſunt erepta, tot præliorum ſecundorum, per Italiam Flandriam, Germaniam & fines Occitaniæ, conflictuum marinorum, & quæ Rohanius per Vallem Telinam patravit, præ[illegible]um ferè numero habenda: Poſtquam nubes Cæſareanorum inundavit, Pariſiis etiam ex[illegible] comminata, quæ [illegible] atque alteram provinciam r[illegible] deglutire videbatur, bis tamen in limite fuit diſſipata: ardua conſilia de Auſtriacorum ambitione coercenda, & propter ſucceſſus, quo vniuerſus terrarum Orbis vidit, vaſtam illam familiam impunè laceſſi, vinci, aut ſaltem humiliari.

Hæc profectò ſunt multa & ſumma: conſiderandum tamen, cuncta ei eveniſſe regnante principe adulto, regno omnium diutiſſimè apud nos conſtante, per abundantiam popu[l]arium, & [illegible]

pulentia. Et quod ſummum eſt, eo Miniſtro clavum reipublicæ tenente, quem ſummum cæli benignitas terris dedit, poſteaquam Monarchiarum curam voluit ſuſcipere. Me de Cardinale Richelio loqui, nemo ambiget.

Addo etiam, me, ſi hiſtoriarum monumenta luberet explicare, amplius, & lata virorum illuſtrium perquirere, complures inventurum, qui in curriculo perpetuo calamitatum & ſerie continua, ſervarunt auctoritatem integram, nunquam criminis accuſati ad tribunal formæ. Quoniam autem poſtremi iſti ictus debentur hoſtibus virtutis, & per gratiam Dei ad defendendum Cardinalem *Mazarinum* nihil opus habeo iſtiusmodi exemplis, acquieſcam iſtis, quæ produxi, ut revertar ad filium hiſtoriæ poſt tantas ambages.

CAPUT IV.

Applicantur ſuperiora ad reginæ adminiſtrationem.

Ex iis, quæ per ſuperiora capita comprobavimus, conſequitur, ſiniſtros caſus, quorum numerus tamen eſt exiguus, per adminiſtrationem noſtræ reipublicæ, non deſtruere meritum, nec crimini eſſe principalioris ſecundorum ſucceſſum inſtrumento.

Quicunque enim omne ſepoſuerit ſtudium partium, & oculis liberis contemplatus fuerit res geſtas, nullum inveniet regnum apud nos, quod tam fortunata, eaque per anguſtum temporis ſpatium

[illegible] Inveniet enim graviſſimas negotiationes [illegible] ſecundo cito coronatas: prælia proſpera, mu[illegible] capta, & compendia facta ubivis bellorum ge[illegible] Animadvertet noſtros & fœderatos errores [illegible] ubique reſtitutos. Si etiam aliqui illorum [illegible] tientiæ ſervaſsent, quod debebant, ad con[illegible] curriculum, quod ſimul ſuſceperant; aut [illegible] mordicus perrexiſſent eorum laboris inhibe[illegible] qui negotium pacis univerſalis admodum pro[illegible], poſſemus for [illegible] contemplari abſolu[illegible], & portum ſubire triumphantes, quem tum [illegible] contingebamus, ubi ſubitus turbo nos in altum rejecit.

Per minutias lubeat rem expendere, ut [illegible] vi bra[illegible] perſtringamus eventus memoratu dign[illegible], qui[illegible] bus a[illegible] iſtratio reginæ celebratur. Operam demus, ut ingenia eorum mitigentur, qui nihil valuerunt ani[illegible]num adv[illegible], ut tanto liberius incumberent [illegible] debi[illegible]liores partes, quæ alicubi patent, nullo tamen ſummi miniſtri errore.

Satis murmuratum, ſub finem regni proximi de [illegible] iſtola [illegible] *Bavari* intercepta, quæ ferebat, ſi alter[illegible] utrum caput, innuebat aut m[illegible] & Cardinalem Ri[illegible]chelium, [illegible] rerum faciem ocyus immutatum iri, & promptam fore tum vindictam in Exteros, qui impe[illegible]ium invaſiſſent & laceraſſent.

Princeps ille, inter principes ſui temporis pru[illegible]dentiſſimus abertavit in prognoſtico: Fatis enim con[illegible]ceſſit Cardinalis Richelius, nec res noſtræ aut fœ[illegible]deratorum a primo vigore quicquam remiſêre; quin [illegible] to ſucceſſu ferrentur; adeo ut dicere queam, nullo [illegible] ritatis diſpendio, eundem illum adverſus qu[illegible] hoſtes [illegible] orem tam violenter excuſſere, principalem præ[illegible] cauſam.

Quicunque in ſacrarium conſiliorum [illegible] [illegible] ſalutem intr[illegible]ſpexere, norunt, qua o[illegible] [illegible] quam noſtratum Miniſtrorum im[illegible]

CAPVT V.

Quanta ſollicitudine Cardinalis Mazarinus ab exordio adminiſtrationis caverit, ne fœderati à nobis, aut nos à fœderatis ſecedere-mus.

Ex iſtis omnibus colligere licebat, fervorem noſtratem apud exteros ex vigore aliquid remiſſurum, cum fortunæ plurimum debere poſſemus, ob pacem domi conſtitutam, & ſcaturigines bellorum civilium interractas. Poterat in eum finem recurrere mors Henrici magni, quę magnanimi principis inſtitutum fregit, adeo vt ex omnibus capitibus, famoſæ illius Ligæ, cuius delineatio terrorem Auſtriacis incuſſerat, cauſa Juliacenſis ſola ſuſtineretur.

Quæ rationes apud animos fæderatorum tantum valuêre, vt conſtantiam illorum concuterent, adeò vt primarii conſultarent, an expediret cum Auſtriacis tranſigere, manus ſubinde extendentium, non ex ſenſu alicujus amicitiæ, qua erga ipſos moverentur, ſed ut numerum hoſtium minuerent, & minus experirentur aggreſſorum in negotio, à tot annis ſuſcepto & impedito.

Prima profectò epiſtola à rege ad ipſos data adeo frigida ipſis videbatur, adeò parum afficiebat ingenia per diffidentiam ægra, vt parum abfuerint à tranſactione particulari, donec Cardinalis ſcriberet: qui non tantum ſecuros eſſe jubebat de inſtituto Galliæ, quæ à fædere contracto non eſſet receſſura, ſed etiam tot rationibus pervincebat, vt & honoris legibus, & commodi cauſa obligari videretur ad perurgendum commune inſtitutum ad pacem vsque generalem. Sic deſiêre illi ambigere de Galliæ mente, quam eodem ſpiritu agi cernebant, & eodem ferri motu, qui perregni ſuperioris adminiſtrationem paruerant.

Cap.

aſſuetum rerum parum peritis, aut Hiſpanicarum ... rum non ſatis cautis.

... ullum deſideratæ ſeparationis prodidiſſemus ... ignominiam tuliſſemus tandem: Occaſione ... datâ nos prævertendi, quod proclive adeo ... amici offenſi indu ... ent animos prorſus hoſtiles ... liabiles, per ... uciam voluptatis exvindi... ad recuperanda amiſſa.

A ... eo enim tempore exactè & religioſè obſerua... mus pactorum capita, vt ſæpicule & plura præſtiteri... nunquam auſcultatis propoſitionibus, nunquam ... s ... is, quæ ad tranſactionem particularem ..., quin eis fœderatis fecerimus communes: ... m obliti, quæ neque debemus, pluri... e faciebant, ad tollendas ſuſpiciones quaſ... apud ipſos exortas; æquo animo etiam tuleri... ... enta aliquando fæderi admota, adeo vt ob... averimus mentem, tametſi ſecure ... euiſſet præ... eos, qui ſeparari à nobis avebant, potius omnia ... ari, quam illud committere axiomatis ... ſtius ... mi. Quo illuſtriores principes, & ob viola... ... m a pæna remotiores, eo firmius & religioſius ... ervanto.

Tam verum autem eſt, quod ajo, ut auſim aſſevera... a quo tempore imperia ſunt conſtituta & ligæ ... fœdera vigent inter mortales, non inventum iri, ... fides principis purior & nitidior exſtiterit, quam no... omnia adeo monumenta hiſtoriarum & quicquid ... humanis ſervatur memoratu dignum, ancillan... ... ione, par exemplum fidei optimè cultæ, non da... ... d uſum noſtrum per hanc adminiſtrationem ... ores ſuperare poſſit.

... enim minus requirebatur ad refar... ... ras, quas pacto ... Montoni ... ra... ... diffidentiæ ſeg... , vt armorum uſum ... , qui ideo idem nobis obiciunt, ... illorum violationem non tam gravem, uti

vri fertur, quod alibi ſpero me demonſtraturum. Omnes omnino fœderatos noſtros hujus veritatis laudo teſtes; liceatque credere, me non eo imprudentiæ evaſurum, ut adeo affirmate loqui gaudeam, niſi ex certitudine ſumma.

Vnum caſum ſilentio prætetire non poſſum, qui odorem illius virtutis commendat: & noſtrum inſtitutum apud fœderatos reddidit perquam nobile, quod nempe in omnibus negotiationibus, quas inſtituimus cum ipſis ad Suecorum ſequeſtrationem; directè non ſimus ingreſſi, niſi ad ipſorum commodum, & ut aut frangeremus aut averteremus jugum, quod premebat, aut imminebat. puriſſimum ſanguinem noſtrum præſentiſſimumq; ærarium periclitati, ut eos à vexa redimeremus aut præſervaremus, cauſamq; adeo illorum fecerimus noſtram; tametſi licuiſſet ſpoliorum rapere partem, ex ſocietate eorum qui illis inhiabant; & nos invitabant ad prædam.

Hinc ſequitur, nodum, qui maximam fœderatorum partem adſtringebat nobis, arctiorem eſſe & validiorem; quam qui nos illis obligabat: cùm illorum quidam eum penitus ruperint, & qui minus arcte obligabantur, nonnunquam aliquantulum remiſerint. Remiſſio autem illa non fuit magni momenti, non abſimilis leviculo gelu & exiguis concertationibus, quæ magnis amicitiis ſunt frequentes, & robur earum fervoremque faciunt.

Hinc merito efferimus nos, occurriſſe in vaſtâ conſideratione integram concordiam ex parte Suecorum, & particulariter, ex animo reginæ, quæ non minus virtutibus ſummis Moralibus ſtudet, quam induſtriæ, à Politica conceſſæ, adeò vt eas in regiminis inſtituto compingat in coniugium ſempiternum. Credere etiam licet, niſi longa illa & moleſta valetudo principem Auraicum avertiſſet; ab applicatione rerum, aut mors denique ipſum Ordinibus eripuiſſet, vbi & illius valentis & viventis ſumma erat neceſſitas, nunquam conſenſurum fuiſſe in pacem particularem, quam cum Hiſpania inierunt; cum ſatis authoritatis & induſtriæ habuiſſet, ad eos in perſequenda generali firmane-

...dos, quam maiori cum ſecuritate, honore & commodo adeſſent, præ illâ.

Adeo tandem, ſi magnus Politices magiſter legitimum imperium definivit ex commodo magis eorum, qui ſubſunt, quam qui exercent illud, poſſumus jactare, nos in ...per hanc adminiſtrationem attuliſſe hanc excellentem & incomparabilem conditionem ad commercia ...ratorum & obſervationem pactorum. Pedemontium ...peditat rei exemplum illuſtre, vbi ſemper reſtituimus in manus Ducis, loca provinciæ, quæ nobis crediderat, ...que vllus eſt proprijs ea tutari viribus; vt ſic compareat ...dare nus, non accepiſſe nos ea aut acquiſiviſſe, ...ad maiorem ſecuritatem, ſexone antes eum ſumptibus, quibus tum erat impar,

CAPVT. VI,

Cardinalis diu coercet tumultus reipublicæ inteſtinos ſatis feliciter.

VErum enim vero cui vſui extra regnum benevolentiam quæſiviſſemus, ſi viſcera debilitata manſiſſent, ...dium, materjimbecillitatis, percrebuiſſet, ſi bellum civile, quod humidum radicale abſumit; & vitam rerum ...carum deſtruit, illic viguiſſet. Oporteb...t certè ...ratos noſtros prædam fieri hoſtibus, vt poſtmodum ...Gallia theatrum præbuiſſet omnis belli externi & ...lis.

Non conſtitui, huc adpingere calamitatum ſeriem ...m bella civilia trahunt, nec ſuſtineo verborum ...cta oculorum præſentia explicare quorum ...o diuriſſimè cuſtodierur recentiſſima in penu no...æ memoriæ. Dicam duntaxat compendioſè, quemadmodum horror & fervor febrilis, qui intus con... ...e, & vehementius agitant & longè incommodius in ..., quam horror & fervor aëris ambient...: ...terræ concluſio, ex principio ... ...orra, ...ruinas lacit, quam omnes omnino tem-

B peſta-

peſtates per exteri ora ortæ & in ſuperficiem ſparſæ, ita bella civilia labefactare potentius& periculoſius conſtitutionem naturalem reipublicæ, quam externa; vnde omnia intelligunrur facienda, & nihil omittendum, quo germina illorum ſuffocentur.

Miniſtri à morte Henrici magni, ad clavum reipublicæ, quem eo vivo tenuerant, relicti, neceſſitatem illius axiomatis probæ didicerant non tamen ſatis beati fuère, vt vſum re um adipiſcerentur, id unum agentes, ne per regis impubertatem cum Hiſpania colliderentur, & cogitarent, eo modo vel vitari, vel coërceri facilius tumultus Galliæ. Belli nihilominus coortum fuit incendium inter nos, vel quod vitioſi humores reipublicæ cum aperto alveo non poſſent profluere vltra limitem, intus agere inceperint; vel quod adeo pertinaces radices egiſſent, vt prudentia nullum remedium ſatis benignum inveniret acrimoniæ corrigendæ.

Erant etiam commoda ab illis reipublicæ ſeparata, quibus nonnulli eorum fuere inducti, qui ſummam rerum moderabantur, vt niterentur benevolentiam Hiſpanorum acquirere, qui quod ad prodigium vſque bene norunt, tam optatum caſum in ſuum vertere compendium. Hinc evenit, vt in ſacrário regis dominarentur, ex metu quem alij de ipſis conceperant, aut ex ſpe quam alijs obiectabant incendiũ autẽ in alijs partibus regni excitabant, quod clam diſpoſuerant, dum fœderatos noſtros interea impune ſpoliarènt, adeo vt nobis etiam animus deeſſet ad eos tutandos, niſi per quædam officia.

Hocludibrium ſacrarij & militiæ viguit, donec Deus ſuſcitavit regi ſuperiori magnum illum miniſtrum Cardinalem Richelium, qui per conſilia æque magnanima ac fidelia viſcera repurgavit, principali turbarum materia ſublata, & extra fines protulit, vſque in hoſtium provincias, ſedem belli.

Poſtquam hæc ita ſunt conſtituta, credetur ne ille, qui

quâ ſua ſollicitudine & induſtria tantû contribuit ad harmoniam ut partes omnes Monarchiæ conſtarent, conſervandam idque eo tempore, veluti in principio adminiſtrationis, ubi pars regiarum virium per Germaniam, Cataloniam & Italiam ſpargeretur, & tumultuandi facultatem pronam relinqueret, commeruiſſe omne illud odium quod in ipſius perniciem eſt ſuſcitatum.

Credeturne induſtria rebus noſtris eque Externis ac domeſticis adeo neceſſaria cujusvis ingenii fœtus & opus quarum liber manuum? Neſcio an id credi poſſit: novi tamen optimè nihil eorum omnium, quæ penes nos ſunt acta per adminiſtrationis tempus tantam admirationem apud hoſtes excitaſſe, aut politicam illorum confudiſſe. Satis ſcio, quómodo ſeſe ideo apetuerint ſponte falli, non conſtare ſibi, quo genere carminis potuerint tranquilla ſervari, ſi diu ingenia mobilia & quietis impatientia: adeò ut iidem illi, qui credebantur diſcordiam excitaturi, conſpirarint unanimiter in hermoniam ſervandam: Evenit autem id principaliter ex unione familiæ regiæ, quem ſummus miniſter ſemper cementavit curis ſingularibus, ſucceſſu adeò felici, ut quocunque turbine rerum conſtiterit in concuſſa.

Ex gemino hoc fonte, concordiæ nempe internæ & benevolentiæ externæ, inter fœderatos & nos manarunt grandes & glorioſi ſucceſſus, qui adminiſtrationem regine illuſtrant, omnes angulos terræ habitabilis implerunt, & per reliqua mundi ſecula reſricabuntur. Hinc factum, ut non tantum conſervaverimus, quæ rex ſuperior acquiſiverat & ſtatum rerum ab ipſo relictum continuerimus, ſed etiam in gradum meliorem protulerimus: adeò ut arma noſtra pervaſerint, ubicunque bellum fecimus ultra limites in morte illuſtriſſimi principis decreti.

Eripuimus hoſti munimenta (Grevelingam) quæ omnem vim putabantur irridere, per eam ſeculi impeſtatem, ubi ars invadendi ſuperat ratione defenſ

[illegible]egatim ex iſtius ſerie ingruebant. Nemo profectò am-[illegible], prælii illius eventum deberi imperatori noſtro ; non tamen juſte negabitur pars illi, qui uberem agrum tot [illegible]tam, militarium in animo ducis Anguinij retexit, & [illegible]mam meſſem, qua res publica gauderet, prævidit [illegible] imperium exercitus eidem conciliaverit : ſuſti-[illegible] enim prius fuerant magni & pertinaces conflictus, [illegible]ieratur regis animus, extremè adverſatus, cum [illegible]atim abhorreret ab hoc principe, quem à rebus ge-[illegible]remotum vellet, quod officium ſanè non medio-[illegible].

Et ut nihil obliviſceretur eorum, quæ præſidia redde-[illegible] vera, aut media agendi deficerent incauſatam urili, [illegible]alis, qui omnis negotii fuit author, curam adhibuit [illegible] eſt ſolitam, apparatibus expeditionis, & vi-[illegible] prodromis.

[illegible] & capitur Theonis villa, tanquam proximus [illegible]ius victoriæ. Nemo ignorat momentum iſtius [illegible], qui Metim & ſuburbicana protegit adverſus Lucem-[illegible]um aula, dominium Moſellæ præſtat, & commu-[illegible]nem inter Galliam & Treverim continet, quæ re-[illegible] minus chara eſſe debebat, quam ipſa Gallia, prop-[illegible]torem, tanto ſtudio & conſtantia commoda & f[illegible]r [illegible]alliç amplexatum. Hic demum repagulum ob-[illegible], & noſtro bono inter agrum Lucemburgicum & [illegible] natum inferiorem, ubi Hiſpani etiamnum domi-[illegible]r.

Periiſſet utique nobis fructus ille adeo opulentus & [illegible], quem prælium Rocrojanum præbebat niſi per-[illegible] dentiam, quam regina de capacitate & fidelitate Car-[illegible]is incipiebat concipere, illius ſententię penitus con-[illegible]ſſet, & oppoſitionem apertam adeoque ſecreta im-pedimenta, quæ huic obſidioni vertendę parabantur, re-[illegible]ſſet. Dudum illam obſidionem meditabatur, quam [illegible] regi ſuperiori propoſuerat per Mareſchalcum Ho-[illegible], qui, quod mundus novit, non parum apud ipſum [illegible].

[illegible] igitur ſucceſſus [illegible] huic in[illegible]tuto [illegible]

acem præferret, occaſionem noluit dimittere: quamvis autem ſic videretur de eventu cavere, ac nonnulli animum æmulatione correctum arguerent, quod Anguinij virtus naſcens eum vreret, unde ipſum cogitaret allidere ad Theonis villam, non tamen inde inſtituturum deſeruit, quin mandata expediti curaret, ad o... onem umendam eodem tempore juſſo Marchione Geuræo incurſare ex Champania, ubi agmen ducebat, dum Dux hoſtem exerceret, & Bruxellas uſque propelleret, ne obſidionis ulla ſuſpicio poſſet ſuboriri.

Reſpondit eventus cogitatis, Geuræo adeo accuratè mandata exequente, ut locum illum feliciſſimè infeſtaret, & quævis auxilia, quæ irrumpere ſatagebant, profligaret; unde præſidium adeo debile patuit, ut niſi poſt Ducis Anguinij acceſſum, malè tranſmiſſa fuiſſent ſubſidia, intra pauculos dies invaſioni impar deditionem feciſſet: mota utique Geuræi, quæ ſanè magni fiebat, pretium victoriæ imminuit.

Vidi ego rationes, quibus Cardinalis ad id inſtitutum fulciendum inducebatur, in ſermone perquam accurato & luminis politici prægnante, quo teſtatam faciebat rerum noſtrarum notitiam integram, ut non levem jacturam ſit paſſura hiſtoria, niſi referantur & modo innoteſcant. Unam tamen ex pluribus non poſſum tranſmittere ſubſilentio, nec lectoris notitiæ furtim ſubducere, ut judicet, an ex ratiocinatione & deliberato, an ex caſu & fortuito res noſtræ ſint geſtæ à morte regis ſuperioris.

Cardinalis igitur inter cætera, demonſtrabat reginæ, multum referre, ut ne hoſtes aut fæderati debilitatem ullam animadverterent per principia adminiſtrationis, quæ utique particulariter obſervarentur, unde arguerent in bonam & ſequiorem partem. Neceſſarium igitur omnino eſſe, ad judicium commodum ſuorum progreſſuum, exordium ſumi inſigne, ut authoritas concilietur ex aliquo inſtituto & auſu illuſtri.

Victoriam Rocrojanam revera magnam eſſe, ſed opus u... us dici.exq; eo genere actionu ubi fortuna ſibi plu-

plurimum vertit, quantacunque ſit prudentia & virtus ſummi ducis. Et vt deteriora omnia reputentur, ſeriem eam cenſeri regni ſuperioris, & curarum præcedentium, quæ principia & cauſas tanti operis concinnâſſent; ſerum autem vſum iſtius victoriæ non poſſe artibus, niſi rationi citè defæcatæ, & animo validis rationibus ſubnixo.

Sic omnia ad regnum præſens eſſe referenda, ſuperiori neganda, etiam in vniverſum tempus quo bellum per Flandriam faceremus, extendenda. Quæ ratio, præter cęteras ſuperius productas, & lubens hic prætereo, pervicerunt, vt obſidio Theonis villæ placeret, fruſtra obnitentibus contrariis argumentis.

Finis iſtius expeditionis, quam primam adminiſtratio numerat, turbata fuit clade Rantſouiana apud Dutlingiam. Jactura noſtra per ſe grandis, inde notabilior evaſit, quod victoria nullo pretio hoſti conſtitit, cum noſtrates is non vinceret, ſed caperet. Exiguum tamen cenſendum id detrimentum, ad Mareſchalci Guebriani factum, qui Rote villæ obijt ex vulnere, quod in obſidione illius ſibi ſuſceperat.

Adde hiſce eodem tempore, quo ſic mulctabamur, exercitum Svecicum pene deſerviſſe Germaniam, nobis inſciis, Holſatiam petijſſe, Germanię terminum, novum feciſſe hoſtem, regem nempe Daniæ, quaſi non ſatis operis inveniretur adverſus Auſtriacos, aut nos, qui tot locis in Hiſpania cicuranda occupabamur, cum Haſſiæ Landgravia, ſoli bello per Germaniam gerendo eſſemus pares. Suſtinuimus tamen illud ex bono reginæ inſtituto, obnixi, ne victoria Bavarorum & Cæſareanorum traheret ſeriem memorabilem, nec quæ fœderatorum partes per illam victoriam concutiebantur, ſecundum exceſſum Suecorum, in illis regionibus ſuccumberent.

Hoc dicere inſtitui, adminiſtrationem hanc non ſemper laboraſſe in colligendis fortunæ fructibus, nec ventum ſemper in puppim incubuiſſe, ne videlicet Virtus, quæ ſuccendis ſiniſtris caſibus, quicunque nos exercuerant,

ſuit occupata, torpeſ. eret, aut induſtria naucleri, adverſus tempeſtatem luctantis minus eniteſceret.

Vere poſt cladem proximo adit *Bavarus* Friburgum, explicat copias noſtris manubiis nitidiores, & novis ſupplementis auctiores, ut inſtitutum exequerentur, & amplliſſimo ambitu *Briſaco* intervertrent annonam. Indicabat enim, noſtrum exercitum lacerum, aut potius caſu Dullingiano enervatum, non admodum repugnaturum, & jacturam non niſi longo temporis tractatu ſarcire poſſe. Neque conjecturam faciebat ſiniſtram; niſi enim ex aula ſingularis acceſſiſſet cura ejus reſtaurandi, in id virium deliquium recidiſſet, ut expeditionibus impar, præſidia feciſſet, locis munitionibus aſſerendis.

Non tamen Friburgum intrò jicere ſubſidia, quæ Mareſchalcus Turænius deſtinarat & ducebat, adeò ut ad aulam confugere neceſſum haberet, ubi gratiâ valebat, ut agmen ad minimum quatuor millium nanciſceretur, quo confidebat Mercium incurſare, & locum aſſerere, aut recuperare. Difficulter inveniebantur illi quater mille, cum cæteri exercitus ultra juſtum numerum copiarum nihil haberent, ad executionem ſuorum conſiliorum.

In his anguſtiis, ubi ne momentum quidem temporis perdi poterat, nec otium eſſet alterutrum ex duobus legendi commodum. Cardinalis expendebat quantum faceret Friburgum ad Briſacum & reliquam Alſatiam, primus conſtituit, reginæ conſulere, ut mandaret Duci Anguinio, qui ſecundum noſtrum ducebat exercitum, iret, Turænio ferret ſuppetias uti commodum videretur. Ipſus Cardinalis ſcribit, adjuncta, ſynopſin mittit adeo ſcienter factam, cum explicatis negotiis cauſis, ut princeps, in cujus mentem natura non minus luminis, ad dignoſcendas res optimas infudit, quam fervoris ad executionem, non ſatiaretur lectione & laude. *Id* vero mihi retulit quidam ex ducibus ſummis exercitus, qui lectioni interfuit, & ipſi admodum familiaris, vera animi ſenſa ignorare non potuit.

Poſt hanc igitur lectionem Anguinius nihil deliberat quid facto opus foret. Quamvis autem ſpontè inſtitutus conſtituiſſet

[illegible]uiſſet , Treverim ducere, in quem finem naviculas [illegible] ad prœſto, & annonam compactam ; nihil tamen [illegible]it inſtitutum mutare adeo ut altero die. Alſa[illegible] verſus moveret. Potuiſſet Turænio ſuppetias [illegible] re, qui plures non ſperabat , cum au[illegible]rer, me[illegible] ocribus virious re[illegible] arduas non co[illegible] , [illegible]a imperfecta nunquam producere finem propo[illegible] , ipſius cenſuit exercitum univerſum ductare, [illegible] etiam d[illegible]gentia incredibili deduxit , nihil offen[illegible] longitudine & difficultatibus. Quamvis et[illegible] ret, aggrediendum ſibi eſſe exercitum inſtructiſſi[illegible] & imperatorem partium adverſarum ſummum, [illegible] excuteret ex ſtationibus per naturam & artem [illegible]iſſimis , id univerſum , quod vulgarem pru[illegible]am retraxiſſet, ipſi fuit ſtimulus ad virtutem & au[illegible]daciam.

Nemo ignorat ſucceſſum memorabilis illius expe[illegible]ditionis : cum autem Anguinius per vias audiviſ[illegible]ſet, Friburgum feciſſe deditionem, pergit nihilominus [illegible] fortius quam unquam per illud tempus ta[illegible]ctum triduum depugnat, exercitum *Bavari* vallo ex[illegible], & hoc obſtaculo remoto, deſcendit inſtar torrentis per ripam Rheni dextram, occupatque Philippiburgum, V[illegible]mati am, Spiram , Germersheymium , Landaviam, [illegible]gium, C[illegible], & Mo[illegible].

H[illegible]c verò non oblivisceendi fuerint noſtrates, qui per [illegible]as occaſiones officio ſtrenue ſunt functi , ubi indu[illegible]ſtria & virtus Mareſchalcorum Gramontij & Turænij [illegible]rticulariter claruêre , ad imitationem imperatoris , qui exemplum ſuum ubique ingerebat. Neque etiam [illegible]do prætereundum e[illegible]dem momento , quo ſpon[illegible]te ſua, & ex libertate, quam re[illegible] reliquerat , agen[illegible] pro re nata. Anguinius ſecundum Rhenum deſcen[illegible]debat , ut Philippiburgum invaderet , miſſum fuiſ[illegible]ſe curſorem , qui id imperaret , additis Cardinalis lite[illegible] , quibus proponebantur , quæ ipſius jam [illegible] , ficeretque certior nihil [illegible]rum] nece[illegible]

 [illegible]

rum defuturum ad inſtitutum, quod meditabatur, exequendum.

CAPVT. VIII.

Quomodo ſummus miniſter cladem Marienthalianam reſtaurarit & Dux Anguinius ad Nordelingam vicerit. Quot modis imperiales & Bavari fuerint ſuperiores fœderatis per Germaniam, in bello gerendo.

SOllicitudines ſummi miniſtri non minus neceſſariæ, vtilesve fuêre per expeditionem ſequentem, cuius principium fuit inſigne per cladem à Turænio Marienthaliam ſuſceptam. magis ex malitia fortunæ, quam errore, Vulgo notum eſt, quam ſeriem trahant iſtæ jacturæ, vbi maximè per exordia expeditionum ingruunt, & victoriſm illum temporis ad fructum victoriæ colligendum, relinquunt,

Etiam hoc curriculo rerum conveniebat duplicari ſollicitudines Cardinalis, qui vigilantiam maiorem quam vnquam expediret, vt diſtraheret ſeriem peſſimam, caſus adeò gravis. Præſtitit autem illud tanta promptitudine & ſucceſſu adeò felici, vt Dux Anguinius propedem ad Rhenum obſervaretur, Turenij exercitum colligeret, & paulo poſt feliciter prœliaretur in Nordelingæ campis, vbi ante aliquot annos Sueci acceperant cladem graviſſimam.

Vindicta tamen non fuit integra, nec victoria plena, per vecordiam cornu dextri, in quo Galli noſtrates nihil ferè repugnarunt, adeo vt pene vincerentur præter conflictum. Hinc dici poteſt, nos nihil tum profeciſſe, quod nihil perderemus, ſi Mercij caſum excipiamus, cum quo videtur bona ſors exercitus Bavarici expiraſſe. Corpus enim illud vaſtum exinde caruit motu ſolito,

poſt-

poſtquam iſtud deſijt ferre caput. Sed fortuna hanc victoriam debebat Ducis Anguinij virtuti, quemadmodum aliam immolavit in prælio Lenſeo, Bekij nempe perſonam.

Omnia cætera commoda, ut verum fateamur, ferebant aliquam pompam ſplendoris, magis ad inflandam narrationem, & ornandam hiſtoriam, quam ad ſtabiliendas res noſtras. Plus enim faciebant ad gloriam eorum, qui ea obtinebant, quam ad finem belli, quod gerebamus ad pacificandum imperium Germaniæ. Certum utique, pacem ab tam inde proceſſiſſe, quam ruina fæderatorum differebatur: ſi enim gravis aliquis caſus afflixiſſet Suecos, actum fuiſſet de confæderatione, quæ conſepulta omnem ſpem Imperatoris & univerſa Hiſpaniæ damna reſtituiſſet.

Belli itaque gerēdi ratio erat mutanda, ex deſiderio vincendi, adeoque pacis obtinendæ, quæ quærebatur. Neceſſum erat, ut aliquando enitéremur ex periculo cui ſemper exponebamur, ſi nempe Sueci prælio decretori ſuccumberent, aut ex inopia rerum neceſſariarum ſubſiſtere nequirent. Ea erat ſumenda opera, ut fortuna belli noſtriſque ihæreret partibus, & pateretur, ſit venia dicto temerario, alas ſibi relecari, ne nos deſerere, & ad partes hoſtiles tranſire abiret aut poſſet.

Quærenda erant hoſpitia militi lauta, ubi pedem figeremus, non tranſcurreremus ad alia, poſtquam ea, quod hactenus ſolebamus, emunxiſſemus. Superanda erat omnino illa neceſſitas, quæ ſingulis annis nos divexabat, quemadmodum reducendus eſſet exercitus cis Rhenum qui Alſatiam excederet, & rapinis Lotharingiam, adeo ut agrum Barrenſem vaſtaret. Impoſſibilia erant audenda, quæ nihilominus premebant: nam exercitus requirebat ſupplementa valida, & Galli abhorrebant ab illa militia ob hoſpitia ingrata, quæ ſupplementa Germanorum non præſtare poſſent.

Cæſareani vero & *Bavari* omnibus commodis abundabant, quæ nos deficiebant; firmi enim ſtabant anchoris quaſi ſolidis per omnes Germaniæ Circulos in urbibus locupletibus, & præſidiis lautis: reponebant

grandem

... viam conjunctionis, & mutuarum ſuppetiarum quæcunque vellent, aut neceſſitas exigeret, nullum ... ponerent repagulum in medio, quod invitos di... intercapedine ſepararet. Sic ſummam rerum ... nunquam peri ... ex parte copia... tories eveniſſet; ſi univerſi hoſtibus obniterentur ... nata, qui victure & diſciplina inferiores, for... ... turi eſsent, id quod eventus comprobavit, ... tiam

Hinc etiam futurum, ut noſtri exercitus carpant hoſtes ... ſemper propellant, qui recedentes provinciam deſti... ... hoſpitia noſtratibus præbitura laura & ampla. ... etiam hoſtis in anguſtias redigi, graviter cædi, & u... ... eſt accutiſſimus irritari, ut quamcunque condi... ... velit ſubire, ſive induciæ forent pangendæ, ſive ... commoda ſtabilienda: quam illi prælaturi eſſent bello ... do, ubi nihil viderentur ulterius perdituri, ... modum nos occupatis æqu eſſeremus.

Ratiocinationem juſtiorem nemo unquam audivit, ... dentiam certiorem nemo unquam ſuſcepit. Quem... ... um igitur cumfeliciſſimè arabamus, ita ſegetem & ... fecimus uberrimam. Ubi tamen notabimus, con... ... iam illam & conjunctionem exercituum cum impe... ... Torſtenſono fuiſſe quidem initam; ſed ex Sueco... ... parte demum cum ſucceſſore, Vrangelio ſcilicet per... ... am.

Sciendum utique, hunc virum magnanimum & admo... ... ambitioſum, qui cum ſplendore munia militaria ... atim obiiſſet, ſummo imperio diu proximus, cum ... ſummam rerum militarium vocaretur, neque experien... ... teceſſoris, neque authoritatem apud ſummos du... ... qui amabant & colebant ipſius perſonam, neque gra... ... de ... tiam apud duces inferiores & gregarium ... attulit, adeo ut ... ramenta per Germaniam, ... ſumptui ſufficiebant, minus ſervarit: Benefi... ... illius conjunctionis, Sueci & nos non ceſ... ... progreſſus facere nobiles adverſus hoſtes. ... ximus, victuiem per plurimos conflictus parti...

cularcs

culares fregimus Franconiam occupavimus, & Sueviam Danubium & Lycum trajecimus, in ripis utriuſque fluvij pedem fiximus, Ducemque *Bavariæ*, ut compendium faciam ſcribendi, cujus provincia jam præbebat theatrum *Bellonæ* & hoſpitia militi, à tot exercitibus oppreſſa, eò perduximus ut ſummum habuerit finem perdendi & metuendi quærere in tranſactione induciarum, quæ Ulmæ fuerunt pactæ, ubi inter cætera commoda fœderatis & nobis indult.., Heilbrunna Gallis ceſſit, quam à longo tempore adamaveramus, & toties inutiliter requiſiveramus, quod in Germania nobis eſſet altera Caſala adverſus Hiſpanos, & Geldria fuerat Hollandis in *Belgio*: Iſtius urbis beneficio pacatam adibamus poſſeſſionem omnium occupatorum ex illa parte hactenus fruſtra quæſitam, præceptis *Bavaro* hoſpitiis Suevicis, quæ non exiguum momentum adferebant, ad alimentationem & ſubſiſtentiam exercituum hoſtilium.

Quemadmodum autem utriuſque exercitus conjunctio iſtos produxit fructus, & hæc præbuit quæ commemoravi commoda; ita ſeparatio poſt inducias ſuſcepta, qua nimis longè dirimebantur, fatalis eſse cœpit. Evenit autem in *Bavaria*, unde nos hoſpitia noſtra repetivimus Suecis in Cæſareanos verſis, quod tranſactione illa nollent comprehendi, & Egram, quam *Bohemiæ* clavem ex illa parte ſcimus, corripientibus.

Nova interea fit conſpiratio inter Cæſareanos & *Bavaros*, de iſtis opprimendis, quod non operoſe confici poſſent, defatigati utique & debilitati ex diuturna expeditione, & damnis ad Egram expugnatam ſuſceptis: præda facilis exercitibus, aliquamdiu redintegratis objicienda.

Continuò igitur, poſtquam Elector Colonienſis defecit, & alii quidam motus minus compoſiti in Bavaria animadverterentur, qui præcedebant induciarum rupturam, quam dux meditabatur, confluxere univerſæ copiæ, & Suecos in Haſſiam rejecere, quæ toties exercituum fœderatorum poſt gravem aliquam tempeſtatem, fuit aſylum & portus.

Sueci tamen eodem in portu naufragium non declinaſſent, quin & incomparabili Dominæ, cujus virtus, conſtan

[illegible]llantia & fides nunquam ſatis laudari poterunt, exiti-[illegible] conciliaſſent, niſi noſter exercitus quietem, qua gau-[illegible] inceperat neglexiſſet, pervaſiſſet, & rebus feſſis hu-[illegible] ſuppoſuiſſet, vbi illi ſuccumbere videbantur: niſi Cardinalis mandata quantocyus Turænio expediviſſet [illegible]enda, eo momento, quo ille, quod impetraverat, ad [illegible] redi.e conſtituebat.

Secundum illam alteram conjunctionem fæderato-rum, cedebant omnia; Cæſareani & Bavari rejecti ſunt [illegible] Bavariam penitiſſimè, vltra terminos priores, adeo vt Dux aſylum & ſecuritatem extra patriam quæreret. Id [illegible] dee at, nempe Oeni tranſitus, quem ſi admiſiſſet, vti Danubius & Lycus, præter Ingolſtadium nihil reliquum [illegible], bonæ noſtræ fortunæ exemptum. Hæc vul-[illegible] videbatur ſola pax imperij ſanatura, quæ cum Du-cem extremè lancinarent, etiam Imperatorem adigere po-tuerunt, vt aſſentiretur, quantumvis repugnarent Hiſpa-ni, machinationibus diverſis, ad pacem diſturbandam in-ſtructiſſimi.

CAPVT X.

Quanta compendia pax Germaniæ contule-rit Galliæ.

QVanta commoda pax Germaniæ nobis contulerit, & quanta bona ex eo principio noſtris rebus affluxe-rint, paucis explicabo. Verè dici poteſt, à quo tempore bellum per germaniam eſt geſtum, incendiumque illud a-[illegible] diuturnum & pertinax flagravit, nullum fæderatorum quicquam tuti aut certi ſibi ſpromiſiſſe, cum vnicum præ-ſidium, quod Imperator habuiſſet adverſus ſummum exer-citum felix imperium invaſtas illas provincias, quæ hac [illegible] fertiliſſimi ſunt Europæ campi ad producendum [illegible], extendiſſet.

Nihil deinde obſtitiſſet, quin horſum vorſum pro lubitu

ſubitu duxiſſet vires & copias innumeras, vbi Gallia videbatur primæ inundationi deſtinari, quod haberet, unde militis avari impleret Zonam, & vindictæ materiam præberet hoſti. Hinc facilè judicari poterit, quo in ſtatu per ſævam illam tempeſtatem, quæ in Flandria & Italia occupaveramus fuiſſent futura, quem curſum res Catalaunorum tenuiſſent, Hiſpania commodam occaſionem talionis & vindictæ undiquaque & in Galliam exercente. Non igitur contemnendum præſtitit officium ſummus reipublicæ miniſter, qui adeò obnixe laboravit in bello admodum periculoſo componendo: ſcaturigineque, quam alii recluſerant, obturanda.

Deinde non tantum per pacem Imperij liberamur à metu adeò juſto, ut jam exigui momenti jacturis, ſi quæ eveniant, defungi poſſimus, quæ tamen de lucro reſecentur; ſed etiam tot modis evaſimus ſuperiores hoſte quem reliquum habemus Hiſpano, ut niſi caſus aliquis fatalis obſtitiſſet, coactum teneremus ad pacem, tam contumaciter hactenus recuſatam, acceptandam.

Præter illas vires, quas nunquam non obtinuimus adverſus Belgij vim, & virtute & numero ſuperiores, potuimus ſine ſumptu ulteriore ex Germania recipere exercitum bellicoſum, & victoriis aſſuetum, qualem Gallia à longo tempore non vidit: ubi liberum nobis fuit, ex cæteris illius provinciæ exercitibus, etiam Imperatoris florem legere, & delectum ferè inſtituere militum atque Ducum, quorum opera adverſus Hiſpanum uteremur: dum ille ne unum quidem gregarium, ſine novo ſumptu, eoque prægrandi ad ſe traducere queat: adeò ut Imperatori ex legibus pactorum non ſit integrum, Hiſpano opem ferre, directè aut indirectè, clam aut palam, neque Imperatoris, neque Archiducis Auſtriaci nomine.

Tertium patet, nos non tantum per iſtam pacem liberatos eſſe periculo extremæ ruinæ, quæ noſtris capitibus nunquam non imminebat, & vires per exauctorationem illorum exercituum ex voto auxiſſe, ſed etiam relinqui nobis fixum & permanens auctarium provinciam amplam utriusque Alſatiæ.

Nihil

Nihil hic dicam, quid ſit Alſatia provinciæ cum propter pulchritudinem & fertilitatem comparetur Turonenſi agro noſtrati, & Lombardiæ Italiæ: quomodo alluatur fluvio pulcherrimo, & per orbem Chriſtianum ob commerciorum frequentiam celeberrimo, Rheno ſcilicet: quomodo in capite jactet munimentum Germaniæ validiſſimum, *Briſacum* vtique, cujus beneficio Helvetiæ creſcat aut fiducia, aut formido, prout huic noſtræ Coronæ bene cupiet, aut adverſabitur: hinc Galliæ nomen venerabile factum Tyrolenſibus & Bavaris, hinc, quod ego ſummum duco, Lotharingia vtrinque conſtringitur ex Gallia, adeo vt eam provinciam, ſi noſtra poteſtate non exeat, per latus Germaniæ afferat, priſco autem domino redditam, Galliæ aliquanto arctius adſtringat.

Quartum ſuccurrit Philippiburgi poſſeſſio, ſecundum Briſaci aſſertionem, quam pax imperij nobis conſtabilivit, vnde non leve ducitur momentum ad conſervandos fœderatos Germaniæ, qui amicitiam noſtram conſtanter coluerint, & fræni ſpeciem præſtat, vt in officio erga Galliam perſiſtant, ſi qui ab ea diſcedere cogitarent. Hinc dominium Rheni recuperamus, quod Argentina interſecat, cui tamen reipublicæ ſuiſum præſtat propugnaculum, aut vallum, vti *Briſacum* deorſum, eâ additâ neceſſitate ad benevolentiam, quam nobis ſemper exhibuit, noſtrarum partium, dum ab hoſtium ambitione protegitur, & extra illorum ambitum quieſcit.

Si etiam Palatinatus inferior frænatur, adeo vt ſi Elector, qui nobis reſtitutionem ex parte debet, aliquem vicinorum Catholicorum temere premeret, aut ſuppetias ferret perduelli alicui regis, propter viciniam noſtrarium [illegible] poſſit, cum irruptionibus pateat illius provinciæ Philippiburgo inſtituendis.

Quintum ſubit, ex pace Germaniæ commodum, quo [illegible] gaudemus: tantundem deceſſiſſe Auſtriacis, & particulariter Hiſpaniæ, cum ſic Alſatia reſecetur à ramo illius [illegible] ſitudinis; Rumpitur linea illa commeatus, quæ copias ex Italia in Flandriam deducit, extorquetur ex manibus inferior Palatinatus, impeditur, ne membrum fiat im[illegible] ne colatur aut meruatur, vti prius, per tractum Rhenanum & Moſellanum.

 Sextum

Sextum commodum præſtat hoc pax, cum ita coniungat & conſolidet tres Epiſcopatus, Metenſem, Tullianum & Verodunenſem noſtræ coronæ, vt eos jure ſupremo poſſideamus, nullo reſpectu ad imperium, nam ante bellum hoc, & Parlamenti apud Metenſes inſtitutionem, diœceſani trium illorum Epiſcopatuum tenebantur jus extremum apud Cameram imperialem Spiræ ſumere; vnde dividebantur proceſſiones animorum, vt partim Galli, partim imperiales cenſerentur.

Fatemur, regnante rege ſuperiore remedium illi malo pene fuiſſe allatum, & diviſionem illam evanuiſſe, vbi apud Metenſes, vt diximus inſtitueretur *Parlamentum*; verum vtique ſi verſum tum, nihil tamen promotum; Cum id verum ageretur in erigendo illo Parlamento, vt pecunia corraderetur ex venalibus muniis, quæ pace firmata redhiberentur, rebus epiſcopalibus in formam priſtinam reſtitutis, quemadmodum ante bellum ceptum fuiſſent. Hoc enim caput inter cætera inſertum erat inſtructioni, quam Cardinalis Richelius ex mente regis defuncti concinnaverat, qui etiam volebat, omnia quæ per Germaniam occupaveramus, in eum ſaltem finem adhiberentur, ſecundum reſtitutionem futuram, vt Elector Palatinus indemnis eſſet, & Electoratus in familia Bavariæ firmaretur.

Proſperior tamen curſus noſtrorum armorum in eâ provinciâ, & inſignes progreſſus, quos per hanc adminiſtrationem fecimus, id præſtitere, vt pars occupatorum familiæ Palatinæ ſatisfaceret, & inſuper integra abſolutaque poſſeſſio trium illorum Epiſcopatuum, ex conſenſu Imperatoris & ordinum imperialium, nobis in perpetuum cederet adeo ut inpoſterum nihil metuamus inſtitutum Caroli V poſt tranſactionem Paſſavienſem, ſub quocunque Iuſtitiæ colore, adverſus Metim renovari; aut quæ Valleſteinius cogitabat, ex eodem prætextu, vlterius; in regno patrare, dum ad Rupellam diſtineremur, & Conventus Ratiſbonenſis ipſum cogeret mutare inſtitutum ex altera parte.

Septimum emolumentum exurget ex fine principali, quem propoſitum inde ab initio belli habebamus, ob-

... ut videlicet limites juſtos, & repagula robuſta objiceremus Auſtriacis in Germania, quibus rumpendis aut tranſiliendis non facilè ſtuderent.

Hic deniq; e pace fundum ſpei vaſtiſſimæ exiccavimus ... familia hæc ambitioſa fovebat de Germania penitus ... ganda, poſtquam Ordinibus & conſtitutionibus ... perialibus adeoque immunitatibus ſuus redigit vigori ... enim eam ex ſervitute Hiſpaniæ vindicavimus, per vi... usque ne in poſterum per cæcam obedientiam ferat, ... ſolebat, ad nutum alterius, proſcriptiones & arma ... cerij.

Verbo dicam, firmavimus baſin longè ſolidiorem ad ... quilitatem Germaniæ; ademimus principibus illi... provinciæ, magno ſuo bono, ſuſpiciones & metum, ... ex ſociorum diſſidio oriebantur. Catholici enim ... ſim Imperatoris cavebunt denuo adeo fervide ſu... ere, cum propugnaculum firmius nacti ſint adver... Proteſtantes, in amicitia & vicinia Galliæ. Prote... tes quietiorem ducent vitam, beneficio ejuſdem tu... & refugii, quæ ipſis nihil minus, quam Suecorum fa... defuerit, in iis quæ tranſactionem Oſnabrugenſem ... ant aliaſque. Neutri vero deſinent metuere gen.um ... llius familiæ, cujus amicitia paulo minus nocet, ... odium: & ſic unanimiter cogitabunt, quomodo ... ndum ſit juſto & nato hoſti orbis Chriſtiani, qui in... onis rugientis quærit & arrodit ſine intermiſſione, adeo ut ſemper corripiat unum atque alterum membrum, quod devoret.

CAPVT XI.

Expeditiones in Flandriam Aurelianenſis Anguinij aliorumque ducum.

VNo filo & tenore abſolvendas putavi res Germaniæ; quarum ſynopſin lectori jucundiorem cenſui, diverſis relationibus & narratiunculis non interruptam earum rerum, quæ alibi acciderant, tametſi eodem tempore contigiſſent, & dignæ omnino ſint hominum literatorum memoria adeoque locum per hiſtoriam mereantur illuſtriorem. Conſtitui enim, eis uti, & à deſcriptione abſtinere, mutuari autem nonnulla, quæ mihi baſin firmarent earum ratiocinationum, quas inde extruere cogito, propter principia concluſionum inde fluentium. Non igitur religioſè ſervavero leges hiſtoriæ, modo verum inveniatur quicquid ubibus meis accommodo, tametſi hiatus intercurrat, & in cæteris ab errore minus vacem.

Regrediendum fuerit in Flandriam, unde exieramus ad obſidionem Theonis villæ, ut famoſum illud theatrum denuo aperiamus, in quo Aurelianenſis ea patravit, quæ dominationem apud poſteros merebuntur, tanquam illuſtriſſima ornamenta adminiſtrationis noſtratis. Neque enim fructus minus rari expectari debebant ex ramo, cujus ſtirps Henricus *Magnus*, aut actiones vulgares ex viro, qui patrem habuit, vitæ inſtitutum neutiquam commune ſequentem.

Fateor, virtutem iſtius principis per complusculos annos in ſe ipſam fuiſſe collectam, cum non haberet, ubi ſeſe exerceret, adeo ut per tempeſtatem competentem idem ſit paſſa, quod aquæ aggeribus coërcitæ, & machinis à fluxu prohibitæ. Quamprimum enim diverſa tempeſtas removerit illos ageres, ad liberam propenſionem, viſus eſt ruere curſu æque valido & utili, adeo ut victoria nunquam deſtituerit ipſius arma

& im

imperium. Nemo enim unquam armis præfuit mente æquiore & puriore hinc particulare nunquam admiſcuit commodum, præter gloriæ compendium, quod redundavit, & ſemper in offenſo pede in cauſa regis, & ad emolumentum reipublicæ proceſſit.

Omnium primum notabitur de virtute illius, nunquam voluiſſe periculum facere facultatis in mediocri negotio quin tyrocinii ſpecimẽ optarit illuſtre, Primis armis obſidionem quærebat loci catenus in ſuperabilis, cum Gravelingæ occupatio etiam ſuperioris regi viſa ſit impoſſibilium rerum numero habenda. Certum eſt, cogitaſſe eum de hoc munimento invadendo, etiam Autai id propoſuiſſe per Heuſtium, Cardinali Richelio, ſic pateſceret via ad occupandam Dunkerkam, proterquam Gravelinga obſidenda cenſebatur. Quoniam tamen res ipſa multis inneſcationibus ſplendebat, tantas tamen difficultates oſtendebat, ut inſtitutum abjiceret.

Quemadmodum autem, (ſi fas mihi ſit comparationem inſtituere inter res ſacras & regnum iſtius principis, quem cæium ex mera benevolentia nobis dedit, ſpem æque ac delictum popularium) Deus Salomoni reſervaverat fabricam templi, quod *David* optabat extruere, ita voluit, ut, quæ non licuit patrare ſub regno parentis, perficerentur ſub filii imperio. Gravelinga adeo & Dunikerka arma Ludovici XIV. ſuccumberent, quæ illa Ludovici XIII. ne territabant quidem.

Ut igitur inſtitutum adeo difficile perduceretur ad finem, celſiſſimus princeps exercitum in tria agmina diviſit, quæ tribus viis diverſis progrederentur. Id ſtrategema bene ſucceſſit, modumque oſtendit, ut ſinguli ſine repulſa ſub tutela alicujus munimenti in Gravelinga pergerent.

Id vero opus imperfectum manſiſſet, labore prorſus irrito, niſi Hollandi ad partes acceſſiſſent, cum interque eo momento tha aſa [illegible] Trompium claſſe mittit, [qui ſuppetias [illegible] quæ per-

Oceanum fortè ad properarent ad illum locum ſervandum. Ut autem momenta temporis Hollandi tenerent,& alia quædam commoda ad obſidionem promovendam præſtarent, nemo dubitavit, p... tionam Aurelianen... quidvis apud ipſos potuiſſe. Ex ... nulla ſiquidem nulla adminicula prætermittebantur ad eos concitandos, auſimque affirmare, officia, quæ Cardinalis apud principem Auraicum exhibuit particularia, quo cum ſam... tem ſingularem uſque ad mortem coluit, nihil obfuiſſe illi petitioni,

Quicquid ſit Trompius non ſatis advigilabat, quin aliquid ſuppetia um immitteretur, cum in po... ... mortalium minime eſſet, Oceania aquas, quæ quotidie foſſas munimenti perluebant, impedire. Unde trajectus reddebatur difficilior, & vitam aliquot noſtratium abſtulit qui ponte ... ſupplicio. Tranſigere tandem incipiunt, poſtquam ſecundus furnus cuniculorum, quem Milleræus fecerat, concrepuit, tantumque ſp... tium in propugnaculo, cui adhærebat, diruit, ut quadringenti ibi ſtationem ſumerent.

Ex eo loco proclivè erat munimentum ſuperare niſi deditionem feciſſet Mareſchalcus autem ille prudentiſſimus & peritiſſimus in arte ...ſidendi operam & patientiam applicuerat alteri furno, cum prior non ſatis latam dediſſet ruinam, ad ſtationem deſideratam.

Mareſchalcus autem Gaſſionus qui alterum aſſultum gubernabat, ſatis habuerat, primum furnum explodere, obſtinato animo ibi quærebat ... ..., quam magno cum labore & exiguo cum ſuo eſſu obtinuit, cum inde non poſſet hoſtem cogere ad deditionem, aut ſtationem ſervare, quod nimis anguſta eſſet, ſi vis ... ... Fatendum quidem, opus iſtius Mareſchalci primo magis proceſſiſſe, quam illud alterius Mareſchalci, ſive ex ingenio æmulo, quod per naturam habebat, perurgeret opus, quavis jactura ... ...itiorum, dum alter magis a... eret regularitei, ut ... ... conſervaret; ſive hic majorem vim ſentiret ab Hiſpanis ... qui impetum illum ... ...bant,

... dum Gaſſionus in Italiis minus experiretur repulſæ, ... autem ſucceſſus compendium, quo cætera omnia ... abantur, Milleræ orriburum vti diximus.

... bic prætertre aliquem caſum, qui Gra... lingæ, ... em promovit, & tempus ob... mulium ..., quod ſcilicet hoſtes ab exordio deſererent mu... tum Philippi, quo com meatus in Oceanum ... oppido conſtabat, & ob robur, adeoque ... m cordatum noſtratium vires per multos dies ... ſent exerceri. Non tamen id, ut in vulgus crc... ex væcordia aut trepidatione, ab hoſtibus de... acebat, Iuſtitiam ipſi non negamus, ſed expru... axiomate, ut præſidiarij ſervarentur in ... mes, qui oppido debebantur, ſatis malè cuſtodire: ... igitur dux, de nocte ej erire, & cuniculos ... uentes Gallos cum munimento in aërem explo... quod conſiſtum eventu ca... uit.

... ergitur intelligimus, inter duo incommoda mi... legen... um, ut minus gravia ſemper cedant grav... Obſequium ducis illius, qui muni... entum Phi... ſervabat, gubernatori Gravelingæ præſtitum, no... audaculos deber inſtruere, ne tergiverſentur cum ..., cum a ſemetipſis impetrare non poſſint ut ſine ... dimittant, quod ... ate vendi poteſt, per defenſio... laudabilem.

... autem victoria omnibus conſtaret numeris, nec... deſideraretur ullus radius, qui actio... es militares ... re queat, ip'e P... colomin... us produxerat exerci... um ad ſolas noſtr... s, quaſi ... qu... au urus.

... ichanenſi au... m omnia diſpoſuerat, ut eum ex... , exercitus ... recearti... a... eo l... tis, quæ per ... forſan vitam non ... ſtituiſſet. Eo tamen is ... ore ... ignum cenſens, ſatis ha... uit ſpectaſſe vi... tanti principis, nonnihil utique ex ſua præſentia ... umphi magnific... tiam ... ddens.

Quemadmodum Hollandi non parum contribuère Gravelingæ de itionem, ita obſidic Gravelingæ pla... ... ... Candavenſis, dum

princeps Auraicus compendium trahit ex Piccolomini inſtituto, qui venerat cum exercitu, vt obſidionem ſolveret, ſi poſſet, id quod feliciter audet, conficitque ſuum inſtitutum, adeo vt Ordines Hollandiæ in ipſa Flandria ſeſe conſtabilirent, vbi hactenus pedem figere, aut ſaltem firmare nequiverant. Adeo verum eſt, quamdiu illi & noſtri egêre communicatis conſiliis, & concordia inter duas Nationes conſtitit, fortunam nihil favoris negaſſe, aut aliquando frigidiorem ex occaſionibus, malevolentiam nec diu, nec damnoſe tenuiſſe.

Poſt captam Gravelingam rediit Dux Aurelianenſis ad aulam, vbi præſentia ipſius neceſſaria videbatur, & Mareſchalcus Gaſſionus, cui imperium in exercitum erat relictum, quod tamen poſtea cum duce Elbævio eſt partitus. Novam foſſam occupavit & explicavit, quantum opus eſſet ad commeatum noſtratibus aperiendum ex Arteſia in Flandriam hac foſſa interclusum. Etiam Stationē OVVatenam corripuit, maximi ad res noſtras per Flandriam promovendas momenti, & difficillimę cuſtodiæ, ob viciniam multorum præſidiorum circumcirca. Dux Elbævius hanc ſibi ſumſit curam, cum parte copiarum, dum Gaſſionus Mareſchalcus alteram partem ducit prædatum, vt miles ex hoſtico ſumeret, vnde viveret & diteſceret, adeo vt hoſtes graviter trepidarent ad illud nomen quod toties formidinem incuſſit, & illi pene pro libidine graſſarentur.

CAP.

CAPVT XII.

Traiicitur Colma; Capiuntur Mardikum, Burburgum, Bethuna, Armenteria & alia loca in ripis Colmæ & Lyſiæ à duce Aurelianenſe, & Mareſchalcis Gaſſiono ac Ranſario: Tranſit princeps Auranus Canalem Brugæ, & duos Eſcautos, duobus Mareſchalcis adiuvantibus.

DUx aurelianenſis, excitatus ſucceſſu primæ expeditionis, & eximio illo fervore, quem ſemper in cauſa regis eſt teſtatus, alacrior, anno ſequente imperium in exercitum reſumit, quod duci Elbævio & Mareſchalco Gaſſiono tradiderat. Inceperat enim per Gravelingam, vt per Dunikerkam finiret, quemadmodum inſtitutum confecit tertia expeditione, duce Anguinio vltimam manum admovente, quod ſuo loco memorabo.

Ad Dunikerkam vt accedere liceret, omninò neceſſaria erat Mardiki poſſeſſio, quod inſtar propugnaculi remoti cenſebatur, aut inſtar Citadellæ ſejunctæ. Tranſitus autem ad Mardikum maiori laborabat difficultate, quam qua Calero procedebatur Gravelingam, cum & Colmæ fluvius intermedius vado non valeret, & in adverſa ripâ exercitus ſtaret, ad arcendos hoſtes. Vis aperta videbatur nimis infirma, aut potius temeraria, ſi quis eam adhibuiſſet. Neceſſum igitur Aurelianenſem tranſire ad technas, & hoſtibus luſum reddere, vbi inſtituit ducere, adverſus locum a [illegible]ore alieniſſimum.

Vnicus tantum locus erat, vbi pontem pateretur fluvius, quem ideo Pontem Abbatis nuncupant provinciales, hoſtium notitia & ſuſpicione remotum, propter aggeres aliquot anno ſuperiore perfoſſos, vnde diſtrictus [illegible] militaria & amplius vltra illum tranſitum [illegible] tranſiêre Villequerius & Lamontius, cum mi[illegible]

nienſi, & tribus legionibus ex O VVa:enâ, qui lura ſu: ſtin:erent, donec Gaſſionus tranſmitteret, & expectabatur ad ... eitum ſignum, de quo convenerat.

Repugnabant quidem hoſtes trans Colmam, etiam trans L...yettam, rivum ulteriorem, ſed virtus noſtratium prætendit, tametſi ſummo cum labore. Villequeriusegregiam hîc navavit operam, quemàdmodum vbique ſolet per Flandriam. Lermontius nihil reliquum fecit v...tutis. De Mareſchalco Gaſſiono ſufficit dixiſſe, eum ſummam rerum direxiſſe, auſpicijs Ducis Aureliancnſis, vt exiſtimetur, potiores adeptus partes ſecundum principem honoris acquiſiti. Vidi oculis meis, relationem de tranſitu illo, principis ſereniſſimi manu adeo judicioſe & exactè factum, ut vel inde pateat, virtutem agendi æquam ſortiti facultatem ſcribendi, id⁊amque rerum gerendarum æque acutam & puram, ac egregiam.

Non poſſum à me impetrare, vt tacitus prætercam duos caſus, qui pretium iſtius victoriæ intendunt, & gloriam tranſitus in venti exaltant Nam primo omnes ... mnino difficultates, quę principi Sereniſſimo proponebantur, ad divertendum animum ab hoc inſtituto, eum potius ... cenderunt, & tanquam acuti ſtimuli inc tarunt. Deinde notandi eſt virtus & alacritas gregariorum m, qui volupe ducebant, planitiem aquis ſuffocatam per duo milliaria & amplius emetiri, veſtibus & armis in caput ſublatis, vbi non raro loca depreſſiora nando tranſmittebantur, quæ nonnullos hauſerunt & ingurgitârunt.

Hiſtoria Flandriæ cum admiratione recenſet Hiſpanos bis trajeciſſe mare, ubi effluxerat, ſine nauium vſu, & duce Mondiagono, ut opem ferret Goëſę, periclitanti o pido, per duo fere milliaria ....dem, & duce Oſorio Ulloano, qui abinſula illa parva, quam Philippinam nuncupant, pervaſit uſque ad Duyvelandam, ad eandem fere diſtantiam locorum: Et hiſtoria Galliæ non abſimile quid referet in honorem noſtræ Nationis ex occaſione rerum præſentium, adeo ut res geſtæ, quæ & eximiæ ſunt & admirandæ ob ſingularem virtutem, Annales regis poſſint inflare, præter communes & ſolitas.

Cum

Cum trajectus Colmæ viam ad Mardikum aperuiſſet, Dux Aurelianenſis extemplo conſequitur, obſidionem incipit, & locum intra unius menſis ſpatium redigit in poteſtatem. Hinc deliberatum, an Dunkerka invaderetur, aut Came acum, quod princeps Sereniſſimus optabat, modo ab aula tum potuiſſent ſubminiſtrari, quæ ille neceſſaria intelligebat ad obſidionem tanti momenti. Cum autem tempeſtas illa aliis diſtineretur æque grandibus negotiis, exercitus reflexit verſus Lingium, locum parvum, ſed impenſe munitum, intra duas Colmas, aut potius duas paludes ex illis fluviis, adeo ut acceſſus appareret admodum difficilis virtus tamen noſtratium aggerem, qui unicam viam præbet, ſæpius interruptum, nihil morata vim oppoſitam, aggreditur, perrumpit, & locum ſubigit: Nihil inde more interponitur, obſidetur Burburgum, & eâdem fortuna, qua Lingium corripitur, quod regulariter & per circumvallationem ne obſeſſum quidem fuit, ut eo promptius in noſtram concederet poteſtatem.

Poſt ſubactum *Burburgum* admovetur exercitus Marvillæ, quæ noſtræ poteſtatis commodum præbebat tranſitum *Lyſiæ*, ad promovendam obſidionem Bethuniæ loci validi, ſed *malè* cuſtoditi, adeo ut triduanam operam principi ſereniſſimo auferret. Is hinc Gaſſionum mittit, qui fanum Venentii, & Ranſavium, qui Lilerium invaderent, quæ illi triduo confecêre: & revertitur ad aulam, imperio militari tranſlato in duos iſtos Mareſchallos, qui poſtquam Gaſſionus ſubegiſſet *Mo*tham ſilveſtrem, conjunxêre copias, ut Armenteriam obſiderent, Locus ille, licet vaſtus & ſatis populoſus non admodum repugnavit, adeo ut pene dicatur redditus ad primam comminationem armorum, cum tamen à noſtratibus occupatus, inſignem ſuſtinuerit obſidionem, & diu exercuerit adverſas Belgii vires, quas præſentia Archiducis animabat per confidentiam, quam miles in virtute & auſpiciis tanti principis collocaverat. Meneheinum terminavit victorias iſtius anni, & finem fecit meſſi uberrimæ, quam noſter exercitus per Flandriam occupatis tot locis muniſſimis collegerat.

Nep

grandem apparatum ad alendos exercitus, tributa exigebant conſtituta & vægrandia, unde illi proclive erat quaſcunque clades ſarcire, & tabulas, ſi quod accideret naufragium colligere. Hiſce additur, exercituum illorum ſumma concordia & idem motus, ut neceſſitate urgente conjuncti irruerent infœderatorum aliquas copias, aut mutuas ſibi ferrent ſuppetias, poſt aliquod detrimentum ſuſceptum, aut quamſcumque metuerent tempeſtatem.

Fœderati viceverſa agebant præter ſocietatem, etiam conſiliorum communicationem, idque per tantam diſtantiæ intercapedinem ab hoſtibus infeſſam, ut ſeparati poſſent obrui & confici ſine ullis auxiliis, aut otio diverticulis ex alia parte inſtituendis. Quod ſi tale quid fieret rarius utique, ut aliquod Suecicorum armorum agmentum nobis conjungeretur exiguo id conſtabat tempore, & per concordiam adeò tenuem, ut fructus inde ſperatus, redundaret perquam exilis, & evanidus: quod Konigsmarci ſeparatio ab exercitu Ducis Anguinij ſatis teſtatur quam ille fecit aliquot diebus ante prælium Nordelingaum, nullo inſtituti indicio facto.

CAPVT IX.

Cardinalis proponit & concludit concordiam inter exercitus fœderatorum per Germaniam ut conjuncti communicationem ſuis agerent, quandocunque luberet, & quanta commoda inde pullularint.

VT igitur incommoda, quæ modo recenſuimus, evitaremus: & æquilibrium adverſus hoſtes adipiſceremur, hæc inſtituta fuit ratio, quam Cardinalis in c[illegible] fecit ratam, poſtquam p[illegible] ſet & deliberation[illegible] iſſet eam. Exercitus [illegible]

... ent viam conjunctionis, & mutuarum ſuppetia... quotieſcunque vellent, aut neceſſitas exigeret, nul... aquer ... repagulum in medio, quod invitos di... intercapedine ſepararet. Sic ſummam rerum ... unquam peri litatutam, ex parte copia... toties eveniſſet; ſi univerſi hoſtibus obniterē... nata, qui virtute & diſciplina inferiores, for... erturi eſſent, id quod eventus comprobavit; ... propriam

... c etiam futurum, ut noſtri exercitus carpant hoſtes ... mpe. propellant, qui recedentes provinciam deſti... nent, hoſpitia noſtratibus præbitura lauta & ampla. ... et etiam hoſtis in anguſtias redigi, graviter cædi, & u... s eſt accutiſſimum ... ari, ut quamcunque condi... velit ſubire, ſive induciæ forent pangendæ, ſive ... commoda ſtabilienda: quam illi prælaturi eſſent bello ... ntinua... do, ubi nihil viderentur ulterius perdituri, ... madmodum nos occupatis acquieſceremus.

Ratiocinationem juſtiorem nemo unquam audivit, ... videntiam certiorem nemo unquam ſuſcepit. Quem... modum igitur tum feliciſſimè arabamus, ita ſegetem & ... em fecimus uberrimam. Ubi tamen notabimus, con... diam illam & conjunctionem exercituum cum impe... ... Torſtenſono fuiſſe quidem initam, ſed ex Sueco... parte demum cum ſucceſſore, Vrangelio ſcilicet per... ...

... ciendum utique, hunc virum magnanimum & admo... ambitioſum, qui cum ſplendore munia militaria ... bijſſet, ſummo imperio diu proximus, cum ... mam rerum mi... arium vocaretur, neque experien... ... ceſſionis, neque authoritatem apud ſummos du... qui amabant & colebant ipſius perſonam, neque gra... & confidentiam apud duces inferiores & gregarium ... attuliſſe, adeo ut frumamenta per Germaniam, ... ſumptui ſufficiebant, minus ſervant: *Benefi*... ... us iſtius conjunctionis, Sueci & nos non ceſ... ... progreſſus facere nobiles adverſus hoſtes.

... ximus, virtutem per plurimos conflictus parti... culares

culares fregimus Franconiam occupavimus; & Sueviam Danubium & Lycum trajecimus, in ripis utriuſque fluvij pedem fiximus, Ducemque Bavariç, ut compendium faciam ſcribendi, cujus provincia jam præbebat theatrum Bellonæ & hoſpitia militi, à tot exercitibus oppreſſa, eò perduximus ut ſummum habuerit finem perdendi & metuendi quærere in tranſactione induciarum, quæ Ulmæ fuerunt pactæ, ubi inter cætera commoda fœderatis & nobis indulta, Heilbrunna Gallis ceſſit, quam à longo tempore adamaveramus, & toties inutiliter requiſiveramus, quod in Germania nobis eſſet altera Caſala adverſus Hiſpanos, & Geldria fuerat Hollandis in Belgio: Iſtius urbis beneficio pacatam adibamus poſſeſſionem omnium occupatorum ex illa parte hactenus fruſtra quæſitam, præceptis Bavaro hoſpitiis Suevicis, quæ non exiguum momentum adferebant, ad alimentationem & ſubſiſtentiam exercituum hoſtilium.

Quemadmodum autem utriuſque exercitus conjunctio iſtos produxit fructus, & hæc præbuit quæ commemoravi commoda; ita ſeparatio poſt inducias ſuſcepta, qua nimis longè dirimebantur, fatalis eſſe cœpit. Evenit autem in Bavaria, unde nos hoſpitia noſtra repetivimus Suecis in Cæſareanos verſis, quod tranſactione illa nollent comprehendi, & Egram, quam Bohemiæ clavem ex illa parte ſcimus, corripientibus.

Nova interea fit conſpiratio inter Cæſareanos & Bavaros, de iſtis opprimendis, quod non operoſe confici poſſent, defatigati utique & debilitati ex diuturna expeditione, & damnis ad Egram expugnatam ſuſceptis: præda facilis exercitibus, aliquamdiu redintegratis objicienda.

Continuò igitur, poſtquam Elector Colonienſis defecit, & alii quidam motus minus compoſiti in Bavaria animadverterentur, qui præcedebant induciarum rupturam, quam dux meditabatur, confluxere univerſæ copiæ, & Suecos in Haſſiam rejecere, quæ toties exercituum fœderatorum poſt gravem aliquam tempeſtatem, fuit aſylum & portus.

Sueci tamen eodem in portu naufragium non declinaſſent, quin & incomparabili DOMINÆ, cujus virtus, conſtan

conſtantia & fides nunquam ſatis laudari poterunt, exitium conciliaſſent, niſi noſter exercitus quietem, qua gaudere cœperat neglexiſſet, pervaſiſſet, & rebus feſſis humeris ſuppoſuiſſet, vbi illi ſuccumbere videbantur : niſi Cardinalis mandata quantocyus Turænio expediviſſet perficienda, eo momento, quo ille, quod impetraverat, ad [illegible] re [illegible] conſtituebat.

Secundum illam alteram conjunctionem fœderatorum, cedebant omnia ; Cæſareani & Bavari rejecti ſunt in Bavariam penitiſſimè, vltra terminos priores, adeo vt Dux aſylum & ſecuritatem extra patriam quæreret. Id vnum deerat, nempe Oeni tranſitus, quem ſi admiſiſſet, vti Danubius & Lycus, præter Ingolſtadium nihil reliquum fuiſſet, bonæ noſtræ fortunæ exemptum. Hæc vulnera videbatur ſola pax imperij ſanatura, quæ cum Ducem extremè lancinarent, etiam Imperatorem adigere potuerint, vt aſſentiretur, quantumvis repugnarent Hiſpani machinationibus diverſis, ad pacem diſturbandam inſtructiſſimi.

CAPVT X.

Quanta compendia pax Germaniæ contulerit Galliæ.

QVanta commoda pax Germaniæ nobis contulerit, & quanta bona ex eo principio noſtris rebus affluxerint, paucis explicabo. Verè dici poteſt, à quo tempore bellum per Germaniam eſt geſtum, incendiumque illud adeo diuturnum & pertinax flagravit, nullum fœderatorum [illegible] tuti aut certi ſibi promiſiſſe, cum vnicum prælium, quod Imperator habuiſſet adverſus ſummum exer[illegible] felix imperium in vaſtas illas provincias, quæ hac [illegible] fertiliſſimi ſunt Europæ campi ad producendum [illegible]em, extendiſſet.

Nihil deinde obſtitiſſet, quin horſum vorſum pro

lubitu

ſubitu duxiſſet vires & copiis innumeras, ubi Gallia videbatur primæ inundationi deſtinari, quod haberet, unde militis avari impleret Zonam, & vindictæ materiam præberet hoſti. Hinc facilè judicari poterit, quo in ſtatu per ſævam illam tempeſtatem, (quæ in Flandria & Italia occupaveramus fuiſſent futura, quem curſum res Catalaunorum tenuiſſent, Hiſpania commodam occaſionem talionis & vindictæ undiquaque & in Galliam exercente. Non igitur contemnendum præſtitit officium ſummus reipublicæ miniſter, qui adeò obnixe laboravit in bello admodum periculoſo componendo: ſcaturigineque, quam alii recluſerant, obturanda.

Deinde non tantum per pacem Imperij liberamur à metu adeò juſto, ut jam exigui momenti jacturis, ſi quæ eveniant, defungi poſſimus, quæ tamen de lucro reſecentur; ſed etiam tot modis evaſimus ſuperiores hoſte quem reliquum habemus Hiſpano, ut niſi caſus aliquis fatalis obſtitiſſet, coactum teneremus ad pacem, tam contumaciter hactenus recuſatam, acceptandam.

Præter illas vires, quas nunquam non obtinuimus adverſus Belgij vim, & virtute & numero ſuperiores, potuimus ſine ſumptu ulteriore ex Germania recipere exercitum bellicoſum, & victoriis aſſuetum, qualem Gallia à longo tempore non vidit: ubi liberum nobis fuit, ex cæteris illius provinciæ exercitibus, etiam Imperatoris florem legere, & delectum ferè inſtituere militum atque Ducum, quorum opera adverſus Hiſpanum uteremur: dum ille ne unum quidem gregarium, ſine novo ſumptu, eoque prægrandi ad ſe traducere queat: adeò ut Imperatori ex legibus pactorum non ſit integrum, Hiſpano opem ferre, directè aut indirectè, clam aut palam, neque Imperatoris, neque Archiducis Auſtriaci nomine.

Tertium patet, nos non tantum per iſtam pacem liberatos eſſe periculo extremæ ruinæ, quæ noſtris capitibus nunquam non imminebat, & vires per exauctorationem illorum exercituum ex voto auxiſſe, ſed etiam relinqui nobis fixum & permanens auctarium provinciam amplam utriusque Alſatiæ.

Nihil

Nihil hic dicam, quid ſit Alſatia provinciæ cum pro-
... pulchritudinem & fertilitatem comparetur Turo-
... agro noſtrati, & Lombardiæ Italiæ: quomodo al-
... tur fluvio pulcherrimo, & per orbem Chriſtianum ob
commerciorum frequentiam celeberrimo, Rhenoſcili-
... quomodo in capite jactet munimentum Germaniæ
... ſimum, *Briſacum* vtique, cujus beneficio Helve-
... creſcat aut fiducia, aut formido, prout huic noſtræ
... onæ bene cupiet, aut adverſabitur: hinc Galliæ nomen
... erabile factum Tyrolenſibus & Bavaris, hinc, quod e-
... ſummum duco, Lotharingia vtrinque conſtringitur
Gallia, adeo vt eam provinciam, ſi noſtra poteſtate non
... ar, per latus Germaniæ afferat, priſco autem domino
... diram, Galliæ aliquanto arctius adſtringat.

Quartum ſuccurrit Philippiburgi poſſeſſio, ſecundum
... aci aſſertionem, quam pax imperij nobis conſtabili-
..., vnde non leve ducitur momentum ad conſervandos
... eratos Germaniæ, qui amicitiam noſtram conſtanter
... erint, & fræni ſpeciem præſtat, vt in officio erga Galli
perſiſtant, ſi qui ab ea diſcedere cogitarent. Hinc do-
... um Rheni recuperamus, quod Argentina interſecat,
tamen reipublicæ ſurſum præſtat propugnaculum, aut
..., vti *Briſacum* deorſum, eâ additâ neceſſitate
benevolentiam, quam nobis ſemper exhibuit, noſtra-
partium, dum ab hoſtium ambitione protegitur, &
... illorum ambitum quieſcit.

... etiam Palatinatus inferior frænatur, adeo vt ſi Ele-
... nobis reſtitutionem ex parte debet, aliquem vi-
... um Catholicorum temere premeret, aut ſuppetias
perduelli alicui regis, propter viciniam noſtratium
... ri poſſit, cum irruptionibus pateat illius provinciæ
... lippiburgo inſtituendis.

... neum ſubit, ex pace Germaniæ commodum, quo
... udemus: tantundem deceſſiſſe Auſtriacis, & parti-
... er Hiſpaniæ, cum ſic Alſatia reſecetur à ramo illius
... tudinis; Rumpitur linea illa commeatus, quæ co-
... Italia in Flandriam deducit, extorquetur ex mani-
... rior Palatinatus, impeditur, ne membrum fiat im-
... colatur aut metuatur, vti prius, per tractum Rhe-
... & Moſellanum.

Sextum commodum præſtat hoc pax, cum ita coniungat & conſolidet tres Epiſcopatus, Metenſem, Tullianum & Verodunenſem noſtræ coronæ. vt eos jure ſupremo poſſideamus, nullo reſpectu ad imperium, nam ante bellum hoc, & Parlamenti apud Metenſes inſtitutionem, diœceſani trium illorum Epiſcopatuum tenebantur jus extremum apud Cameram imperialem Spiræ ſumere; vnde dividebantur propenſiones animorum, vt partim Galli, partim imperiales cenſerentur.

Fatemur, regnante rege ſuperiore remedium illi malo pene fuiſſe allatum, & diviſionem illam evaniſſe, vbi apud Metenſes, vt diximus inſtitueretur Parlamentum; verum vtique ſic viſum tum, nihil tamen promotum; Cum id vnum ageretur in erigendo illo Parlamento, vt pecunia corraderetur ex venalibus munijs, quæ pace firmata redhiberetur, rebus epiſcopalibus in formam priſtinam reſtitutis, quemadmodum ante bellum ceptum fuiſſent. Hoc enim caput inter cætera inſertum erat inſtructioni, quam Cardinalis Richelius ex mente regis defuncti concinnaverat, qui etiam volebat, omnia quæ per Germaniam occupaveramus, in eum ſaltem finem adhiberentur, ſecundum reſtitutionem futuram, vt Elector Palatinus indemnis eſſet, & Electoratus in familia Bavariæ firmaretur.

Proſperior tamen curſus noſtrorum armorum in eâ provinciâ, & inſignes progreſſus, quos per hanc adminiſtrationem fecimus; id præſtitere, vt pars occupatorum familiæ Palatinæ ſatisfaceret, & inſuper integra abſolutaque poſſeſſio trium illorum Epiſcopatuum, ex conſenſu Imperatoris & ordinum imperialium, nobis in perpetuum cederet. adeo ut inpoſterum nihil metuamus inſtitutum Caroli V poſt tranſactionem Paſſavienſem, ſub quocunque Iuſtitiæ colore, adverſus Metim renovari; aut quæ Valſteinius cogitabat, ex eodem prætextu, vlterius in regno patrare, dum ad Rupellam diſtineremur, & Conventus Ratiſbonenſis ipſum cogeret mutare inſtitutum ex altera parte.

Septimum emolumentum exurget ex fine principali, quem propoſitum inde ab initio belli habebamus, ob-

tento

[illegible]entour videlicet limites juſti s, & repagula robuſta obji[illegible]eremus Auſtriacis in Germania, quibus rumpendis aut [illegible]bliendis non facilè ſtuderent.

H[illegible]c demq e pace fundum ſpei vaſtiſſimæ exiccavimus [illegible] familia hæc ambitioſa fovebat de German a penitus [illegible]anda, poſtquam Ordinibus & conſtitutionibus [illegible]bus adeoque immunitatibus ſuus redigit vigori [illegible] enim eam ex ſervitute Hiſpaniæ vindicavimus, per vi[illegible]usque ne in poſterum per cæcam obedientiam ferat, [illegible]d ſolebat, ad nutum alterius, proſcriptiones & arma [illegible].

Verbo dicam, firmavimus baſin longè ſolidiorem ad [illegible]nquillitatem Germaniæ; ademimus principibus illi[illegible] provinciæ, magno ſuo bono, ſuſpiciones & metum, [illegible]æ ex ſacrorum diſſidio oriebantur. Catholici enim [illegible]aſam Imperatoris cavebunt denuo adeo fervide ſu[illegible]pere, cum propugnaculum firmius nacti ſint adver[illegible] Proteſtantes, in amicitia & vicinia Galliæ. Prote[illegible]tes quietiorem ducent vitam, beneficio ejuſdem tu[illegible]& refugii, quæ ipſis nihil minus, quam Suecorum fa[illegible] defuerit, in iis quæ transactionem Osnabrugenſem [illegible]ant aliaſque. Neutri vero deſinent metuere genium [illegible]illius familiæ, cujus amicitia paulo minus nocet [illegible] odium: & ſic unanimiter cogitabunt, quomodo [illegible]andum ſit juſto & nato hoſti orbis Christiani, qui in[illegible]onis rugientis quærit & arrodit ſine intermiſſione, adeo ut ſemper corripiat unum atque alterum membrum, quod devoret.

& imperium. Nemo enim unquam armis præfuit mente æquiore & puriore hinc particulare nunquam admiſcuit commodum, præter gloriæ compendium, quod redundaret, & ſemper in offenſo pede in cauſa regis, & ad emolumentum reipublicæ proceſſit.

Omnium primum notabitur de virtute illius, nunquam voluiſſe periculum facere facultatis in mediocri negotio quin tyrocinii ſpecimẽ optarit illuſtre, Prioris armis obſidionem quærebat loci catenus in ſuperabilis, cum Gravelingæ occupatio etiam ſuperioris regi viſa eſſet impoſſibilium rerum numero habenda. Certum eſt, cogitaſſe eum de hoc munimento invadendo, cum jam Antai cum id propoſuiſſe per Heuſtium, Cardinali Richelio, ut ſic pateſceret via ad occupandam Dunikerkam, propter quam Gravelinga obſidenda cenſebatur. Quoniam autem res ipſa multis incicationibus ſplendebat, tantas tamen difficultates oſtendebat, ut inſtitutum abjiceretur.

Quemadmodum autem, (ſi fas mihi ſit comparationem inſtituere inter res ſacras & regnum illius principis, quem cælum ex mera benevolentia nobis dedit, ſpem æque ac delictum popularium) DeusSalomoni reſervaverat fabricam templi, quod David cogitabat extruere, ita voluit, ut, quæ non licuit ſeparare ſub regno parentis, perficerentur ſub filii imperio, Gravelinga adeo & Dunikerka arma Ludovici XIV. ſuccumberent, quæ illa Ludovici XIII. ne territabant quidem.

Ut igitur inſtitutum adeo difficile perduceretur ad finem, celſiſſimus princeps exercitum in tria agmina diſpeſcuit, quæ tribus viis diverſis progrederentur. Quod ſtrategema bene ſucceſſit, modumque oſtendit, quo ſinguli ſine repulſa ſub tutela alicujus munimenti in via Gravelinga pergerent.

Id vero opus imperfectum manſiſſet, labore prorſus [illegible], niſi Hollandi ad partes acceſſiſſent, con[illegible]que eo momento [illegible] Trompium [illegible] mittit, [illegible] quæ pe-

3 Oceanum fortè ad properarent ad illum locum ſervandum. Ut autem momenta temporis Hollandi tenerent,& alia quædam commoda ad obſidionem promovendam præſtarent, nemo dubitavit, ſ[illegible]ovam Aurelianenſis quidvis apud ipſos potuiſſe. Ex [illegible] ſiquidem nulla adminicula prætermittebantur ad eos concitandos, ausimque affirmare, officia, quæ Cardinalis apud principem Auraicum exhibuit particularia, quo cum ſ[illegible] ſingularem uſque ad mortem coluit, nihil obfuiſſe illi petitioni,

Quicquid ſit Trompius non ſatis advigilabat, quin aliquid ſuppetiarum immitteretur, cum in po[illegible] mortalium minime eſſet, Oceania quas, quæ quotidie foſſas munimenti perluebant, impedire. Unde trajectus reddebatur difficilior, & vitam aliquot noſtratium abſtulit qui ponte[illegible] proper[illegible] ſuplicio. Tranſigere tandem incipiunt, poſtquam ſecundus furnus cuniculorum, quem M[illegible] fecerat, concrepuit, tantumque ſpatium in propugnaculo, cui adhærebat, diruit, ut quadringenti ibi ſtationem ſumerent.

Ex eo loco proclivè erat munimentum ſuperare, niſi deditionem feciſſet. Mareſchallus autem ille prudentiſſimus & peritiſſimus in arte [illegible]ſidendi operam & patientiam appli[illegible] alteri [illegible], cum prior non ſatis latam dediſſet ruinam, ad ſtationem deſideratam.

Mareſcha'cus autem Gaſſionus qui alterum aſſ[illegible] tum gubernabat, [illegible] habuerat, primum furnum explo[illegible] obſtinato animo ibi querebat [illegible], quam magno cum labore & exiguo cum ſuc[illegible] obtinuit, cum inde non poſſet hoſtem cogere ad deditionem, aut ſtationem ſervare, quod nimis anguſta eſſet, ſi vis [illegible]. Fatendum quidem, opus iſtius Mareſchalci primo magis proceſſiſſe, quam illud alterius Mareſchalci, ſive ex ingenio æmulo, quod per naturam habebat, perurgeret opus, quavis jactura [illegible], dum alter magis a[illegible]eret regularitati, ut [illegible] ob[illegible] rvaret; ſive hic majorem vim ſentiret ab Hiſpanis [illegible], qui impetum illum [illegible] bant,

ſunt, dum Gaſſionus in Italis minus experti erut repu'ſæ. ... autem ſucceſſus compendium, quæ cætera omnia ... abantur, Milleræ otribucum ut diximus.

Non hic præterire aliquem caſum, qui Gra... clingæ, ... tionem promovit, & tempus obſi... multum ... quod ſcilicet hoſtes ab exordio deſeruerant mu... otum *Philippi*, quo commeatus in Oce... oſtem oppido conſtabat, & ob robur ... adeoque ... ium cordatum noſtratium vires per multos dies ... ſſent exerceri. Non tamen id, ut in vulgus cre... ſam, ex vecordia aut trepidatione, ab hoſtibus de... mjacebat. Iuſtitiam ipſis non negamus, ſed expru... ſtæ axiomate, ut præſidiarij ſervarentur in ... mes, qui oppido debebantur, ſatis malè cuſtodito: ... igitur dux, de nocte eirie, & cuniculis ... uere, ... ſtruentes Gallos cum munimento in aërem explo... ... quod conſiſtum eventu ca... uit.

Hinc igitur intelligimus, inter duo incommoda mi... legendum, ut minus gravia ſemper cedant grav... ... Obſequium ducis illius, qui muni... entum Phi... ſervabat, gubernatori Gravelingæ præſtitum, nos ... audaculos debet inſtruere, ne tergiverſentur cum ... cum a ſemetipſis impunitate non poſſint ut ſine ... dimittant, quod ... vendi poteſt, per defenſio... laudabilem.

... autem victoria omnibus conſtaret numeris, nec... deſideraretur ullus radius, qui actiones militares ... re queat, ipſe P... colominæus produxerat exerci... ... ad ... ſuos, quali ... ad ... usus, ... tamen ... autem omnia diſpoſuerat, ut cum ex... ... exercitus ... eo ... qui per ... forſan vitam non ſ... ſtituiſſet. Eo tamen is ... honore in ... ſeus, ſatis habuit ſpectaſſe vi... ... tanti principis, nonnihil utique ex ſua præſentia ... ſumphi magnificentiam addens.

Quemadmodum Hollandi non parum contribuêre ... Gravelingæ deditionem, itaob ... Gravelingæ pla... ... ... Caroli ... , dum

 pla-

princeps Auraicus compendium trahit ex Piccolomini inſtituto, qui venerat cum exercitu, vt obſidionem ſolveret, ſi poſſet, id quod feliciter audet, conficitque ſuum inſtitutum, adeo vt Ordines Hollandiæ in ipſa Flandria ſeſe conſtabilirent, vbi hactenus pedem figere, aut ſaltem firmare nequiverant. Adeo verum eſt, quamdiu illi & noſtri egere communicatis conſiliis, & concordia inter duas Nationes conſtitit, fortunam nihil favoris negaſſe, aut aliquando frigidiorem ex occaſionibus, malevolentiam nec diu, nec damnoſe tenuiſſe.

Poſt captam Gravelingam rediit Dux Aurelianenſis ad aulam, vbi præſentia ipſius neceſſaria videbatur, & Mareſchalcus Gaſſionus, cui imperium in exercitum erat relictum, quod tamen poſtea cum duce Elbævio eſt partitus. Novam foſſam occupavit & explicavit, quantum opus eſſet ad commeatum noſtratibus aperiendum ex Arteſia in Flandriam hac foſſa intercluſum. Etiam Stationē OVVatenam corripuit, maximi ad res noſtras per Flandriam promovendas momenti, & difficillimę cuſtodiæ, ob viciniam multorum præſidiorum circumcirca. Dux Elbævius hanc ſibi ſumſit curam, cum parte copiarum, dum Gaſſionus Mareſchalcus alteram partem ducit prædatum, vt miles ex hoſtico ſumeret, vnde viveret & diteſceret, adeo vt hoſtes graviter trepidarent ad illud nomen quod toties formidinem incuſſit, & iſti pene pro libidine graſſarentur.

CAPVT XII.

Tranſitur Colma; Capiuntur Mardikum, Burburgum, Bethuna, Armenteria & alia loca in ripis Colmæ & Lyſiæ à duce Aurelianenſe, & Mareſchalcis Gaſſiono ac Ranſario: Tranſit princeps Auranus Canalem Brugæ, & duos Eſcautos, duobus Mareſchalcis adiuvantibus.

DUx aurelianenſis, excitatus ſucceſſu primæ expeditionis, & eximio illo fervore, quem ſemper in cauſa regis eſt teſtatus, alacrior, anno ſequente imperium in exercitum reſumit, quod duci Elbævio & Mareſchalco Gaſſiono tradiderat. Inceperat enim per Gravelingam, vt per Dunikerkam finiret, quemadmodum inſtitutum confecit tertia expeditione, duce Anguinio vltimam manum admovente, quod ſuo loco memorabo.

Ad Dunikerkam vt accedere liceret, omninò neceſſaria erat Mardiki poſſeſſio, quod inſtar propugnaculi remoti cenſebatur, aut inſtar Citadellæ ſeiunctæ. Tranſitus autem ad Mardikum maiori laborabat difficultate, quam qua [illegible]leto procedebatur Gravelingam, cum & Colmæ fluvius intermedius vado non valeret, & in adverſa ripa exercitus ſtaret, ad arcendos hoſtes. Vis aperta videbatur nimis [illegible]ma, aut potius temeraria, ſi quis eam adhibuiſſet. Neceſſum igitur Aurelianenſem tranſire ad technas, & hoſtiles luſum reddere, vbi inſtituit ducere, adverſus locum a [illegible]ore alieniſſimum.

Vnicus tantum locus erat, vbi pontem pateretur fluvius, quem ideo Pontem Abbatis nuncupant provinciales, hoſtium notitia & ſuſpicione remotum, propter aggeres aliquot anno ſuperiore perfoſſos, vnde diſtri[illegible] milliaria & amplius vltra illum tranſitum [illegible] tranſiere Villequerius [illegible]

nienſi, & tribus legionibus ex O VVa:enâ, quæ i ſuta ſta-tiu erent, donec Gaſſionus tranſmitteret, & expectaba-tur ad itum ſignum, de quo convenerat.

Repugnabant quidem hoſtes trans Colmam, etiam trans L. yetram, rivum ulteriorem, ſed virtus noſtra-tium pertendit, tametſi ſummo cum labore. Vilieque-tius ſ gnem hic navavit operam, quemadmodum ubi-que ſolet per Flandriam. Lermontius nihil reliquum fecit v irtutis. De Mareſchalco Gaſſiono ſufficit dixiſſe, eum ſum-mam rerum direxiſſe, auſpicijs Ducis Aureliaenenſis, vt exiſtimetur, potiores adeptus partes ſecundum principem honoris acquiſiti. Vidi oculis meis, relationem de tranſitu illo, principis ſereniſſimi manu adeo judicioſe & exacte fa-ctum, ut vel inde pateat, virtutem agendi æquam ſortiri fa-cultatem ſcribendi, ideamque rerum gerendarum æque acutam & puram, ac egregiam.

Non poſſum à me impetrare, vt tacitus prætercam duos caſus, qui pretium iſtius victoriæ intendunt, & glo-riam tranſitus in venti exaltant. Nam primo omnes omni-no difficultates, quæ principi Sereniſſimo proponebantur, ad divertendum animum ab hoc inſtituto, eum potius ac-cenderunt, & tanquam acuti ſtimuli inſtigarunt. Deinde notandi eſt v irtus & alacritas grega iorum, qui volupe du-cebant, planitiem aquis ſuffocatam per duo milliaria & am-plius emetiri, veſtibus & armis in caput ſublatis, vbi non raro loca depreſſiora nando tranſmittebantur, quæ non-nullos hauſerunt & ingurgitarunt.

Hiſtoria Flandriæ cum admiratione recenſet Hiſpa-nos bis trajeciſſe mare, ubi efflux erat, ſine navium vſu & duce Mondragono, ut opem ferret Goëſæ, periclitan-ti o pido, per duo fere milliaria itidem, & duce Oſorio Ulloano, qui ab inſula illa parva, quam Philippinam nuncupant, pervaſit uſque ad Duyvelandam, ad ean-dem fere diſtantiam locorum: Et hiſtoria Galliæ non abſimile quid referet in honorem noſtræ Nationis ex occaſione rerum præſentium, adeo ut res geſtæ, quæ & eximiæ ſunt & admirandæ ob ſingularem virtutem, An-nales regis poſſint inflare, præter communes & ſolitas.

Cum

Cum trajectus Colmæ viam ad Mardikam aperuiſ-ſet, Dux Aurelianenſis extemplo conſequitur, obſidio-nem incipit, & locum intra unius menſis ſpatium redigit in poteſtatem. Hinc deliberatum, an Dunkerka inva-deretur, aut Camenacum, quod princeps Sereniſſimus optabat, modo ab aula tum potuiſſent ſubminiſtrari, quæ ille neceſſaria intelligebat ad obſidionem tanti momenti. Cum autem tempeſtas illa aliis diſtineretur atque grandibus negotiis, exercitus reflexit verſus Lin-cam, locum parvum, ſed impenſe munitum, intra duas colmas, aut potius duas paludes ex illis fluviis, adeo ut acceſſus appareret admodum difficilis: virtus tamen [illegible] atium aggerem, qui unicam viam præbet, ſæpius interruptum, nihil morata vim oppoſitam, aggreditur, [illegible]rumpit, & locum ſubigit: Nihil inde more interpo-ſitur, obſidetur Burburgum, & eâdem fortuna, qua Lin-cum corripitur, quod regulariter & per circumvallatio-nem ne obſeſſum quidem fuit, ut eo promptius in noſtram [illegible]cederet poteſtatem.

Poſt ſubactum *Burburgum* admovetur exercitus Mar-[illegible], quæ noſtræ poteſtatis commodum præbebat [illegible] ſitum *Lyſiæ* ad promovendam obſidionem *Berhu*-[illegible] loci validi, ſed *malè* cuſtoditi, adeo ut triduanam o-[illegible]am principi ſereniſſimo auferret. Is hinc Gaſſionum [illegible]tur, qui fanum Venentii, & Ranſavium, qui Lilerium [illegible]derent, quæ illi triduo confecere: & revertitur a [illegible], imp[illegible] militari tranſlato in du[illegible] iſtos Mareſcha[illegible], qui poſtquam Gaſſionus ſub[illegible]giſſet *Mo*[illegible]ham ſilve[illegible], conjunxêre copias, ut Arm[illegible]nteriam obſiderent, Lo-[illegible]lle, licet vaſtus & ſatis populoſus non admodum re-[illegible]navit, adeo ut pene dicatur redditus ad primam com-[illegible]ctionem armorum, cum tamen à noſtratibus occupa-[illegible] inſignem ſuſtinuerit obſidionem, & diu exercuerit [illegible]erſas B[illegible]lgii vires, quas præſentia Archiducis anima[illegible]er confidentiam, quam miles in virtute & auſpiciis [illegible] principis collocaverat. Meneheinum terminavit vi-[illegible]as iſtius anni, & finem fecit meſſi uberrimæ, quam no[illegible] exercitus per Flandriam occupatis tot locis muni[illegible]-[illegible]olligebat.

Ne[illegible]

Neque tamen hic ſtetit armorum noſtrorum ſors & lex ſocietatis, quæ etiam tum florebat & fervidè colebatur inter Hollandos & noſtrates, quibus pars prædę debebatur Princeps Auraicus cum exercitu verſabatur trans Canalem, qui Bruga Candavum ducit, trajicere non auſus, propter munimenta, quæ hoſtes in citeriore excitaverant ripa & trajectum reddituta erant difficillimum.

Duo igitur noſtrates Mareſchalci eo labore ipſum liberant, qui per eximiam audaciam a ... procurrerunt uſque ad Canalem, & obruerunt munimenta illa, quæ prin.ipi obſtabant, cum tamen præter ſatellitia & deſultorios ſclopetarios nullum traherent exercitum. Sic eum citerius excipiunt, & ultra duos Eſcautos ſecurè deducunt, donec in tutiora progreſſus, Hulſtam aggrederetur, quæ poſt obſidionem ſatis diuturnam & pertinacem coronavit virtutem illius principis extrema palma.

Quemadmodum verò nihil potuit fieri audacius, quam quod duo noſtrates imperatores ad Canalem uſque proruperunt, ita regreſſus, illorum ad Lyſiæ loca periculis ſcatebat plurimis: mirum tamen, hoſtes, poſtquam univerſas vires expediviſſent per eum tumultum, vias non intercluſiſſe, nec conflictu impedivisse, id quod non ſine compendio ſuo proclive habebant.

Sunt qui temeritatis vituperium aſpergant iſti imperatorum expeditioni poſtremæ, ſuggillato particulariter Gaſſioni inſtituto, authoris utique primi ad tantum facinus ſuſcipiendum, qui ſic res noſtras expoſuiſſet per illam provinciam aleæ, & exercitum internecioni, ſi hoſtes contra ... viribus animum induxiſſent incurſare ante conjunctionem, aut poſtquam a principe Auraico ſeſe denuo ſeparavit.

Quicunque autem recte introſpexerunt in mentem iſtius Mareſchalci, & intellexerunt principia ac momenta, quibus in rebus belli ... movetur & ruit, aſſeverare potuerunt, quod quæcunque ille tanquam admodum ambigua fortuna, & adverſus leges malitię auderet, ex motu particularis prudentiæ inſtituerentur & procederent, adeo ut ... ratio concluſionem inferret, ex fundamento noti... quam de hoſtium ſtatu præſen... percepiſſet

ſer

[illegible] de conditione utpote virium ſuarum & hoſtilium, de [illegible]um trepidatione & dubia mente in agendo, quæ cri-[illegible]ur ex ducum numero, & ſummo imperio, quod ſibi [illegible] in ſuos, ſine mutuo obſequio ſervaret, de conſti-[illegible]one viarum, quibus etiam ad red tum eſſet uſurus; de [illegible]acia diligentiæ & induſtriæ per iſtiuſmodi occaſio-[illegible] cumque præcautio, ſubitanea irruptio, vafra-[illegible]a militaria & ipſa jactantia poſſent.

Solebat etiam formare aliquando inſtituta, quæ abſur-[illegible] videbantur iis, quibus impar erat lumen, ad iſtiuſmodi [illegible]ncanda, nec eaſdem dotes ad executio[illegible], nec deni-[illegible]e eundem animum ſemper præſentem ad remedia qui-[illegible]vis caſibus inopinatis adhibebant, ubi pro re natâ con-[illegible]um eſt rerum curri ulum. Ex hoc fundamento in-[illegible] principem Auraicum, ut Canalem Brugenſem tra-[illegible] certioremque fecerat, noſtrum exercitum ex ad-[illegible] præſto futurum, ad eum excipiendum, cum nihil [illegible] ex editionem intervertere.

Quod enim reſciviſſet, principem illum quatuor millia [illegible]ditorum militum cum tormentis ablegaſſe, qui inva-[illegible] illa munimenta, liberum tranſitum coërcentia, ip-[illegible]m ſocio id ſolum operam dedere, ut cum ſatellitio & [illegible]toriis accurrerent, & munimenta illa corriperent.

[illegible]m idem princeps ſuſpenſo procederet gradu, & om-[illegible]omenta militiæ ſolita accuraté ſervaret, inprimis [illegible]ajorem Eſcautum trajiciendum, Hiſpanis in ulte-[illegible] parte ad eum repulſandum paratis, hic Mareſchal-[illegible]ffendit aliquot cymbas, tranſmittit quingentos e-[illegible]es, hoſtes incurſat & profligat, quod univerſum inſta-[illegible]ercitum illi crederent, & Hollandis dat ſignum (qui [illegible]us eum, uti hoſtem, quod putabant, impetebant) de [illegible]ito & libero tranſitu.

Reſpondit denique cuidam, qui difficultatem regi [illegible]gerabat imo regreſſum arguebat impoſſibilem; ge-[illegible]ſe in cápite, & ad latus, unde fictam illam im-[illegible]litatem ſuperaret, modo eſſent qui ſequeren-[illegible] & mandatis parerent, reliqua ſibi permitte-[illegible]

Quie-

Quicquid ſit, revertitur exercitus ovans ad ſtationes & Gaſſionus Ranſavio optionem proponit, an mallet Baſſæam obſidione cingere, cujus præſidium certò dicebatur debilitatum aut conſervare loca ad Lyſiam occupata. Eligit ille primam partem, quod alteram arbitraretur impoſſibilem, aut cauſæ regiæ non admodum neceſſariam; neque vero ita ratiocinatus præter conditionem rerum præſentium. Cum enim nunciaretur, ingentes ſuppetias ſubiiſſe Baſſæam, per tarditatem noſtratium, quod credebatur, vel quod vero ſimilius eſt, per diligentiam hoſtium, inſtitutum illud evanuit.

Gaſſionus autem ex ſua parte rectius habuit, adeo ut inter memorabilia Flandriæ non poſtremum locum occupet, Mareſchalcum per univerſam hyemem, in medio hoſtium, quorum vires longè eſſent ſuperiores, ex que circum fuſæ ne unum quidem amiſiſſe munimentum, & hoſtes procul abſtinuiſſe, eos etiam ultra Eſcautum turbaſſe, & præter oppida, nihil tutum reliquiſſe.

CAPUT XIII.

Obſidetur Curtraa à duce Aurelianenſe.

Dux Aurelianenſis anno ſequente expeditionem ſuſcipit & fortunam eandem, quæ prius adſuetat, comitem adſciſcit, dum arma regia gubernaret. Quemadmodum autem ſolebat expeditionis ſumere principium ex aliquo inſigni facinore, ſic Atrebatum delatus, ſenatum militiæ continuò convocat, ut de loco aliquo invadendo deliberaret. Ambiani enim nihil erat conſtitutum iſtarum rerū, cum regē ibi & reginam diſcedens relinqueret, tametſi dux Anguinius Compendii ſignificaſſet, tranſeundum eſſe Eſcautum, ut exercitus Hiſpanicus, qui ulterius hoſpitaretur profligari poſſet. In eadem mente perſiſtebat etiam Atrebati, ſuam operam executioni applicaturus, modo

… princeps Sereniſſimus adderet aliqua agmina, & … equitum, quibus maximè egebat.

…vis hæc ſententia colore … plauſibili placeret, in omnibus tamen non carebat, vnde vægrande quidem emolumentum ſucceſſus ſpondebat, (qui ferè ſubiugationem … Flandriæ æquabat) ſed tamen admodum incertus … ebatur, cùm vniverſæ hoſtium copiæ, ſatis numeroſæ … noſtratium ſaltem opponerentur, & reliquiæ duce … hanenſe non ſufficerent ad ſarciendum aliquem … calum, qui in exercitum noſtrum potuiſſe incum… Itaque cenſitum fuit, nihil periclitandum conſultius … in … locum aliquem magis certum, tametſi minus … & vtilitatis traheret.

Mareſchalcus Ranſavius proponebat obſidionem Dua… quæ … o non placuit, quod res labori tanti exercitus … ponderet, quem tum jactabamus, nec authorita… … ducis æquaret tantilla victoria.

Tandem convenit in ſententiam Gaſſioni, qui Cur… … um vaſtum in ripa Lyſiæ, obſidendam cenſe… ut ſic coronarentur occupata per illam fluvij fimbri… Lex illa vulgata, de continuandis quantum fieri po… occupatis, quod ſic rectius conſerventur, favebat ſen… Gaſſioni. Sed is compendium particulare ibi inve… ex coniunctione loci tam illuſtris, qui adderetur … ad Lyſiam, ſuæ curę commiſſis: intelligebat in … inſtitutum, de cuius ſucceſſu nullus dubitabat pro… … re, explanare viam ad magis ardua ſuſcipienda, de … Roaneres cum principe Auraico egerat, & juſſus … bat: vt ſcilicet vires cum Hollandis coniungerentur … ndę Antverpię, aut Gandavi, pro vt viſum foret & … ditionibus, de quibus modo plura venient dicen…

Cum jam conſtitutum eſſet de obſidione Curtręc… … am legitur locus vllus maiori cum audacia fuiſſe im… ſub oculis nempe exercitus hoſtilis, qui noſtrum … aberat, numero ęquabat. Tunc enim foſſæ du… … ſine circumvallatione, noſtratibus adverſus hoſtes … es ſeſe communientibus, & adverſus interiores, ſe… … obſidionis progreſſum.

qui

Quid verò non potuiſſet, quid difficillimum non ſuperaſſet exercitus, qui videbat in medijs copiis Ducem Aurelianenſem, Ducem Anguinium, Mareſchalcos Meileræum, Gramontium, Gaſſionum & Ranſavium, præter tot celeberrimos duces inferiores? Curtræa ſic capitur, & Hiſpani torpent ægerrimi animorum, qui acceſſiſſe videbantur ſpectarum, vt deditionem ſua præſentia redderent illuſtriorem.

Plurima veniebant conſideranda in hoc genere obſidionis; quorum nonnulla apponam, lectori quod confido, non ingrata. Primum fuerit, ex capto conſilio obſidionis, juſtum eſſe Villequerium incurſare, qui in eum finem abijt Meneheinum ad crepuſculum veſpertinum, vbi portæ non ſatis tempeſtivè potuerunt recludi poſtridie, quin cum ſumma animi ægritudine ſpectare cogeretur, legionem pedeſtrem Deipontij, quam ipſus ducebat, præter ducentos equites & apparatum aliquem bellicum, ſingulatim ſubeuntem.

Id verò monet, in rebus bellicis, plus quam vllis apud mortales negotijs, nullum temporis momentum fruſtra amitti, adeo vt ex vno momento perdito, vel ritè obſervato non raro pendeat ſumma rerum, ad incredibilem ſeriem. Si enim Villequerius potuiſſet tempeſtivius adeſſe, ad avertendas, quas Curtiæa accipiebat ſuppetias, deditio nihil fuiſſet dilata, & tempus, quod in obſidione fuit abſumptum forſan eos attraxiſſet progreſſus, qui vniverſam labefactaſſent Flandriam.

Alterum eſt, cum exercitus ducis Anguinij, qui obſidioni propriè non erat admiſcendus, ad duas leucas acceſſiſſet, vt pro re nata ſuccenturiatus eſſet, hoſtes tranſiiſſe Eſcaurum, vniverſas vires in ipſum vertiſſe, qui vallum ſtruere coactus, id ducem Aurelianenſem faciebat certiorem. Is igitur partem ſui exercitus raptim ducit, & hoſtem recedere cogit. Deinceps autem, ne dux Anguinius ſæpius illis incommodis laboraret, viſum eſt, exercitus coniungi, & pari opera obſidione vacare. Vnde diſcimus, quanto periculo exponantur, conſtante obſidione, exercitus ſeparati, niſi pares, aut etiam ſuperiores ſint hoſtibus, poſſent enim alioqui peſſimè tractari aut

... cogerentur imperum in obſidentes, ad obſeſſorum ... compendium otioſè ſpectare.

Deinde deteriorem occupant paulatim omnia locum ... modis mire augeſcentibus, vbi ducis ſummi pa... ſortiuntur authoritatem, non admodum in cæteris ... æquales. Certo, enim certius eſt compertum ... ameagi rebus ſic ſtantibus per concordiam, & ... cauſam eodem promoveri ſenſu & gradu. Vix im... abit à ſemet imperator exercitus auxiliariis patien... vix cavebit ægritudinem animi, ſi ſeſe ad ſcitum ... ad augendam alterius gloriam: vbi ille alter conatur ... operâ carere, perquam exigua laborum & ... ſuâ parte conceſſa. Ex ea cauſa regis emolumentum ... promovetur, non levi remora injecta inſtituto.

Tædioſum rei fecimus periculum, fervente æmulati... inter Mareſchalcos Chaſtilionæum & Forcæum, in ... obſidione ... Au lomariani: vbi nemo non credit, ſi ſe... ... inſtitutum delineatum, huius exercitus ... ſ... à principio intra circumvallationem ſtare, juxta alte... exercitum, nos ea ignominia ſolutæ obſidionis cari... fuiſſe, poſtquam ſpectare neceſſum habuimus ho... in eum locum introducere, quicquid neceſſarium vi... ...ur.

Optimum igitur plerumque fuerit, vt poſtquam om... rebus ad obſidionem ſuſcipiendam neceſſariis fue... inſtructus, conſtituto etiam commeatu per expedi... ſecuritatem, in caſtra concludantur omnes omnino ... vt inde poſſis immittere quantum videatur ad cō... ... afferendum, & quoſcunque militiæ caſus ſuſti... ... I... vero dux Aurelianenſis judicioſè obſervavit ... obſidione Guttræ, vti recenſuimus: ex eodem inſti... quoad obſidionem Gravelingæ accerſivit Mare... ... Gallorum, tametſi deſtinatus is eſſet ad exte... ... ſervanda, cum exercitu auxiliari.

Tertio loco annotare licebit, nos ab exordio obſidio... ... herti ... neglexiſſe occaſionem, quæ primum ... agmen præbebat cedendum, cùm ſtatum ar... hoſtilium ignoraremus, ordinem quem nos in... ..., id quod primum eſſe debet in bello. Caſus is

fuit: Cùm Gaſſionus ſortitus eſſet ſtationem cis Lyſiam, Hiſpani in illam partem incubuere per planitiem, quam ſingulatim fere ingreſſi, aciem ſtruebant ex numero tranſeuntium. Quicunque in eo temporis momento in curſaſſet faciliproculdubio potitus fuiſſet victoria; eo quod medium agmen remotius procederet, & uti poſtmodum innotuit, quatuor grandibus leucis à primo agmine diſtaret, & neceſſario ingrelatim progreſſis copiis ſubjungebatur. Tunc eam perſonarum fecuiſſet i los profligare & mactare. Quoniam vero aut fluvius nobis eſſet traijciendus, aut ſingulatim progrediendum per diverſa loca, ſi in planitiem, ubi hoſtes caſtrametabantur, pervadere animus fuiſſet, cenſitum eſt, ſuperfuiſſe ipſis otium, ad vallum excitandum, & ſtationem communiendam, antequam nobis accedere liceret.

Quemadmodum adeo egregiam eos mactandi perdidimus occaſionem, ita illis defuit aut notitia erroris, aut audacia præſenti compendio utendi, adeo vt nullam vim adhibuerint ſtationi Gaſſioni, antequam vallum feciſſet, aut ex cæteris noſtratium ſtationibus auxilia poſſet recipere, quarum commeatus perfluvium, &plura arctiora, quod ſuperius monuimus, impediretur.

Satis habuere duos ſuggeſtus excitare, ex quibus aliquamdiu ſatis moleſti fuere. Secundum hæc traiecere fluvium, vt experirentur, an quod operæ pretium inſtatione Ducis Aurelianenſis poſſet fieri, quo Gaſſionus continuo cum parte copiarum contendit. Stationem ſumunt noſtris caſtris paulò excelſiorem, promotis operibus adeo ad noſtras foſſas, ut ephippiariæ fiſtulæ pertingerent. Hinc coacti, fecimus aggeres, qui equitem protegerent, quaſi perpetuam aciem ſervante, cum pedite ſemper armato, ob proximitatem ſummam.

Tandem ubi bis leviter incurſarunt, & repulſi ſunt, retrahunt pedem, ut ſciremus, non acceſſiſſe ad liberandam Curtræam, ſed ut præſidium ſatis validum eriperent ſaluum, nobisque inijcerent ſcrupulum, ad leges deditionis, quod evenit æquiores ſcribendas.

Quicun-

Quicunque animum applicuere ad perſcrutandam cauſam tantæ timiditatis, quam hoſtes ſanè exhibebant, dum nihil adverſus nos ſunt auſi, eam conjecerunt in numerum & authoritatem ſummam ducum qui diverſi præerant exercitibus. Nihil profectò in bello damnoſius, quam plures duces, paris imperii. Rariſſimè enim ad eundem ſcopum collineant, & inprimis in extremis audendis, & prælio ineundo decretorio, niſi cauſa deſperata eos compellat; quod Mareſchalcis Schombergio, Forcæo, & Mariliaco, in afferenda Caſala uſu venit.

Extra hanc neceſſitatem ferè ſemper contingit, ut ab hoc in prælium prono, alter diſſentiat, adeo ut quotidianus fiat uſus, iſtius ſẽtentiam ſuparare, cum ille nolit ſub ſe ſortem dubii eventus, de quo iſte excuſatur, qui per obtrectationem illum adigat, ad rationes inſtituti, quocunque demum eventu verſetur reddendas.

Obſidebat Archidux Leopoldus Landreſium & axioma ipſis præbuit documentum; Iunxerant Mareſchalci Gaſſionus & Ranſavius, ut ſpecularentur quo in ſtatu verſarentur res obſidentium, adeoque diſpicerent, quam rationem auxiliorum inſtituerent. Gaſſionus, ex motu forſan illo quem ſuperius memoravi, inſtinctus ſingularis, propenſus erat, ad invadendas Hiſpanorum foſſas, niſi Ranſavius reſtituiſſet, ex rationibus forſan bonis, juxta leges communes militiæ: compertum tamen poſtea fuit certiſſimum illius inſtinctum præſtitiſſe, cum hoſtes jam meditarentur regreſſum & obſidionem ſolvere, ad vim inſtantem.

Properum iſtud principium expeditionis videbatur profectò rerum faciem mutaturum, præterquam eam vidimus diverſam in progreſſu: cumque Archidux primo armorum tyrocinio infeliciter in Belgio defungeretur, licebat ſemel eandem ſperare, donec catenæ illius, annuli penitus diſperirent.

Prudentia tamen reginæ remedium huic incommodo invenit, ut Gaſſionus nempe ſolus cum ſummo imperio apud exercitum relinqueretur; ſed ille non deſijt querulari, (jurene, an in juſtitia qua-

D 2 cunque

cunque hic non lubet diſputare) de ſæviſſimis effectis; quos ex iſtius ſimultate ſenſiſſet, in Yprenſi negotio quod evanuit ex inopia annonæ & cæterarum rerum, quas neceſſarias promiſerat.

Compluresigitur duces paris imperii in exercitu Hiſpanorum unam præbuêre cauſam, cur nunquam conſtituere potuerint prælium decretorium, dum ſinguli metuunt ſuæ ex adverſo eventu fortunæ. Recordabatur Lamboius naufragium, quod ad Kempenam feciſſet, amiſſo eo prælio, adeo ut minimè conſultum putaret rebus ſuis, copias ex diſperſione illa collectas denuò exponere caſui. Neque Piccolominæus ignorabat, quod nimis imprudenter induxiſſet Archiducem ad prælium juxta Lipſiam ineundum, unde ab imperatore exauctoratus eſſet. Dux verò Carolus intelligebat, univerſam ſibi ſpem ex adverſis eluctandi, omneque fatum proſperius in ſuo contineri exercitu, unde nullus avebat, illum internecioni objicere.

Sic igitur pedem retrahunt Hiſpani, & furnus cuniculorum, quem Dux Aurelianenſis ſuffoderat, Semilunatum opus diruit, quod moliebatur, poſtquam dux Anguinius ſæpius vim adhibuiſſet, furnorum impetu neglecto, ſed vano conatu ad locum ſubigendum, præter regulas militiæ communes: tranſigit tandem Curtræa, & principi ſereniſſimo deditur.

CAPVT XIV.

Ducis Aurelianenſis virtus, & obitus principis Auraici.

NOſter exercitus, poſt deditam Curtræam, hoſtes repellit ad viſcera Flandriæ, nihil oblitus, ad irritandum prælium, quod ſtationes commodiſſimę videbantur ipſis conſulere. Declinaverunt tamen curi ſè

quid

quod animadvertere licuit ad oculum : nihil enim potius habebant, quam loca noſtro impetui obvia protegere, adeo ut in ſummo luco ponerent, nihil prorſus perdere. Liceat hic aſſeverare, nullum unquam vehementiorem incendiſſe ardorem animos noſtratium ad confligendum : quavis tempus expeditionis jam effluxiſſet, nonnulli gregarii finem vivendi facerent ex nimia defatigatione, videbantur tamen in concuſſi ex nimio ſenſu gloriæ.

Nihil profecto addi poteſt ad gaudium, quod Dux Aurelianenſis reſtabatur, poſtquam renunciatum eſſet hoſtes ſtare ad pagum Tili, quaſi ſeſe expedirent ad prælium. Tranſit igitur in tentorium Ducis Anguinii ut ei diceret, Non ſeſe veniſſe ad deliberandum, an pugnandum foret, ſed ut de modo pugnandi, & aciei diſpoſitione ageret.

Paulò ante teſtatus fuerat eoſdem animi motus, ad nuntium diverſum, quaſi Dux Anguinius qui primum ducebat agmen, jam confligeret cum hoſtibus, quod ad quos cohortes cæteris tranſitum firmarent, concitaſſet. Credidit ignari princeps ſereniſſimus, vitturis jam fieri ſpecimen, & primordia fervere prælii, accurrit inde ocyus, deſerto medio, quod ducebat agmine, ut primo admiſceretur, cum à ſe ... principium tanti facinoris ſibi eripi pateretur, quod univerſam poſſet trahere Flandriam.

Cum hoſtes denique occaſionem pugnandi eluſiſſent, quod præter periculum exitii generalis in medio tullio ... viderent ultra Canalem Brugenſem validum principis Auraici exercitum, nobis ad eum Canalem progredi libuit, quem princeps VVilhelmus trajecit ... bis mille equitibus, ut eum duce Aurelianenſe conferret de rerum ſumma. Tunc patuit, ipſum nihil habere ... mandati, quod determinaretur, de Roanetæ articulis jam propoſitis, & in Hollandia quaſi concluſis cum principe ... parente.

Nempe ut communi opera obſideretur Candavum, cujus ... citadella permitteretur Gallis & Hollandis ... d parè nu... d... c Antuerpia ... obſideretur Vel... rtin ... rum ... retur ... , eadem r... pra...

& minori cum agitatione, quam quæ Mauritium fratrem abſtulit, ex parte accelerata per faſtidium geminum & per ditæ Bredæ, & non captæ Antuerpiæ, cuius amore Bredam neglexerat aut etiam vbi Marchio Spinolæ exuvias corporis poſuit, æmulus virtutis, qui ſuperſtes, eſſe non potuit poſt ſuſceptam ignominiam, qua vniverſam vitam contaminari credebat, Caſalæ ereptæ, cui inſtituto omnia parare videbat.

Poſtremus hic princeps Auraicus eo uſque non prolapſus eſt, tametſi conſilium ſubiugandæ Antuerpiæ eum a multo tempore exerceret, cum fortuna ſemper minus propitia rideret utique & eo maiorem impetraret laborem ſuſceptio illa a comite Naſſavio ſuſcepta verſus Caloam, dum nos obſideremus fanum Audomari, viam poterat ſternere, ſed vano conatu. Delineatio operis, etiam cum ... ad inſtituta, altero anno adminiſtrationis noſtræ is eodem modo evanuit, quo cuniculi diſperierunt recluſi, quod res ad Hiſpanos emanaſſet: hunc tamen prætextum ... it obtendi, cum Mareſchal Gramontius expeteretur, ... vt dictum, miſimus. Adeo vt liceat elogio illius principis, qui obijt dux ſummus & ſeculi ſui politicus celeberrimus, addere, cum obijſſe cum inſtituto Antuerpiæ capiendæ; quemadmodum Turcicus quidam imperator iuſſerat rebus geſtis inſeri, etiam conſilium ſubjugandæ inſulæ Rhodi. Atque hæc per occaſionem.

CAPVT. XV.

Iterum obſidet Mardikum dux Aurelianenſis, & dux Anguinius Dunikerkam.

Poſtquam princeps VVilhelmus ſeſe ſeparaſſet a noſtratibus, deliberari cæpit, an ulterius foret ... ad penetralia Flandriæ, ubi videbantur res noſtræ omnium ... firmari poſſe, an ... maritimæ peterentur, vt omnia relinque-

bantur debiliora, quod hoſtes præſidiariorum maximam partem ex neceſſitate prçterita ad ſeſe traduxerant, ut cæteros exercitus augerent, qui & noſtras, & principis Auraicij copias ad incurſandum conſpicabantur paratas.

Poſterius conſilium, quod Mareſchallo *Ranſovio*, & cuidam alij ex *Ducis* Aurelianenſis intimis placebat, prævaluit, adeo ut ex conſtituto exercitus ad maritima circumageretur. Ut autem id fieret expeditius & ſecurius, in diverſum duxit princeps ſereniſſimus, quaſi Curtracam abiturus, ſparſa latentius famâ, [illegible] de Udenarda corripienda, quæ in ripa Eſcauti eſt ſita, Hollandis per idem tempus Dendermundam invaſuris, eidem fluvio impoſitam. Hinc neceſſum habuêre hoſtes univerſas vires in illam partem deflectere, jam neglectis omnibus maritimis, quo tamen nos deſcendamus.

Cogitabat autem princeps Sereniſſimus Mardikum capere, quod ſiniſtro aliquo caſu ſubripuerant hoſtes, cui noſtra Natio præ omnibus Orbis terrarum populis videtur patere. Capitur *Berga*, quaſi obreptitie, unde inſtituti ratio expeditius procedebat: cum autem hoſtes libero potirentur mari, & prçſidia pro lubitu permitterent, recenti ſubmiſſo milite, donec Hollandorum accederet claſſis, quamvis tardiuſcule, obſidio prçter ſententiam noſtram extrahebatur, dignior utique quæ memoriæ mandetur, quam ut deſiderabamus, propter fata ſuprema virorum gravium, qui cecidêre in aliqua eruptione, quam ipſius dux Anguinius repulſare neceſſum habuit, reportato fortitudinis teſtimonio, vulnere ſcilicet in facie, quod cre[illegible] c[illegible]lum diſruptum in[illegible]uſſit. Inter cadentes numeratur Comes Rupis C[illegible]æ, ob virtutem omnium deploratiſſimus: cum iſtius perſonam ſemper ſe etiam maximi, & propinquos ſingulari proſequar benevolentia, non debui ipſi hoc [illegible] teſtimonium virtutis, quæ tamen encomio nullo alio venit celebranda, niſi inani illo voto diuturnæ incolumitatis, cum omnes omnino honores ipſi [illegible] conciliare, quæ ex longo ipſius uſu mortalibus contingunt.

Obſidio

Obſidio Mardiki perurgetur, ſeditionem faciunt tria millia præſidiariorum ſine pactis, ad lubitum victoris. Dux Aurelianenſis qui univerſi mundi votis retrahebatur ad aulam ſecundum diuturnas defatigationes, quas ſuſtinuerat, ad quietem invitatus, exercitum Duci Anguinio committit, ut ad regem reginamque r dirct.

Adultus erat annus, exercitus languebat ex continuis laboribus, & hyberna videbatur expoſcere, ad vires reſtaurandas. Dux autem, cogitabat quomodo exiguum quod reliquum erat tempus, bene collocaret, animus vero excelſus viliora dedignaretur, hanc expeditionem omnino expugnatâ Dunikerkâ voluit finire.

Id vero gloriam ingentem addebat, quod intra tertium decimum diem foſſas ſibi aperuiſſet, verſus locum tanti nominis & operis, poſtquam Furnium citius corripuit, quam debile aliquod caſtellum: quæ facinora non ingrediuntur cenſum rerum vulgarium & poſſibilium. Deduxit ipſius Curtræam alimenta per ſummum periculum admodum feliciter, ut ſic iſti expeditioni extremam adderet manum.

Hic vero conſiderandum fuerit, ipſum, ne manibus vacuis, quod dici ſolet, ad aulam rediret, & ut Hiſpanis memoriam ſuis ſingularem inquilinatus relinqueret, conſtitutum habuiſſe, ſi forte Furnium uſque penetrare non poſſet, ut inde Dunikerkam perstringeret, Menchelnum recuperare. In eum reliquerat Huniſcoti, quod duabus à Furnio diſtat leucis, univerſa exercitus impedimenta quibus ſervandis addiderat, bis mille ducentos milites, duce juſſo, ut eos ſingulatim tranſmitteret verſus Mencheinum, quamprimum te nunciatum foret, tranſitum Furnii non fuiſſe ſeparatum.

Poſtquam igitur eum locum ſuæ fecit poteſtatis, quæ inter claves Dunikerkæ cenſetur, moram aliquot dierum ibidem trahit, ut munitionibus vacaret, & exercitui quietem indulgeret, fænum, avenam, ſtramen, & cætera ad obſidionem, quam meditabatur, neceſſaria compararet, donec ex aula perferretur poteſtas; quam providentiam notare & æſtimari decet.

Etiam advertendum eſt, per univerſam Flandriam nunquam auditam magis compoſitam & accuratiorem defenſionem, quam quæ à Marchione Leydæ, Dunikerkæ gubernatore, fuit inſtituta. Ibi enim non tantum conſtabiliuit, ſed etiam inſigniter auxit gloriam, in defenſo Moſæ Trairctu, ante aliquot annos acquiſitam. Cùm verò hæc ars conſiſtat, in propugnaculo valloque aſſerendo in foſſa exterius tutandâ, in eruptione inſtituenda, qua hoſtes turbentur, & foſſis excutiantur, maximè verò ut diutiſſimè à loco principaliore abſtineantur, marchio Leydæ omnia adverſus nos propugnabat, à colliculis arenarum, uſque ad labrum extimum foſſæ, obiectis identidem ſepimentis, quibus coercebamur.

Id egit, ut eques noſtras neque pugnare, neque incurſare poſſet, dum ille ſuum expeditum concitaret in noſtrum peditem, qui obſtacula illa crebriora ſuperaverat, & haſtarum & anſium ictibus laborioſis. Specimen vidiſſes belli campeſtris duos inter exercitus, vbi debilior vallum ſtruit, & fortiorem præſtolatur inlineis ad arcendam vim ductis.

CAPVT XVI.

Tres poſtremæ expeditiones, in Flandriam ſuſceptæ.

EXpeditio anni ſequentis, primitus ſatis ſiniſtrè procedebat, [illegible] finem tamen proſperior fuiſſet, niſi æmulatio & diſcordia inter Mareſchalcos Gaſſionum & Ranſavium fructum eius corrupiſſent. Infirmitas noſtrarum copiarum, quæ à principio apparebat, ſollicitudine *Maiarini* adeò dextrè farciebatur, ut ſine infelici illa ſimultate potuiſſemus occupatis addere Yperam, poſtquam Gaſſionus *Baſſæam*, & *Ranſavius*, Dixmudam ſubegiſſent: ſic ſanè vigintimillia pugnatorum, quæ exercitum habebant ſub finem expeditionis, [illegible] ſuum, [illegible]

locum tantilli momenti, aliud operæ & ſumptuum feciſſet pretium:

Magni tamen conſtitit, Gaſſiono ibidem cadente per fatum multis magnis ducibus commune, qui occaſionibus non magni momenti vitam deſtituunt. Fortuna, quæ nihil contribuerat ad ipſius ſummos honores, invida utique, virtutem ſine ſua ope facere inſignes progreſſus, ad locum iſtum vilem proſternere ipſum voluit, ut mors tanti viri celebretur, majori etiam fama differendus ex prælio, quo princeps Condæus anno ſequenti in planitie illi vicina, habuit ſecundum.

Non fecero hic ſeriem particularem illius prælij, cum non conſtituerim vices belli minutim recenſere, ſed ſatis habebimus generatim attigiſſe; memor utique, eam operam ceſſiſſe authori alii tam famoſo, qui eſt Lapeyræus. Id unum memorabo jactura illa Hiſpanos adeo vehementer obſtupuiſſe, ut longiſſime potuiſſemus progredi ad pacem generalem, ſi cælo ſic eſſet viſum, & tumultus Galliæ non attuliſſent impotentiam meſſis colligendæ, quæ maturuerat cum diſſidia inteſtina nos tantopere ab illa beatitudine rejecerint.

Injurius forem, niſi hoc in loco annotarem, nos à bello adverſus Hiſpanum ſuſcepto, [illegible] nunquam expeditiore fuiſſe uſos exercitu, quam [illegible] ipſium expeditionis, quâ Ypera fuit capta, & in cam[illegible] proſpere pugnatum, habuit. Niſi autem ca[illegible]us inopinati interturbaſſent partem a[illegible] quam bonorum ſucceſſuum, quos promittebat Ypera ſubacta profecto attraxiſſet alia loca majoris momenti virtute ad cor & viſcera Flandriæ progreſſa. Non tamen hac prima vice gaviſa eſt fortuna intercedere prudentiæ humanæ, ut everteret, quæcunque illa tam ſolide conſtruxerat, tam ſolide firmaverat, tam ſplendide produxerat. Ex quo non minus laudandi fuerint, qui ad ea conſilia & eorum apparatum contribuerant, quicquid prudentia ſuggerere poteſt; tametſi non omnes effectus, quem poterant præſtare ex fortunæ malitia ſit conſecu[illegible]

Exiſtimo igitur, in ſucceſſu [illegible] expeditionis [illegible]que tandem vici[illegible] [illegible] & adverſorum [illegible]

P[illegible]

proſperorum tranſierit, quicquid Cardinalis Mazarinus contulit induſtriæ, pretium ſuum in mentibus ſapientum nihil perdidiſſe, quod illi non tam per eventum judicent de rebus, quam per rationes, quæ inſtitutum ſuſcipiendum ſuaſere.

Exiſtimo itidem, quamvis obſidio Cameraci cujus delineationem inſtituerat anno ſuperiore, malè ceſſerit ex defectu alicujus cauſæ, quam præſtare ipſus non tenetur, nihil minus ipſi remanere gloriæ, ſi mente defæcatâ expendatur, quod adeo opportunè egerit, tempus executioni legerit adeo commodum, ubi urbs & præſidio & bellico apparatu tenuiter erat inſtructa, omniaque ad felicem ſucceſſum illius obſidionis præparaverit, nihil moratus regis occupationes faſtidioſas, & regni tumultus.

CAPVT VII.

Quare Henricus IV. abſtinuerit à Belgio invadendo, cum cauſas haberet graviſſimas.

CONatus noſtri & progreſſus in Flandria, proculdubio pacem generalem conſtituerant ſcopum & finem belli, præter quem alia ſpectabatur utique cauſa, regno noſtro particularis. Cogitabamus enim eo modo proregere Pariſios, pacem regni nobiliſſimam, & repagula obijcere robuſtiora ac remotiora irruptionibus Flandrorum prolatis ex illi parte limitibus, ſi aliena munimenta nobis vallum faceremus.

Redibant in memoriam tumultus, qui ſæpius inde ſunt coorti, & populoſiſſimæ urbi nocuêre, adeo ut ea conſternaretur vehementiſſimè, ex Liga, quam Carolus V. & Henricus VIII. rex Angliæ adverſus nos pepigerant, ubi ille ad Marnæ ripam proceſſit, quam non puderit

potuit, aut non voluit trajicere ex rationibus, à noſtro inſtituto alienis.

Recens obverſabatur in animo pavor, quem Picolominius & Iohannes Werthius incuſſerant, Sommæ flumen transgreſſi, tametſi terror ille, ut verum fateamur, panicus fere fuerit, & minus juſtus, quam ille, quem prælium Rocrojanum, ſi adverſum nobis accidiſſet, inferre potuiſſet.

Compertum erat, quæ axiomata perpetua Carolus V reliquiſſet filio: *Nullum diverticulum ſecurius, quocunque hoſtium in loco nos ipſum bello laceſſeremus, quam Pariſios territare, & viciniam ipſorum incurſare.* Quo conſilio filius feliciter uſus, ducem Sabaudiæ in Picardiam immiſit, ut ſic dux Guyſiæ ex Italia retraheretur: id quod poſt prælium ad fanum Quintini contigit.

Etiam mihi pronum credere Hiſpanis conſervationem Belgii non adeo vilem eſſe, quod quibuſdam libuit argutari, qui ſibi ipſis perſuaſum eunt, damna per Belgium ſuſcepta eos non admodum affligere, cum ſumptus in illam militiam facti longè exuperent pretium rerum conſervandarum, aut acquirendarum.

Fateor, Hiſpaniam & quæ per Italiam poſſident, forſan & Imperatoris provincias ipſis ante Flandriam eſſe, nihil tamen inde conficitur, cur hæc minus ſit conſiderabilis. Quemadmodum enim deſiderium mediorum metimur per illud finis; adeoque extima eodem fervore propugnamus, quo locum ipſum munimenti tutamur; ita judicare licebit per comparationem inſtitutam, quanta ægritudine Hiſpani ſint amiſſuri Belgium, ex quo validus & commodius Imperatori in Germania ſuccurrunt, quam aliunde, quod compertum habemus inde a primis Bohemiæ tumultibus: cum & ſic meliorem partem noſtrarum virium-poſſint ſiſtere, ad defenſionem limitis noſtri, aut invaſionem alieni, ne alioqui in Hiſpaniam irruamus, aut provincias Italiæ corripiamus.

Vero ſimile hinc fit, eos poſſeſſionem Belgii mordicus retenturos, & ad extrema reſtituros, nunquam conſ- que exterminati, quin aliqua in parte hæreant, & ad recupe-

cuperanda an iſta accingantur, quod in matrimonio infantis cum Archiduce Alberto patuit. Quæcunque in iſtis rebus pacta ineant, videri poterunt imitari Carolum V. cum Francisco I. tranſigentem de Ducatu Mediolanenſi in aliquam Galliæ ſob lem tr nsferendo. Is enim ſemper agitabat, quod ſperaret, aut ſibi oborituram occaſionem aut fortunam intercelſuram, quo pacta eluderent ne unquam effectum ſortiri poſſent, dum ipſus præſentes colligeret fructus, quos ex tranſactionibus illis eliciebat bellumque aliquod damnoſum conſopiret,

Iſtæc conſideratio de tanto emolumento, ſi Flandria alium nanciſceretur dominum, aut facultate, exueretur nobis nocendi, opprobr um inferendi, tumultum prolubitu concitandi, non ſemel mentem mihi diſtraxit, quare Henricus IV. princeps prudentiſſimus, Senatu præditus ſapientiſſimo, qui Ordines regni amabat, non tanquam ſucceſſionis beneficium, ſed & poſſeſſionem incredibili labore partam, qui toties expertus erat, quantum vicinia Belgii eſſet funeſta, cui notiſſima erat vaſtiſſima porta, per quam infeſtiſſimi hoſtes poſſent irruere, in delineatione illius Ligæ, quam inſtituerat ad enarvandos Hiſpanos per Italiam, & ad Auſtriacos per Germaniam coercendos, Belgii invadendi nullum ſcripſerit caput, ut regnum, qua parte patet maximé, protegeret? Anne majori ſtudio Italiæ principis & Germaniæ proceres proſequebatur, quam ſua & ſuorum curaret emolumenta. Anne religioſius colebat pacem Vervinianam in Flandria, quam per agrum Mediolanenſem, quo Dux Sabaudiæ & Eldiquerius juſſi erant inferri bellum, poſt incendii exordium in agro Genuenſi ſumptum,

Amplius dico inducias illas, quas inter Hollandos & Hiſpanos conciliavit, ubi neceſſum habuit universam authoritatem ſuam apud Ordines Hollandiæ, & omnem Præſidis Ianini eloquentiam exerere, ut coirent, id demum ſignificare, quod conſtituerit illis Belgium conſervare & adverſus quævis auſa hoſtiũ, quæ ex illa parte potuiſſet inſtitui, per plurimos annos præſtare eos ſecuros. Licebit

Licebit nihilominus credere, in eo inſtituto principem ſagaciſſimum, voluiſſe imitari navigantes, qui dorſum obvertunt loco deſiderato, adeoque perpetuam Galliæ ſecuritatem adverſus Belgij inſultus in illa ratiocinatione reſpexiſſe, tametſi poſtrema eſſet appritura in executione, juxta Philoſophorum axioma vulgatum.

Noluit autem exordium belli ſumere in Belgio, quod ob ſuccedendum dirabatur, ſive quod invadendum illud minime putaret, cum per alias, ambages ad finem propoſitum pervenire conſtitueret, quemadmodum unius itineris diverſæ ſunt viæ, vnus ſcopus; id quod mihi admodum ſecreto ſimile, adeoque princeps cordatus cum Archiducibus nollet colligi, vbi idem prætextus adverſus Flandriam non valebat, qui in Italia & per Germaniam, quæ vtraque auxiliarem & ſecundum eum recipiebat. Sive quod neque ipſus neque miniſtri ſatis intelligerent artem invadendi, quemadmodum in conflictibus per plana expediti erant

Intelligebat enim, ſi bellum ex ea parte ſumeret, oceanum ærumnarum ſibi fore exhauriendum, opus inchoaturum infinitum, jacturam ſubditorum & ſumptuum faciendam immenſam, cum loca Flandriæ, quæ natura ipſa & induſtria ingenioſorum virorum communiverint, tanto numero ſpargantur, vt pene ſint contigua, inde videantur intacta.

Auguror utique Heroem iſtum deliberaſſe, quo pacto Belgium cingeret è longinquo armis ſuis, quæ & Italiæ & Germaniæ erat illaturus, ut Hiſpani & Imperator terreſtri itinere & commeatu interclusi, etiam à tempeſtatibus Oceani & hoſtili claſſe male vexati, Flandriam tandẽ ſuis ijs viribus neceſſum haberent relinquere, quibus ægerrimè & Hollandis & nobis poſſent repugnare, aut pares eſſe, ſi vtrinque invaderentur, adeo ut de his aut illis aggrediendis ne cogitaturi quidem forent.

Sic igitur princeps bellicoſus non minus conſultat ſecuritati Hollandorum, quam ſuæ, cum induciæ, quas illis ſuppeditaverat, ponticulum, quo ſecurius & commodius ad pacem tranſiretur, ſaltem præſtarent, ſecundum Hiſpanorum potentiam, belli adverſus eos gerendi, poſtquam

omnes

omnes omnino venæ, per quas auxilia in Belgium deſcendebant, interclusæ exareſcerent. Henricus tamen non ceterea ſumptibus parcebat, quos Hollandis adnumerare conueniebat ſubſidiorum nomine, alioqui ingenio ad parſimoniam propenſo; cogitabat etiam induſtriâ Comitis Mauritij uti inobſidionibus, & milite Hollandorum in expeditionibus, quod per illa tempora uſu armorum longè præſtaret ſuo.

Poſtquam autem mors Henrici magni vægrandia hæc inſtituta deleviſſet, & terminus induciarum quas ille inter Hollandos & Hiſpanos conciliauerat, exoleſceret, ſpectatores solummodo acceſſimus ad belli viciſſitudines contemplandas, quæ hinc inde ingruebant.

CAPVT. XVIII.

Quas cauſas nos habuerimus, fervente bello, Belgij particulariter, inuaden...

NON licuit autem nobis otioſè ſpectare ærumnas vicinorum, poſtquam Treveris fuit ſurrepta, & Elector in captivitatem raptus, quod facinus Hiſpani inſtituerant, & ſolicitè peregerant. Hæc veriſſima ruptæ pacis cauſa, quam magis juſtam vix licuiſſet invenire, cum Elector ille ſub noſtro patrocinio quieſceret, quod à nobis adverſus arma regis Suecici imperraverat, eâ tempeſtate, qua nec Hiſpaniæ rex, nec Imperator Germaniæ proprijs provincijs tutandis ſufficerent, incendiumque, quod viciniam depaſcebatur, ad ipſum vſque ſerpebat.

Quantumvis juſtum autem fuerit rumpendæ pacis inſtitutum, non tamen præcipitatum fuiſſet, ſed in ſtatera diutius appenſum, niſi Hollandi vehementer perurſiſſent, fideli opera quorundam amicorum adjuti, quos inter familiares regis & Cardinalis Richelij fecerant. Rex abhorrebat ex ſcrupulo religionis, quem conventus Doctorum, in eum finem coactus, ſuſtulit: & Cardina-

[illegible]nalis aſſentiri non poterat, quod Gallia cum omnibus vicinis pacem coleret, & non facile in bellum videretur præcipitanda, ex quo non eadē promptitudine exitur, uti ituitur

Per hæc deliberationum momenta dubia ſtateram impulere diverſæ conſiderationes in mente regis & Cardinalis Ri[illegible] belli; mentio induciarum utrique, quas Hollandi palā erant ſuſcepturi, niſi nos bellum ſumeremus. Series autem illarum induciarū, ſi quę factæ fuiſſent, apprime erat metuenda & nobis & fœderatis; non tamen eo pacto, uti apud aulam depingebatur, & Pater Ioſephus, præter Charnaſſæum, qui valide impellebant molem, ſibi imaginabantur.

Ille enim huc evadebat ex ingenio turbulento, quod à tranquillitate mortalium adhortebat, per naturæ acerbitatem hic inveniebat ſuum ſibi compendium in hoc bello quod honores & opes auxiſſet in immenſum, ex computo quē tamen mors irritū fecit in obſidione Bredæ, ubi miſerè cecidit ex nimia temeritate, Munera, quæ Hollandi per tempus conſultationis & poſtea profudére, æquaverunt omnes reliquas difficultates, quę occurrere poterant.

Prætetea, uti metus incommodorum, quæ induciæ nobis comminabantur, validiſſimum motum in animis noſtris excitaverat ad bellum ſumendum; ita ſpes emolumenti inde colligendi non levi faſcino nos impulit. Media fere pars eorum, quæ Hiſpania per Belgium poſſidebat, nobis erat ceſſura ex legibus pactorum & conſtabat jam diviſio nobis & Hollandis in papyro delineata admodum concinnè, adeò ut quiſque ſibi arrogaret opportuniora ex hoc ſpolio, quod inſtituebatur.

Hiſce machinis, nos circum egêre, qui tantum fervorem ad motus ipſorum ſequendos teſtabamur, ut illis, cum ſponte adnumeraturi fuiſſent argentum, quo nos ad bellum ſumendum inducerent, modo difficiles nos præbuiſſemus; ſummam vægrandem indulgeremus, quam non ni[illegible] in argento ſignato juſti ponderis accipere ſatagebant, [illegible] majori cum uſura illud in monetam provincialem con[illegible] poſſent. Summum etiam hoc à nobis obtinuêre, ut [illegible]deremus principi Auraico ſummum militię arbitri[illegible] [illegible] noſtrates imperatores ſubeſſent, â quo mandata [illegible].

Quo pacto effecêre rem geminam, admodum memorabilem: vt videlicet eodem, quo ipſi impediremur bello, ex quo videbantur nunquam expediri, niſi per pacem, quę ipſos omni dominio liberaret eorùm, qui ſubditorum cenſum urgebant: id enim, cum nobiſcum agerent, ſibi [illegible] erant.

Deinde quamvis partitio illa, de qua convenerat, ſi effectum ſortiretur, principium ipſis foret mortalis æmulationis ipſique crederent, ſi nos haberent vicinos loco Hiſpanorum, metum illum tantummodo commutari, & forſan in conditionem deteriorem; iudicabant tamen potius ſeſe exponi incerto malo, & cui remedia invenirentur plurima, vt obtinerent commodum præſens & tanti momenti, ex noſtra ſocietate ad eandem fortunam, id eſt ut fortunæ ſuæ baſin ſtruerent ſecuriorem & firmiorē.

Facilè reverâ paterentur nos maritima occupare admodum [illegible] ipſorum commerciis, ſi ea Hiſpani poſſiderent, ſicut & alia quædam nobis finitima. Sed ut nos conſtabiliremus in medio ulꝰio Flandriæ, aut locis nimium vicinis, id demum eos vrebat ſive curriculum belli id ſponte impediret, ſive medium diverticulorum invenirent ad intermittendum armorum exercitium adverſus Hiſpanos, & partem vitium, quod faciebant, occuparent, tempus denique cum ipſis tranſigendi deſpicerent, ex quocunque plauſibili prætextu, quem rerum viciſſitudo poſſet ſuppeditare.

Non diu diſtulerunt nobis ingerere effectus iſtius æmulationis. Prælium enim Aveinianum cuius primus motum arma noſtra ſequebantur, contra omnium mortaliū opinionem, ipſos pene æque turbabat, uti Hiſpanos, illi qui inferiores diſcedebant ne autem commodum illud, uti ſolet, maiora traheret, & mareſchalci Chaſtilionæus & Breſæus duces noſtrates victoriam proferrent, princeps Auraicus mandat, ut ad ſeſe accederent. Si nihilominus Chaſtilionæus, qui non niſi firmo & recto tali nouit ambulare in negotijs ſuſceptis fidem inveniſſet Namurcum obſidere cepiſſemus, rebus noſtris illic conſtabiliendis, quicquid princeps Auraicus mandare potuiſſet.

Breſæus autem, qui in ſacrarium introſpexerat, ſecretorum

tum gnatus, reſiſtebat, adeo ut collegam ad obſequium ſummo imperatori reddendum induceret, ex aulę mente. Hoc primum diviſionis germen, quod poſtmodum adeo vehementer pullulavit inter duos iſtos Generales, ut aliquando ſeſe invicem ſtringerent hoſtiliter. Unde denuo patet, non tantum quanto cum periculo duo duces paris authoritatis imponantur eidem exercitui, ſed etiam quanta incrementa acquirat ſimultas, ex inæquali principis benevolentia, ubi hic majorem habet notitiam voluntatis ſupremæ, quam ille ab hoc æquali ſuo addiſcere cogitur.

Quicquid ut princeps Auraicus trahebat exercitum noſtrum horſum verſum ſine opera donec Tirlemontium ſumeret ob videndum inopem deſtituit, cum ex promiſſo deberet annonam, ut ſponte conficeretur, aut, quod rectius dici ut, Hollandos eum confeciſſe ſine pugna, negatis ſubſidiis, cum & manubias ſatis amplas & opulentas pene nullo acquirerent pretio. Præterea & principis Auraici inſtitutum, ambagesque & tergiverſationes exercitus tum Hollandici, tum noſtratis, cum tamen nihil fieret, otium permiſere Hiſpanis, ſeſe a conſideratione, in quam eos prælium Aveinianum conjecerat, recolligendi, & auxilia valida ex Germania adeiſcendi quæ nobis fere defendendi partes imponebant illis offendendi amiſſis.

Denique, & ad cumulum accedebat, quaſi fortuna nobis vindictæ generoſæ adverſus Hollandos obtruderet rationem, aut ut nobis integrum eſſet, beneficium rependere malevolis; voluit fortuna Hiſpanis permittere Skinkium, *Bataviæ* munimentum, quod ſurriperent, id quod acceſſum ad ipſa Hollandiæ viſcera pandebat. In eam igitur rediguntur neceſſitatem, ut munimentum illud omnino obſiderent, aut per illam feneſtram perirent: Hiſpani etiam ad illud tutandum aſſerendumq; maximè inducebantur, quod exinde ſibi univerſæ inſulæ imperium promitterent.

Ibi locorum erigitur illuſtriſſimum theatrum virtuti bellicæ, quale per univerſas illas provincias ab exordio bellorum continuo geſtorum vix patuit. Nunquam Hollandi majoribus ſunt connixi viribus nunquam Prin-

ceps Auraicus gravius dedit induſtriæ ſpecimen, quam per hanc occaſionem, nunquam Hiſpani maiorem curam adhibuêre, aut maiores copias vimque contraxêre, quam vt hic Hollandorum conatus redderent inanes.

Triſti earum rerum ſtatu Gallia ipſis noluit deeſſe, nihil recordata eorum, quæ prius apud exercitum ſequius quam decebat, evenerant: jubetur *Breſæus* Mareſchalcus qui ſolus cum imperio remanſerat, à principe Auraico non diſcedere, donec munimen um Skiniki, ſubigeretur, quod ab aliquot menſibus in Hollandorum poteſtatem redijt. Vel hinc animadvertere licet, quam judicioſa eſſet Cardinalis Richelij adminiſtratio, & quam celſum poſſideret animum, qui principio ſuo inſtitutum adeo magnanimum conſuluerit & adeo neceſſarium ſi verum fateri oporteat. Poſt officium tanti momenti, quod Gallia Hollandis præſtiterat, bellum quod in Belgio gerebamus, vtrinque mutavit faciem, dum quiſque ſeparatim invaderet, & raperet, quod commodum videbatur.

CAPVT XIX.

Quid de mutato per Belgium bello ſit ſentiendum.

EX capitibus ſuperioribus licuit animadvertere partem adminiſtrationis noſtratis, cum viciſſitudine rerum. Addendum tandem cenſeo, progreſſus noſtros nuperos potuiſſe ſiniſtram de nobis opinionem mortalibus eximere, erroremque detergere, quo hactenus notabamur, quaſi per totalia loca occupati, non valeremus ſoli, & ſine adiumento Hollandorum Hiſpanis leges dare, & compendia non exigua extorquere.

Nullam hîc facio mentionem, quæ Dux Anguinius cogitabat, tranſire ſcilicet Eſcautum & decernere, anno eo, quo Curtræa & *Dunikerka* capiebantur. Cur. enim ſententia ipſius non fuerit comprobata, credendum eſt eosdẽ

ſucceſſ

ſucceſſu ancipiti dubitâſſe; & quod metus & ſpes in illa expeditione reciprocarentur nihil tentatum fuiſſe.

Quod ſi vero poſt captam Curtræam, & hoſtes ad Canalem Brugenſem & Gandavenſem, rejectos invadere libuiſſet Vdenardam aut Tornacum, omiſſis illis maritimis, quod reliquum erat Flandriæ vacillabat in ſpontaneam quaſi ruinam [illegible]bens, uti poſtmodum innotuit. Et perinde Hollandi qui agere porro differebant per neceſſitatem tuliſſent illam proximitatem, adeo ſuſpectam, & in qua monſtrum illud quod rebantur videre, & horrendum putabant, inveniſſent fabricatum ex imaginario errore. Cum certum ſit, eo caſu eos experturos fuiſſe Gallos omnium legum, quas vicinia bona, exigit, tenaciſſimos obſervatores, quemadmodum ipſos viderunt obſervare religioſè illas fœderatorum, quouſque fœdus viguit.

Poſt Yperam captam, & proſperum prælium ad Lenſium, quæ in eam tempeſtatem inciderunt, ubi illi armis quietem imperarunt, ex ſpe pacis, quam meditabantur niſi tumultus Pariſienſes copias noſtras retraxiſſent, poteramus eſſe ſpectatores revolutionis quam videbamur Flandriæ inferre. Deus autem id non dedit, permiſit vero, ut pridie extremæ calamitatis Hiſpani ab ipſis Gallis opem ſentirent, adeò ut ſuam reſtitutionem in illa provincia nobis debeant, nec tamen quicquam debebat ex eo beneficio cum nec meritum abs noſtra parte jactare, nec gratitudinem ab illis flagitare queamus.

Neſcio vero, quid Hollandi de Gallia ſentiant an odium erga nos conceperint ex injuria illata, cum nos deſtituerent in media tempeſtate, quam propter ipſos ſubiveramus, an vero nos ex eadem cauſa ament, quod nos ipſis facultatem ineundi portus dederimus, quem deſiderabant pacis nempe adipiſcendæ, poſtquam partibus ipſorum aceſſimus, bellum quoque quod ipſos premebat, & præter inducias nihil promittebat, communi opera geſſimus.

Credam ego poſtremam hanc ſententiam ſemper fore [illegible] in animis ipſorum, cum dolere poſſint, exiguâ a ſe [illegible] rempublicam, qualis illa eſt Curiſonum, & ſe eandem fortunam ſuſtinuit, majorem voluerit teſtari

 grati-

gratitudinem erga iſtam Coronam, præ ipſis. Poſtquam defeciſſent à nobis illi & jam facti adverſarii, cujus inſtituti graviorem habebant prætextum, proteſtati tamen ſunt Duci Rohanio cum eum ex provincia deducerent, ſeſe nunquam perdituros memoriam beneficiorum, quæ a Gallia obtinuiſſent, cũ & illius auxiliis potu[illegible] pacem impetrare. Oenipontanam, qua ipſis ſummum Imperium in Vallem Telenam altercabatur, adeo ut rupes & montes patriæ (quemadmodum civilitatis verbis defungitum voluere) ſemper ſint cantaturi laudes in benignitatem regis congeſtas cui grande illud emolumentum ferrent acceptum.

CAPUT XX.

Quanta cura & quo ſucceſſu res Catalaunorum *ab initio adminiſtrationis fuerint geſta.*

PRovincia æmulatione præ ullis aliis, ubi nunc bellagemus, & cætera quæ adminiſtrationem ſpectant ac conſequuntur, ſubjecta fuerit dubio procul Catalaunia. Animi incolarum morbo quodam laborant, qui cæteros populos patrocinio noſtro ſubditos non adeo vehementer affligit, unde majori cum circumſpectione tractari avebant, & plura majoraque benevolentiæ noſtræ teſtimonia exigebant.

Agendum erat majori cum vigore & induſtria, ut ſecuri eſſent adverſus hoſtes, qui nuper habuerant dominos. Rumpendæ erant colluſiones, quæ, ut ſub priſtinum redirent jugum, inſtruebantur, etiam novam clientelam exuerent: quæ ſi proprie loquamur [illegible] erat potius ſubjectio & jugum, quo exirent, quandocunque vellent quam realis dependentia.

Neque vero negari poteſt, nos fortunam æque propitiam eſſe [illegible] hac provincia expertos, ac in cæteris ubi bella gerimus unde arguitur, neceſſum fuiſſe, majores conatus & [illegible] adhiberi, ſi ſiniſtris caſibus obviare errores corrigere [illegible] calamitatum ſolitam impedire volemus.

Id u-

Id vtique præſtitimus (Tortoſa enim à Mareſchalco Schombergio capta facinus eſt omnium maximum quod univerſum illud bellum hactenus dedit) & invidiſſima fortuna, quæ improbe nos incurſabat, calcatis etiam Hiſpanorum viribus, ac eluſis technis ſubſtitimus. Nihil impediére quævis obſtacula, quin à biennio vrbem famoſiſſimam, quæ eſt Tortoſa, ſubegerimus: vidimus etiam nuperrime in fumum abire hoſtium conatus de Barcynone capienda, & expeditione inſtituenda, adeo ut numeroſus exercitus, in eum finem conſcriptus, deſierit in væcordiam & torporem.

Niſi mihi tædioſum eſſet, toties turbas Galliæ refricare, & manum ſæpius admovere vulneri recenti, quod nondum coijt, dicerem, niſi ſecundum captam Tortoſam defuiſſet argentum, ad ſuſtinendos ſumptus quos obſidio Tarragonę poſtulabat, nos ex ratiocinatione humana, urbem illam itidem capturos fuiſſe, quo ſcrupulo urgetur univerſa Catalaunia, & particulariter Barcynone.

Nolo equidem ſingulatim perſcribere, quæ in illa ſunt geſta provincia, poſt obitum regis ſuperioris neque enim iri quare, hoſtes potuerint capere. Leridam nos autem eandem recuperare nequiverimus: quare Tarragona, quam obſidione cinxeramus, noſtras eualerit manus, & obſidio, cuius delineatio ex aula deferebatur, Fragę ſcilicet, & illic tantillę videbatur operę, non proceſſerit. Quid Hiſpanis regna Valentię & Arragonię admodum vacillantia, confirmaverit, & negotiationes, quę per Arragoniam inſtitueramus, quouſque Monſonum noſtrę fuit poteſtatis, reddiderit ſteriles.

Hanc indaginem relinquo hiſtorię generali, cui proprie debetur, neminem accuſo de calamitatibus noſtris, aut noſtris inſtitutis, quæ malim aſtrorum malevotorum iniquitati, tranſcribere: dicam duntaxat, nos præter iſta omnia, adeo commode tractaſſe Catalaunorum animos, adeo mitigaſſe remedia graviſſimis malis quęſita, aut incommodis, quæ metuebantur, deſtinata, ut nunquam deſponderint animos, cum ſemper viderint noſtros ca[illegible] trahere media, ipſos cum con[illegible] re[illegible]

Ut au

Ut autem de univerſo noſtro inſtituto judicari queat quo illam provinciam ſumus complexi, et tanquam ex fimbria de textu appareatque an ex parte aulæ lumen ſalutare affulſerit, & motus induſtrii ſucceſſerint, ad res collapſas aut labaſcentes firmandas, apponam inſtructionem, quam accepit *Bauvæſius Pleſſiacus*, ut Mareſchalco Mothano communicaret, ad quem erat miſſus, audita clade qua affectus dicebatur ad Leridam, altero nempe anno adminiſtrationis.

Poſtquam renuntiata fuit regiis maieſtatibus clades ad Leridam ſuſcepta, mandata quamprimum expedierunt, quibus Marchio Villarius iubetur in Catalauniam ducere, univerſas copias, quas catalogus refert, Bauvæſio Pleſſiano tradendus.

Cum maieſtates poſtmodum audiuiſſent, ex illuſtrationibus, quas Mareſchalcus Mothanus miſerat, quater mille fere peditum eſſe Lerida, & ex literis Haligrai, ter mille ſacos farina & ſeptuaginta ſeptem dimenſa jbis cocti repoſita, quibus ſi pares prabeantur, præſidium per tres menſes & dimidium poſſit ali, conſtituerat maieſtates, mittere ocyus Bauvæſium Pleſſianum ad Mareſchalcum, qui ſequentia exponat.

Cum vero ſimile nemini fiat, hoſtes obſidionem Lerida per vim ſumpturos propter magnum numerum ducum & militum, qui exercitum eorum poſſent mactare exitio, obſeſſi etiam præſtent defenſionem, quam ab illis expectare licet, quibus externis auxilia exhibeantur, de quo non dubitandum, videntur urbem fame ſubacturi. Ex eo inſtituto nihil obliviſcentur, in perficiendam circũvallatione, expeditis munimentis adverſus ſuppetias. Quemadmodum autem annona civitatis in tres menſes & dimidium ſufficit, poteſt inſtitui ratiocinatio, ut ex illo tempore honor armis regiis & commodum publicum promoveantur.

In hoc rerum ſtatu nulla alia videtur ſuſcipienda ratio, niſi ut opera detur liberandæ urbis, aut ut hoſtes cogantur per diverticulum ab obſidione recedere ſi noſtrates invadant alium aliquem locum, æque nobilem, cuius conſervationem illi præferre queant. Leridæ capiendæ: aut tandem, ut poſſimus, ſi illi obſidionem perurgeant, hanc inclutam ſeparare, & alium locum occupare dum Lerida obſidionem extrahit.

Quantum nunc poteſt judicari de rebus ulterioribus ſumma diffi-

difficultatis fuerit auxilia ulla in urbem pervadere, cum hostibus ,atus otii ſit relictum, ad circumvallationem abſolvendam, niſi lubeat prælij ſortem experiri iniquiorem, adverſus exercitum latis foſſis munitum.

Debent autem per præſentem rerum Catalaunicarum ſtatum, pugnæ, quantum licet, vitari, cum ſiniſter aliquis caſus ſubverteret provinciam. proſperior autem, non magnos largitur progreſſus. Quemadmodum vero impræſentiarum non valde hoſtibus nocere poſſumus, niſi ut occupata per Catalauniam bene conſervemus, non expedit prælij ſors, ubi robuſtiſſima ratio, quæ ſummum regiorum armorum ducem inde diſtrahat, extra magnam neceſſitatem, & niſi videat periculum æquè magnum ex intermiſſione, ac in ſiniſtro eventu prælij, poſſitue compendium nanciſci certum, iſta fuerit, firmiſſimum regis munimentum apud Catalaunos eſſe provincialium cor, amorem erga Galliam, odium adverſus Hiſpaniam, & opinionem quam conceperunt, virium noſtrarum, qua ipſos nontantum queant conſervare, ſed etiam progreſſus vaſtos contra hoſtes facere.

Metuendum utique ne intelligant, illos eſſe ſuperiores, unde æſtimium & benevolentiam erga nos conceptam poſſent commutare cum meditationibus conciliationis, & obſequii erga regem Catholicum redintegrandi . adeoque ad expiationem criminis, quod ipſis ab hoſtibus impingitur, operas conferret, ad noſtrates exterminandos ex provincia, regemque Hiſpaniæ denuo colendum.

Ne autem res in ea incommoda prolabatur, sed ut ſuſtineatur per conservatam provincialium benevolentiam , hunc principem ſcopum ſibi Mareſchalcus proponet, ne unquam ſumma rerum in eum redigatur ſtatum, ut Catalauni jure metuere queant, inania Galliæ auxilia, ad nos ſuſtinendos & aſſerendos in eo inſtituto quod ſuſceperint, separandi ſcilicet ſese ab obſequio Hiſpanorum. Iſtæ ſunt rationes generales quæ videbantur Mareschalco ſuggerendæ, qui in re præſenti verſatus, ys uti poterit iuxta occaſiones particulares ſubinde naſcentes

Mareschalcus itidem rationem ſubducet de viribus auxiliorum, quæ ſubmittuntur, adeòque tempore commodiore ad ... seundum, cum universa copia apud Limovices conveniant, inde motura.

Quod ſi credat, poſſe ſeſe & debere hoſtes in circumvallatione aggredi, quod tamen non faciendum cenſemus, tametſi poſſit aut aliquam ſtationem apud ipſos capere, ad obſidionem ſolvendam cogere, quantum nobis hinc licet intelligere, videtur eo rerum ſtatu auxilia deſtinata eſſe expectanda.

Quod ſi contra judicet diverticulum aliquod eſſe ſumendum, & perſeveret in conſilio: quod Tarragonam ſpectabat ad ſe accerſet Villaroium marchionem. cum copiis, quas ducit, ni ſi forte malit Roſeſum invadere, prius marchionem inſtituti faciet certiorem, docebitque quid facto opus ſit ad executionem inſtituti, Concorditer diſputabunt de hoc aut illo per Bauvaſium Pleſſianum, quicquid neceſſitas imperabit, ut ritè inceptent & abſolvent conſtituta, non tantum quoad rem tormentariam, ſed & naves ac triremes, cum naucleri ſint juſſi ad nutum ipſi parere

Commodis regijs maximè conveniret, obſidio Roſeſi qua his optatur præ omnibus Catalauniæ locis quoniam eo loco capto ad quosvis caſus nobis aſſeretur Ruſſilionum Perpiniano itidem melius protecto: inſtitutum autem eo facilius poſſet procedere, quod naves & triremes eum portum minori labore occluderent, quam Tarragonenſem, ubi obſidio ne equitem quidem poſceret.

Impræſentiarum attamen conſiderandum eſt, ne Catalauni ſuſpicentur nos potius emolumenti particularis habere rationem, quam ſalutis provincialium, dum progreſſus hoſtium conamur impedire, & noſtris viribus provinciam aſſerimus, quapropter iſta Mareſchalco Mothano relinquitur integra, ut maturè expenſis omnibus, pro re nata, & induſtria ſolita agat

Bauvaſius Pleſſianus Mareſchalco itidem proponet, ſi fortè minus conſultum putet, obſidionem Lerida tentare, & ipſus conſtituat Tarragonam, aut alium quemvis locum obſidere poſtquam de momento temporis, quo Marchio Villaroſanus acceſſerit, poſſe ipſum ad Tarragonam accedere, & obſidionem inceptare, decem vel duodecim dies, antequam Marchio perveniant ed ibi deſpiciet locum refugij, quo ſubeat, quamprimum de hoſtium univerſo exercitu accelerante fuerit certior

H e pacto hoſtes eum non poterunt impetere niſi obſidionem

Lerida ſolvant quem effectum impenſe deſideramus, ſi vero pergant in obſidendo, equeſtres tantummodo mittent copias quæ no ratibus nihil fortiores erunt, quemadmodum ipſius de ſtatu ſuarum copiarum perſcribit Sic pedites relinquentur in ... qui nec ſtationibus tuendis ſuffecerint, adverſus præſidium ... oſtrate, quod Lerida eſt impoſitum, & quatuor millia ex...

Viſum hic eſt, poſſe eum carpere hoſtium commeatum, ſi agmen equitum traijciat fluvium Nogeriæ, prout ea omnia Bauvalio Pleſſiano particularius ſunt demonſtrata ex delineatione provinciæ, ſecundum quam ipſi cum Mareſchalco fuerit agendum.

Intereſt, provinciales in omnibus occaſionibus ſuſtentari in illa benevolentia, quam ad nuperrimum caſum exhibuere, ut omnia neceſſaria ſubminiſtrent, quæ ipſorum fuerint facultatis & principaliter quæ rem tormentariam concernunt, donec mãdata in eum finem expedita, ſortiantur ſuã executionem, quæ integrè reſtituantur tormenta, cum omni apparatu.

Quicquid autem conſtituerit agere in eventum ancipitem, diſputabit cum Deputatis Principatus, conſiliarijsque Barcinonæ, ut ſucceſſu ſpeiminus reſpondente, deſinant, poſtquam conſiliorum fuere participes, vituperare noſtrum inſtitutum, adeoque ipſi in eodem ſtudio, quod hactenus in Galliam ſunt teſtati, ſuffulciantur.

Quæcunque autem hactenus ſunt dicta, Mareſchalco proponuntur, tanquam admonitiones, cum maieſtates regiæ Mareſchalei prudentiæ omnia committant, ut conſtituat pro ratione fortunæ ſe ſe præbentis, quæ futura ſunt commodiſſima, & modum inibit, quem iudicauerit convenientiſſimum, auditis tamen ante, ducum primariorum in exercitu ſententiis, quas ſecum ruminabit, ſecundum notitiam, quam de provincialium rebus eſt adeptus, ingenia & propenſiones populorum, occaſionesque ſubinde naſcentes.

Vt autem Bauvalio Pleſſiano integra adhibeatur fides apud Marſchalcum; regia maieſtas eum epiſtola in iſtum finem inſtruet,

Is igitur de rebus iſtis omnibus conferet cum Marcaſio, e... bit etiam præſentem inſtructionem, audietque ſententia...

ipſius de ſingulis, quæ Mareſchalco proponere debet, quam iiſdem ſubiunget, niſi Mareſchalcus Barcynone non admodum remotus, ab ipſo Marcano poſſit adiri.

Arbitror ego, nihil accuratius inveniri poſſe, nihil explicatius ſcribi, ideoque inſtructionis ipſiſſimæ verba ſimpliciter huc inſerenda duxi, ne apice quidem mutato. Iudicare licebit de univerſo negotio per hunc ſolum actum ut pateat nihil quicquam, quod à providentia & bono inſtituto expectari poteſt, deſideratum fuiſſe, quin aula ſatiſfecerit omnibus & ſingulis, quæ cauſam iſtius provinciæ contingunt.

Ubi vero viſum Numini, ſucceſſum induſtriæ aliquando negare, non ideo minoris fuerint æſtimandi, qui rem gubernarunt, cum ſcientiæ Architectonicæ, cautelisque illius nihil prorſus decedat, ſi cauſa aliqua potentior interrupit executionem inſtituti ſuſcepti, & materias, ad erigendum ædificium congeſtas diſſipavit.

CAPVT. XXI.

Succincta relatio rerum Italicarum, à morte Henrici Magni, uſque ad prælium querſianum, ubi Comes Harcurtius vicit.

Etiam rerum per Italiam geſtarum eſt facienda mentio, quę Adminiſtrationem noſtratem præceſſerunt, antequam ad ea accedamus, quę conciderunt, & principaliter de ſucceſſu, quem in inſula Elbiæ obtinuimus.

Italia vero primam palęſtram, quam Hiſpani exercendis armis, à morte Henrici Magni legerant, prębuit, ſi ſeponatur bellum Iuliacenſe, quod exigui temporis & momenti fuit. Ægre ipſis faciebat, faſtidiumque concoquere non poterant, Ducem Sabaudię fuiſſe membrum principalius, adeoque ſummum authorem Ligæ, cum Henrico IV. & aliquot Germanię principibus inſtitutæ unde exitium ipſi deſtinarunt, ut poſtmodum facilius reliquam Italiam conculcarent.

Bellum

Bellum igitur tribus diverſis & fere continuis vicibus duci inferunt, quod trina pace, quam Gallia ſemper arbitra conciliavit, fuit determinatum cum temp. ſtatis illius ratio non permitteret, nos tanquam auxiliares, aperte illis rebus admiſceri.

Cum ſucceſſio Mantuæ eveniſſet, duce Vincentio, ſine liberis maſculis mortuo, ſtirpi a teri, quam faciebat Dux Nivernius, eum ſecludere per vim parabant, cum omni iure ad ſucceſſionem admitteretur, nullo excluderetur. In eum finem fæderantur Duci Sabaudiæ, qui inhiabat aliquot locis agri Monferratenſis, propter opportunitatem ſitus. Imperatorem adigunt ad pacem cum Dano ſanciendam vt lectiſſimas copias adverſus Mantuæ ducem duceret, quæſito commiſſæ feloniæ prætextu, rametſi dux ad quælibet officia deſcenderet, quæcunque vaſali ſors requirere poſſet erga dominum ligium.

Gallia ſpectabat has per Italiam turbas naſcentes, non oculis liberis & vagis, cum tragædia aliqua ex parte propter ipſam inſtitueretur, ſed genio, ad vota ſecunda tantum prono, & operâ duntaxat benevolo, officiis admodum violentis, rametſi inviliter & Madriti & Viennæ redditis. Factio Religionariorum, quæ domi occupabat, & quorundam magnatum in Senatu regio averſa ſententia, quam prodebant, de Duce Mantuæ neutiquam aſſerendo, id ſolummodo permisēre, donec abſolveretur Rupellæ obſidio unde Rex expeditus Alpes traiecit, & ſola adventus ſui fama Caſalam agonizantem liberavit.

Pax inter Hiſpanos, ducem Sabaudiæ & nos Suſæ concluſa, violata nuntiatur anno ſequente, cum Marchio Spinolæ tranſiviſſet in agrum Mediolanenſem, & collato deſcendiſſet in Mantuanum, vt eodem tempore vtramque Mantuani provinciam invaderent, dux Sabaudiæ, qui ſibi partem ſpolij poſcebat, partibus acceſſit: vnde neceſſum habuimus denuo tranſire Alpes, vt iniuſtam illam ſocietatem diſturbaremus. Poſtquam autem omnes omnino, artes, quibus dux Sabaudiæ vtebatur, vt nos temere in illa provincia intricaret, explicuiſſemus. Cardinalis Richelius qui exercitu noſtratib⁹ præerat cũ ſummo imperio, ipſi eripit Pinierolam, cum inopinato retraxiſſet exercitum ad ducem

cere voluit ſua arma, ne omnem operam præſtarent, aut noſtratia quævis commoda caperent. quod alioqui erat proclive, ut nempe nos rebus gerendis ulterius immixti ipſius opera indigeremus ſi egeſtas aliqua lapſu temporis rationem reſtituendæ Pinterolæ præberet, quem ſummum fructum & ultimum belli finem ſibi propoſuerat.

Hoc adeo verum eſt, ut poſt prælium ad Ticinum, cui feliciter obtinendo ille primitus nolebat ſuccenturiari, quemadmodum tandem amitti noluit verſus Mediolanenſem agrum progredi inſtituerit cum ad Pedemontium foret revertēdum: quod ſi eò pervaſiſſet vbi ex cōdicto *D.* Rohanius cum exercitu erat futurus praſto, nos in agro Mediolanenſi certiſſime conſtabilitieſſemus, adeo ut exercitium quo Hiſpanos fatigare licuiſſet, curam Pedemontij & Monferrati ſepoſuiſſet, Italia ſpectante quæ à ſeculo videre non potuit, nempe Mediolanenſem agrum fieri belli ſedem.

*D*ux autem ſatis habuit, ſummam rerum eo in æquilibrio inter duas coronas tenere, ne moles emolumenti in alterutram partem recumberet; neve Hiſpanis nimium deiectis ipſius minoris apud nos fieret aut nos euſque debilitaremur, quin pro commodi ſui ratione & voluntatis propenſione nos reſtaurare poſſet.

Hanc perſonam ſuſtinuit, donec princeps Tomas in Flandriam deſcendit, & ſeſe Hiſpanis penitus daret. Ibi demum conſtituit Hiſpanis nihil parcere, ſed bellum aperto marte inferre, ut averteret ſeriem, quam reipublicæ tempore labente defectio fratris conciliare potuiſſet damnoſam. *Mors* tamen paulo poſt iſtam mentem ſuſceptam eripuit facultatem executionis, adeo ut dici queat, eum Italiæ commodis, noſtriſque per eam provinciam deceſſiſſe, ubi maximè erat neceſſarius.

Poſt paucula remittitur ab Hiſpanis princeps Thomas, cum optimè intelligerent, eum maiorem illic rebus Hiſpaniæ præſtiturū operā, quā per Flandriam fecerat, ubi didicêre ex prælio Aveiniano perdito, magnis ducibus proſperitatem nō eſſe propriā, & mutationem aëris & terræ non minus aliquando contribuere ad reditum bonæ fortunæ, quam ad reſtaurationem valetudinis concuſ-

concuſſæ, ubi alterutra deſit. Nihil aberrarunt in calculo; nam progreſſus, quos Marchio Leganeſius & ipſe per agrum Monferratenſem & Pedemontanum fecêre, ij fuêre, ut fere univerſa ſuccumberent ſub ipſorum armis, præter Citadellam Turini, & urbem Caſalæ

Hoc tam duro & triſti eventu, quo Pedemontium & Monferratum premebantur & methu lethali per univerſam Italiam ſparſo, non diſtulit Gallia accurrere, & rebus collapſis auxilia ferre. Calamitas tamen illius provinciæ videbatur ſuperare remedium, quod tum adhiberi poterat, cum difficultates, quibuscum Gallia confligabatur vires pene excederet. Auſa tamen eſt illas exuperare, poſtquam animum & fiduciam ex juſtitia cauſæ, quam turabatur, ſumſiſſet, cæteris Numini relictis.

Legit perinde imperatorem, qui non tantummodo ducis obiret munus, ſed intrepidus permaneret, & animum gereret omnibus belli horrendis & ſtupendis ſuperiorem. Electio Comitem Harcuttii tenuit, qui ex prodigio virtutis, quod in quartum uſque diem porr gebat, inſulas Divæ Margarethæ, & Divi Honorij recepit, quas Hiſpani paulo ante nobis eripuerant.

Quantacunque ſibi Gallia ab ipſo; romitteret, ſuperarunt ſucceſſus, quos per ſeriem obtinuit. Caſala, quam plurimarum rerum neceſſariarum penuria ad incitas redegerat, refocillatur, poſtquam comes iſte pervaſit, quibuscunque in commodis, quæ plurima in agro hoſtili ingruebant dclinatis. Summum tamen periculum immineb at regreſſui, ubi neceſſum habuit duos exercitus ſternere & calcare, uterque vero majoribus pollebat viribus, & qui in curſabant à capite & à calce, cum facillimè potuiſſet turbari & perinde profligari, per tenebrarum adminiculum, quod acceſſerat.

Generoſè tamen ille ſeſe extricavit, adeò ut hoſtes à capite & à calce cæderet, facinore per quam egregio quod meretur clariſſimum Solis lumen, & æternum famæ per orbem terrarum encomium. Omnes & ſinguli noſtratium prſtitêre ſeſe viros; laudem præ cæteris tulêre Turænius & Pleſſis Pralinius, Campiductores, & Rupeſerverius ſtructor aciei.

C A-

CAPVT XXII.

Funditur Marchio Leganenſius ad Caſalam. Harcurtii Comes obſidet & capit Turinum: alii recenſentur per Italiam ſucceſſus, uſque ad mortem regis ſuperiori.

OPprobrium & jactura, quæ Leganenſius in illo prælio, cui cum principe Thoma interfuit, ſuſcepit, nihil diminuerunt mentis inſtitutum de Caſala corripienda, quam vi ſuperare meditabatur. Apparatum clam inſtruit, jam faſtuoſior ex VVormatię ſucceſſu, quem mors Marſchalci Crequii fecerat planum. Subegerat etiam Vercellas, pene ſub oculis Cardinalis Valettani; & Rætos à fœdere cum Gallia contracto, diſtraxerat, partibus Auſtriacorum per tranſactionem Oenipotentanam additos. Cum igitur iſtis fortunæ beneficiis tumeret colophonem victorijs imponere certum habebat Caſalam, quæ amores & æmulationem omnibus omnino Mediolani gubernatoribus præſtitit, poſt citadellam urbi additam.

Mediolano ſic egreditur certiſſima fiducia Caſalæ ſubjugandæ, adeo ut omnibus videretur potius adire poſſeſſionem, quam expeditionem ducere. Verum enimvero armatum ſeſe videbat validè, & noverat hoſtes in longinquis verſari, & debiles eſſe unde citra temeritatem ipſi licebat credere, tempus fatale tandem eveniſſe, quo Caſala obſequium eſſet mutatura.

Nuntium de hac obſidione impensè angebat Harcurtium; qui tamen expendens, quam exigua eſſet facultas urbem obſeſſam aſſerendi, & quantam calamitatem traheret illius perditio, conſtituit illud audere, ad ancipitem eventum, ne iſtud, quod certum erat, contingeret, adeo ut ſatius duceret, omnia exponere ſorti, ut exitio devota ſervaret

F Suſce-

Suſceperat autem ſupplementum grande, quod Mothanus Vdencurius adduxerat: eo aſſumpto præter copias reliquas, Pinierola abit, Caſalam verſus ducit, media parte copiarum fere Leganeſio inferior, quem tamen intra circumvallationem fudit, & fugavit. Deinde Turinum, invaſit, quo princeps Thomas cum exercitu, non multum inferiore concludi voluerit.

Ibi vero non minores famis ſenſit ſtimulos, quam obſeſſi, quos cogere inſtituerat, coegitque ad deditionem, poſtquam ſæpius conatus frequentium & furioſarum eruptionum quales vix vnquam per noſtram ætatem ab obſeſſis factæ memorantur, ſuſtinuit. Summus autem honor, & recuperati Turini, & liberatæ Caſalæ debetur Turænio, Pleſſis Pralinio, & Mothano Vdencurio, famoſis iſtis occaſionibus interfuêre.

Lubens hic per opportunitatem rem memoratu dignã de Caſala recenſuero, ſcituque non ingratam. Dum Leganeſius apparatum obſidionis comporrarer, capita quædam de pace ineunda proponebantur in Hiſpania, quæ gubernator hic repudiari fecit per fiduciam, de vrbe hac ſubigenda datam. Idem acciderat, quando Gonſala Cordubanus eam obſidebar, per primas turbas, ad verſus Ducem Mantuæ excitatas.

Inſtitutum iſtius principis ſatis proſpere procedebat, & Viennæ & Madriti, tum per officia, quæ Gallia ipſi vtrobique præſtabat, tum propter juſtitiam cauſæ, adeo vt Imperator nefas duceret eam violare, ad ſummum vniverſæ Europę ſcandalum. Certitudo autem, qua Gonſala in Hiſpaniam ſcribebat, Caſalæ ſubigendæ, vt in qua credebat ſibi firmam eſſe clientelam, cum vigilum magiſtro Spadinio initam, omnia præliminaria pacis, quæ à concluſione non longè aberant, diſturbavit.

Vbi item notandum fuerit, nihil adeo mirum accidere, ſi Gubernatores Mediolani delectentur turbis Italię, quas aut ipſi ſuſcitant, aut per ſurdas factiones fovent, vt nempe locum habeant armorum & ſumendorum, & ſervandorum. Neque enim Bellum regi ſuo adeo damnoſum fuerit, qui particulatim ipſi compendia ferat grandia.

Volu-

Volupe eſt etiam imperio amiciri, & metui quod faſcinum apud ingenia varia eſt admirandum.

Habent etiam, vnde opulentam faciant meſſem rei pecuniariæ, quo altero faſcini genere avara mens apprimè movetur. Hac ſiquidem ratione ſibi ſubijciunt pene cæteros regis Hiſpanici miniſtros, qui rebus illic præſunt, adeo vt pro reges Neapolitani, Siciliani & Sardici teneantur ipſis ſubſidia quæcunque imperata ſubmittere, niſi gravior domi vrgeat cauſa, quæ uſum neget.

Credant præterea, ſeſe circumdari vicinis, qui in ſubditorum non veniant cenſum, & honoris detrimentum inferant, quieti permiſſi, adeo vt ſemper mediteutur, corpori Italicæ monarchiæ, quam à tot annis concupivêre, membrum aliquod novum inſerere. Cum autem nihil maiorem apud regem conciliet authoritatem, aut grati animi teſtimonia rectius expoſcat, quam ſucceſſus aliquis prægnantior in illa provincia; nihil admirabimur, eos turbare & tumultuari ſine intermiſſione, vt compendioſi honoris occaſionem & materiam nanciſcantur.

Ex hiſce poteſt confici de duabus Caſalæ obſidionibus, nullum bellum per ſe adeo iniuſtum eſſe, nec adeò exitioſum reliquo orbi Chriſtiano, quod Hiſpanis ſucceſſiſſe ſit nefas, aut quod terminari placeat, quamprimum ſcintillula alicuius emolumenti emicat. Quamvis ſæviat tempeſtas inanis, & portus, quem ſubire queant, ſecurus ſit accomodus, mare tamen non deſerunt, quouſque ſpem retinent capturæ.

Notandum denique de duabus hiſce obſidionibus, nec Deum dimiſiſſe impune bellorum ſtudium, & pacis faſtidium, quod Hiſpani ibidem profitebantur. Bellum enim quod fecerunt, & Imperatorem, ad idem ſuſcipiendum adverſus Ducem Mantuæ, incitarunt, omnino fuit principium viciſſitudinis, quæ rebus Germaniæ acceſſit: jacturæ etiam ad Caſalam, & Turinum ſuſceptæ animos addiderunt Catalaunis & Luſitanis, ad ſumendam perduellionem. Intelligemus itaque ſanguinem Chriſtianum, injuſtè fuſum inclamare cælos & vindictam expoſcere, quam citius aut tardius, aliquando certè impetrat.

F 2 Redea-

Redeamus ad rhombum, à quo , vti mihi videtur, non invtiliter receſſeramus. Turino recuperato, vix erat quod Harcurtius in Pedemontio ageret, aut operam requireret difficilem,præter obſidionem Conij , cuius gubernator. Comes Broilij, repugnavit vltra ſpem omnem adeo vt ſpecimina virtutis eximiæ præberet, quam nunc pro cauſa regia exercet, meritus vtique, quem Cardinalis Maſarinius traduceret , poſtquam principes Sabaudiæ à partibus Hiſpanorum avulſiſſet, noſtris adidiſſet.

Harcurtius ſecundum iſta revocatur ex Italia, ſurrogato duce Bullionæo , qui exercitui præeſſet cum ſummo imperio. Quamvis autem operam ille ſuam non potuerit per anguſtias temporis extendere , oſtendit nihilominus per exiguum id ſpatium, quanta capacitate rei militaris polleret , ſecundum ſpecimen ad Sedanum comprobatum. Niſi vero cauſa illa fatalis , cui infeliciter ſeſe admiſcuit,eum fruſtrata fuiſſet benevolentia regis, vt hoc imperio exueretur , locus erat ſummis emolumentis,quæ regiis commodis , & Italiæ bono conciliaſſet.

Dux Longavillanus ſubſtituitur Duci Bullionęo , vbi electio comprobavit judicij acumentum propter dotes tanti viri,tũ quod communicatis conſilijs eſſet agendũ principem Thomam verò ſororium ipſo haberet , vnde nunquam duo imperatores, pari authoritatis gradu , ſimul maiorem vnionem & concordiam conferre potuiſſent, Communi opera involuunt & capiunt Tortonam, vrbi pernicies noſtrum exercitum cępit ſubruere, Parum tamen id erat ad regreſſus incommoda , quæ ex rigore anni ſummo creſcebant, & quaſi per conjurationem omnium elementorum in eam calamitatem eruperunt, vt hominibus vix ac ne vix quidem licuerit eniti , dum jumenta & reliqua impedimenta per vias , vltra memoriam viventis interruptas ac merſas deſtituerentur. Hæc confuſio & ruina,quæ tam exiguo non potuêre ſarciri tempore ; anſam præbuêre Hiſpanis ad alteram *Tortonæ* ad movendam obſidionem , vbi per otium tantas munitiones inſtituere , vt vbi nos expediti eſſemus ad auxilia ferenda , opera illorum ſuperari non poſſent , ſic illi ſine

labore, ſaltem citra periculum locũ recuperarunt, qui nobis diſſipationem exercitus numeroſi, vt caperetur, attulit, Ceperamus autem eum ante mortem Cardinalis Richelij, quemadmodum eundem perdidimus, ante obitum regis ſuperioris, qui forſan non adeo, vti oportebat, res Italiæ habebat cordi, vnde & parvi illam jacturam faciebat,

CAPVT XXIII.

De rebus Italiæ, poſtquam princeps Thomas ſolus præfuit armis regiis.

DVx Longavillaeus redit ex Italia, poſt obſidionem Tortonæ: reſtat princeps Thomas ſolus, qui copiis Regijs & Sabaudi præeſſet, Moritur rex paulo poſt, declaratur regina adminiſtratix, & ſuſcipit curã illius provinciæ æquè, ac cæterorum negotiorum, quæ hinc inde agitabantur, perquam fervidè, eventu non ſterili.

Princeps Thomas recuperat Aſtum, quod Hiſpani occupaverant, dum apud ipſos eſſet, & cum ipſis faceret: ſupplementum accipit aliquarum copiarum, quas rex ſuperior deſtinaverat ad Burgundiæ comitatum vexandum, obſidet Trinum, munimentum ad circini vſum liberum factum, invadit, methodo militari ſubigit.

Pondeſtura conſequitur; ſine vi oppoſita, & Citadella Aſti, per væcordiam gubernatoris nuperrimè ſurrepta, adeo vt in poteſtate Hiſpanorum non diu hæſerit, per principis Thomæ induſtriam & virtutem.

Non prætereundum hic, Turenium hanc navaſſe operam, qui copias ex Burgundiæ comitatu adduxerat, antequam Trinum invaderet, legatus vtique ſummus; ſibique ſubſtituerat duos Campiductores clariſſimos, Ruvinium & Magalotium P. eſſis Pralinius obibat etiam vices legati ſummi, poſtquam diutinam & vtiliſſimam præſtitiſſet operam per Italiam Campiductor.

Lector, vt arbitror, non opus habebit perſuaderi, Cardinalem Maſarinium, quod omnium optimè perſpectum haberet

beret, quanti intereſſet Galliæ, vt res illius provinciæ florerent, aut ſa tem ab inclinatione vindicarentur, non parum contribuiſſe ad inſtitutum, quod regina ſumpſit, & admandata in eum finem expedienda.

Recepta Aſti Citadella nihil fere memoratu dignum evenit, neque ex parte Hiſpanorum, neque noſtra, vſque ad Vigevanum captum, quod munimentum agrum Mediolanenſem, in quo eſt ſitum, exercet, & Mediolanum ipſum, modo aſſerere licuiſſet, è longinquo obſidet, adeo vt Mediolanenſes noſtris incurſionibus & inſultibus paterent. Animadvertitur tamen neſcio quod fatum à longo tempore, quo ager Mediolanenſis relinquitur intactus, aut ſine operæ pretio invaditur, aut firmum pedem nobis negat.

Tertio bello, quod Hiſpani fecerunt Duci Sabaudiæ à morte Henrici Magni conſtitutum erat, & apparatus omnis expeditus à parte Ducis, vt invaderet illam provinciam, & finem vlteriutrius canalis occuparet, qui partem commodorum præſtant. Vrbi inſtar geminorum verum. Per pacem autem, quam Hiſpani apud Pariſios coire voluerunt, poſtquam animadvertiſſent bellum Italiæ ſibi æquè detrimentoſum, vti illud Gradiſcanum fuerat Archiduci Ferdinando, diſparuit conatus ille Ducis, quod cogeretur leges illorum pactorum ſubire, copijs, quas Gallia ſubmiſerat, & maiorem exercitus partem facere videbat, redite juſſis.

Poſtquam rex ſuperior anguſtias Suſæ perrupiſſet, quem Italia Hoſpitatorem ſuum reſpiciebat, potior pars mortalium expectabat, quando provinciam Mediolanenſem eſſet invaſurus ex hac parte, ſi Veneti Duce Mantuano ex altera incurſarent. Neque enim vnquam benignius ſeſe præbuit occaſio, quam per illam concordiam id vt pateat ad oculum, ſatis habuero dixiſſe, Venetos e fiducia mandaſſe ſuo imperatori, qui verſabatur in limite Cremonenſi, vt irruet, ad primum nuntium de progreſſu copiarum Gallicanarum verſus agrum Mediolanenſem, vbi omnia diſpoſita propendebant ad certiſſimam mutationem. Pax autem, quam graviſſimæ rationes, mihi alibi, in prima nempe parte Miniſtri ſummi, perſtrictæ, nobis perſuaſere, ſpem Italorum evertit, qui

libertatem ingemiſcebant, dum Hiſpani animos recipe-rent ex pavore exitij tam manifeſti.

Quis verò dubitaſſet, de proſpero obſeſſæ Valentiæ ſucceſſu, quin porta illa, per quam licu iſſet penetrare ad viſcera provinciæ, & noſtris, & Sabaudi armis patuiſſet? Apparebant ſane ſigna ſecunda, modo omnes omninò, cauſæ ſubalternæ, quæ in hoc negotio concurrebant, officium feciſſent, harmonia denique inter omnes & ſingulas partes machinæ ſibi conſtitiſſet.

Superius peregi ſiniſtram mentem, ſive ſpontaneum errorem Ducis Sabaudici, qui in vilem reddidit irruptionem illam Ducis Rohanij, quam ex Valle Telina inſtituerat in agrum Mediolanenſem, vt jam nihil memorem remoras occultas, quas vniverſa Ducis iſtius conſilia ex aula patiebantur, ab aliquot miniſtris ſubalternis, inter quos & Pater Joſephus eſt numerandus, qui æmuli authoritatis, & hoſtes gloriæ, quam acquirebat, eodem tempore duas res prorſus diſparatas & contrarias optabant, proſperum ſcilicet ſucceſſum armorum, quibus præerat, & eundem ingenium.

Attamen ſi judicandum ſit ex fructibus de arbore, ſecundū Evangelij regulam, & de principijs internis hominis ex vitæ inſtituto exteriore; illud, quod incurticulo rerum per Vallem Telinam animadvertere potuimus nobis præbet judicandum citra temeritatem, ex duabus illis paſſionibus miniſtrorum, quos diximus, quarum altera laudem, altera vituperium merebatur, illam deteriorem ſemper prævaluiſſe. Hæc vero æquus lector dabit deſiderio juſtitiæ diſtributivæ, quæ retribuit, vnicuique ſecundum opera ſua.

Conſilium de Tortona ſubigenda, cuius mentionem fecimus ſuperius, ex parte vt que factus Cardinalis Mazarinij, extra ullum dubium felix erat ab exordio eventus non tamen perſtitit proſperitas, vti adnoravimus, quemadmodum etiam Vigeuanio accidit, quod Hiſpani aliquanto poſt recuperarunt per ſummos Mediolani conatus, ut hæc ſervitus excuteretur, ſpina acutiſſima ex calcaneo quaſi revulſa.

Ab illo tempore nihil inſigne emicuit ſub imperio principis Thomæ, uſque ad negotium Orbitelli, & pugnam Pruanam, ex qua princeps hic, licet

inæqualibus ſubnixus viribus, cum honore receſſit, poſtquam omnia ſpecimina & ducis & militis, quæ ab ipſius authoritate & peritia expectari poterant, edidiſſet.

CAPVT XXIV.

Res geſtæ per Italiam, dum arma Ducis Modenenſis cum noſtratibus iuncta agerent.

ANtequam ad negotium orbitelli Plumtini & Portolongoni accedamus, paucula quędam commemoranda occurrunt per agrum Cremonenſem, poſtquam Dux Modenæ ad noſtras partes tranſivit, & ſua noſtris conjunxit arma.

Aſſevero autem, dubitari non poſſe, quin conjunctio hæc facta fuerit per induſtriam & curam Cardinalis Maſarinij, cum is Cardinalem Eſtenſem noſtræ cauſæ implicaverit per collatum ſummum honorem, quo celebraretur protector & advocatus hujus regni inde & ducem fratrem pertraxit att:nuitque donec res noſtræ per Italiam marceſcerent, & ipſus cogeretur ſibi ipſi conſulere, mediasque partes ſumere. Id vero non exigui officij locum tenet apud iſtam coronam, vbi duo principes tantarum virtutum nobis fuerunt conciliati, quorum alter honorem & famam noſtram ſuſtinuit Romæ præclariſſimè, alter vero armis ſuis, quæ id temporis pondus habebant copias noſtras firmavit.

Quod tempore igitur coniunctis nobiſcum armis agebat, tres evenēre caſus, notatu digni: illorum in agro Cremonenſi, pagum ſcilicet ſpatioſum, ſed ſine munimentis, etiam muris, qui ambitum clauderent. Navalæus Campiductor inter cæteros ibi hoſpitabatur cum parte copiarum, & ſtupet vniverſas Hiſpanorum copias ſubito ingruere duce Caracenæ marchione.

Infir-

Infirmitas loci, ubi hærebat, non ſumme angebat, cum vallum ſtruere, foſſas ducere defenſionem parare licuiſſet, modo annonam ad ſubſiſtendum habuiſſet. Cum autem pauxillulum ibidē inveniſſet, quod primitus fuerat & ſumptum, nec tempus eſſet hoſtibus jam incurſantibus, annonam advehi. Pereundum ipſi erat neceſſario, niſi Beyſius, etiam Campiductor, certè ex Caſala digreſſus, de ſocij periculo certior, ad Ducem Modenæ abijſſet, qui propter rei difficultatem primitus repugnabat, & conductum ſclopetariorum obtinuiſſet, ut annonam cymbis injectam ad locum Eridani deſtinatum ſecurè deducerent, quo Navalæus proceſſit cum equitibus, ſtatione tamen intermedia prius occupata, per quam pronum fuiſset Hiſpanis regreſsum intercludere, ſi de eâ occupanda fuiſsent ſoliciti.

Summa difficultas, quæ Beiſſio occurrebat Biadanæ, in eo conſiſtebat, vt Navalæo, quid ageretur nunciaret, cum hoſtes intermedij eſſent. Eam tamen ſuperavit operâ ruſtici alicuius, qui ivit & redivit per hoſtium ſtationes, ſchedulis ſecure applicatis, vbi lignum ferro impingitur, Beneficio iſtius ſtratagematis ſane conſervatæ fuêre noſtrates copiæ, vbi Hiſpanis perijt egregia eos fine pugnâ conficiendi occaſio.

Secundum illam annonam perlatam ex Pedemontio acceſſit cum reliquo exercitu Mareſchalcus Pleſſis Pralinius; quod vbi ad Caracenam emanavit, nihil in agro Mediolanenſi periclitandum ratus, adverſus eos, qui pugna inferiores non haberent quod perderent, plurimum autem ex victoria lucri ducerent, foſſam duxit latam, & per omnia concinnam, ab Oglio vſque ad Eridanum, quæ ante ſuum exercitum, noſtrati opponeretur.

Dux Modenæ & Mareſchalcus conſtituunt ipſum aggredi eodem in loco, ex ſententia nobilis Italiæ, quia Caracena male habitus, ab exercitu diſceſſerat, & docebat, opus non per omnia loca abſolutum eſſe & ingreſſum rimantibus patere. Reſpondit eventus inſtituto. Hiſpani vim patiuntur in vallo, tormenta cum impedimentis relinquunt, plurimi cæduntur, multi capiuntur, cæteri fugam cum Caracena arripiunt.

F 5 Omnes

Omnes omnino noſtrates ſeſe in hac occaſione præſtitêre ſtrenuos, a gregarijs vſque ad duces ſummos, qui virtute & induſtria clari evaſêre. Gaudium autem quo *Marcichalcus* mentem demulcere poterat, ex tam illuſtri victoria, in ſanguinem filij primogeniti mergitur, cujus morte, chariſſimo vtique pretio, nobis illa victoria conſtitit.

Credi voluit, ſi continuo Cremonam noſtrates tentaſſent, vbi omnia torpebant ex conſternatione, eam properanter manus daturam fuiſſe. Cum autem putaretur Caraccua eo confugiſſe, vt incolas ſua præſentia firmaret, & diſſipatas copias colligeret, in illam partem ducendum nemo cenſuit, cum potius apparatus ad obſidionem inſtitueretur, ab aliquot diebus ſuſcipiendam.

Obſidio hæc, tertius ſcilicet caſus, de quo me dicturũ promiſi grandibus laboravit difficultatibus, quæ tandem omnem fruſtratæ ſunt conatuum cauſam primam tribui oportet imbecillitati noſtri exercitus, quæ vnam ſaltem aſſultum permittebat ex parte Caſtelli, omni reliquo ambitu libero, adeo vt ſupplementa & annona ſine magno labore pervaderent.

Altera cauſa reijcitur in libertatem, quam *Dux* Parmenſis Hiſpanis indulſerat, adeò vt per ipſius provinciam, ad ſuſtinendam Cremonam, traherent quæ vellent. Licuiſſet nobis huic incommodo obviare; ſi occupaſſemus inſulam Meſanam, oppido vicinam, cujus beneficio illi ſubſidia quælibet introducebant. Juris Parmenſis fuerat; ſed per tranſactionem quam poſtremũ dux cũ Hiſpanis inſtituit, extorta ipſis eſt cum Sabionetta ſive per mulctã belli, quod adverſus ipſos geſſerat, ſive pignoris vice, ad ſtabiliendam, quam promiſerat benevolentiam. Quicquid ſit vt nos prævenirent, ne inſulam illam corriperemus, *Ducẽ* vero præſentẽ haberent faventiorẽ, reddẽdum ceſſêre, cũ ſpõ e intelligerent, illã in poteſtate Ducis cõſtitutã, nobis intactã fore, per eam tẽpeſtatem vbi maxime optamus, inimica ea non vti. Prudẽtiæ ſic minime vulgaris inſtincta, ſatius habuêre illã perdere, quã Cremonã periculo exponere, cujus bono inſulam applicaverant.

Cremona tamẽ, præter vniverſa iſta incommoda noſtris

ceſſiſſet armis, niſi omnium graviſſima etiam acceſſiſſet difficultas, quæ ex inopia pecuniarum oriebatur, quas turbæ pariſienſes huic æque, ac cæteris ſubducebant exercitibus. Caſtellum, vbi impetus tenebat, in puluerem pene erat redactum, foſſas exſuperaveramus, marchio Villanus, qui poſtridie cecidit, acceſſerat, cum exercitu Sabaudi, vt obſidionem fulciret, & omnibus rebus neceſſarijs, ob pecuniæ inopiam deficientibus, ab inſtituto deſiſtere cogimur, adeo vt vere dici poſſit, meſsem noſtram, quæ iam pene maturaverat, grandine fuiſſe corruptam.

CAPVT XXV.

De inſtituto Montis Argentarii & particulariter Orbitelli ſubigendi delineato.

QVamvis ea, quæ per capita ſuperiora recenſui, admodum ſufficiant ad exculpandum ſummum miniſtrum apud eos, qui ab ipſo rationem alienarum calamitatum, & errorum exegerunt; injurius tamen mihi ipſi videret, erga ejus merita, imo ipſam Patriam lædere, quæ non debet ignorare officia ſummæ exiſtimationis, ſi tacitus prætermittem aliquos proſperiores ſucceſſus, vbi induſtria ipſius particulariter patuit & ingenium ampliavit lumen ac colorem.

Incipiam per invaſionem Orbitelli quæ ex morte ducis Breſſi evanuit, aliaque principia, vnde ſpes conceptas decollavit. Hiſpani ſane animos inde inflarunt, cum detrimento ſummo quod inde ſuſtinuit nomen Galliæ per Italiam. Plurimum vero abſum, vt ex eo ſiniſtro caſu patiar maculam aſpergi adminiſtrationi Cardinalis Maſarinij, cum conſtituerim demonſtrare, Solem aliquando ex nubibus nitidiorem & ſplendidiorem; & invaſionem Orbitelli, cum ſerie, quam habere poterat, quamtumvis per eventum infeliciſſimam, in delineatione fuiſſe celſiſſimam & accuratiſſimam noſtri ſeculi, adeo vt addiderit in modo, cum calamitati adhiberetur remedium, radios magis vivos & conſpicuos authoritati Galliæ, & particulari honori Cardinalis.

Cardinalis enim, quicquid malevoli in eum dicere voluerint, cum ſemper pacem in mente circumferret per belli negotia continua, nec vllum rerum humanarum medium omittere vellet, quo donum iſtud è cælis deduceretur in terram; credidit illam promoveri, ſi Hiſpaniam egrederetur in alio aliquo loco, qui cum provincia Mediolanenſi cenſeretur æqui momenti, vbi tamen irruptio inſtitueretur eo ſecurior & actilior, quo in expectatior Hiſpanis accideret; minus nempe proviſa.

Circumacto igitur mentis acumine conſideravit *Montem* Argentarium, in quo ſita eſt Orbitellus, vt inde victoriam promoveret per gradus, loca per viam mediā ſua faceret ne vno quidem per intercapedinē relicto, quo hoſtes poſſent commeatum interrumpere, & ſic exercitum hinc obſtaculo in regnum Neapolitanum effunderet. Vniverſa hæc diſceptabantur cum principe Thomâ, qui per colluſiones admodum particulares, â longo tempore fortas cum plurimis illius regni magnaribus, caput foret ex peditionis, quemadmodum eidem deſtinabatur maior ſeges iſtius laboris, ſummumque pretium operæ.

Atque inſtitutum hoc procedebat juxta delineationem Henrici magni, quam paulò ante obitum concinnaverat, vbi ex omnibus victoriis, quas per Italiam ſibi promittebat per fæderatorum auxilia ſolam ſibi gloriam ſeponebat tam ardui facinoris, præter limitaneum aliquem locum, & portum marit:imum: vt introitum ſervaret liberum, ad ſuppetias, quandocunque illi opus haberent, ſubmittendas.

Experientia rerum, quę â morte Caroli VIII. vſque ad pacem Caſtellocambreſianam accidêre; vt jam nihil repetamus eatum, quæ prius contigerant, in regno Neapolitano & per Siciliam, ſub imperio Gallorum; ſatis demonſtravit, Italos quidem ægerrime ferre, varietatem illam morum & regiminis, quæ exteri apud ipſos introduxêre, quod longe rectius ſeſe applicent phlegmati & gravitati regulari Hiſpanorum, quam igni & irregularitati Gallorum; melius enim ingenijs illorum conveniunt Hiſpanorum graviſſimi mores, & conſtituta adminiſtratio, quam levitas Gallorum, & perpetua

incer-

incertitudo. Vnde aliquando hos quidem adciſcunt, ſed vt exterminent, ſi queant, poſtquam eorum ope illos exegerint.

Graviſſimè igitur hallucinatus eſt Henricus II. qui in tranſactione Ligæ ſtipulari voluit, quam cum Paulo IV. & nepotibus inivit ad occupandum regnum Neapolitanum; & liberorum aliquis ſuorum evaderet rex ad conditiones, quas hic referre ſuperſedeo, & in pactis illis patent. Si enim princeps ille ſatis perſpecta habuiſſet ingenia & mores Italorum, intellexiſſet tranſactionem ei fundamento innixam non conſtare, & Caraffarum adeo familiam manus tetendiſſe, vt æmulatione Hiſpanos vrerent, & maiori cum faſtu accõmodo cũ ipſis tranſigerent. Scio obijci poſſe advetſus inſtitutum, de quo nobis eſt ſermo occupandi regni Neapolitani, id vero eſſe inædificare arenæ, ſi quis faſtidioſis populis confidat qui retineri & reduci poſſunt ad officium per vim aut indulgentiam ſive concedas poſtulata, ſive facultatem tumultuandi auferas: cum illud ſemper ſit in poteſtate principis, ad vſum expeditum, hoc remedio deficiente modo ne expectet, quouſque crimen fiat immane, & rei de venia deſperent, aut ſimulatam reconciliationem metuant. Fatale quid ſiquidem, aut errorem pertinacem arguit malum inſanabile. Cuius axiomatis Politice plurimas adfert rationes, & hiſtoria infinita exempla confirmandi.

Repono ego, ſæpius id accidere ſed non ſemper, cum populi inveniantur mutationibus & iſtis viciſſitudinibus vera quidem obnoxij, ſed & alij, qui ſemel exuerẽt frenum, ruant ſine habenis, nunquam ſiſtendi, niſi jugo penitiſſime excuſſo, quo premuntur, aut viribus conatisq; omnibus profuſis. Nihil metuam, Gallos primæ ſcribere claſſi, & teſtabuntur Hiſpani, quanto ſæpe numero ſpe ſua ceciderint, quam in diviſionibus collocaret noſtratibus; quemadmodum etiam viderunt defectiones ſuorum populorum & ſolidas & radicibus actis eas, quæ tãdem tranſierint in imperia legitima. Adeo objectio generatim ſumta nos nihil evertat aut ſternat, facta particularia illi derogent; quemadmodum & tandem fulciunt, ſecundũ vſũ axiomatum politicorũ.

rus ſuave, & facile , quale populi ſibi ipſis imponunt ad conſtitutionem arbitrariam domini.

Omnino locus erat ſpei amplliſſimus, quæ nihil feſelliſſet, modo inſtitutum vti erat conce- tum, proceſſiſſet, aut per pacem generalem non deſiiſſet, quæ tamen noſtro poſſeſſione occupatorum formaſſe , & Hiſpanis aſſeruiſſet, quæ ſors gravior abſorbere potuiſſet. Tantum autem nocuit fortuna, vt in hac occaſione nos ex primo gradu ſcalarum reciderimus, naufragio fere in egreſſu portus facto.

Sic iniuſtitia geminavit ... vt culpam ſummus miniſter ferret, quod defecto Neapolitana, quæ cœperat & creverat ſine vllis cum rege initis pactis, non po u t conſtabiliri & radices agere; quod Dux Guyſius, quem populus N apolitanus ſibi ducem ſumpſerat magis conſuluiſſet virtutem & ambitionem, quam vires ſuos & naturam negotij qui noluerat eſſe regis homo liguis in ea occaſione, aut ex ea ratione agere, nec cum miniſtris regis, qui Romæ degebant, aut cum præfectis claſſis, in eum finem ad illa littora miſſis communicare quod idem Aneſium Gennarum d extrema & deſperationem compuliſſet, qui profecto robarum dedit , eâdem operâ periiſſe illum, quâ ſervari potuerit.

Quod denique deventorũ & maris impetu pro arbitrio on diſpoſuiſſemus, ſeditioſi etiã effrenes, ac elementum fractarium, ſi eâ figura liceat vti, eam reverentiam, quã ſiderabamus, inſignibus Gallæ non exhibuiſſent. Ex is itaque principiis, quæ non erant in Cardinalis poteſta- promanarunt ſiniſtri caſus ſeditionis Neapolitanæ, & ſtacula, quæ eos fulciendi voluntatem fregerunt, vt eos jus aſſerere potenter potuerimus.

Vt autem revertamur ad delineationem expeditionis apolitanæ concinnatam, & ad apparatũ, qui tantæ ſtruæ erigendæ, quam cogitabamus, conveniebat, memi- t Lector, nullum vnquam inſtitutum profundiore tanitate & minus perviâ fuiſſe abſconditum, quam hoc uo agimus adeo vt Hiſpani æquè ac nos crederẽt, omnẽ apparatum, qui ſane mediocritatem valde excedat, are aut Finalium, aut Tarragonam, aut quemvis aliũ quã quo impetus noſter incubuit primitus, Cuniculi vt ver-

ut verbo dicam, adeo rectè agebantur, ut eventus minus proſper ab aere admiſſo minimè proeeſſerit.

Nihil enim obliti eramus eorum, quæ plerumque ſub providentiam humanam cadunt, quin inſerta fuerint inſtructionibus, aut miſſis aut datis principi Thomæ, Duci Breſæo, & Argenſonio, exercitus inſpectori.

Iuſſi erant, arctam & particularem colere concordiam cum Cardinalibus, & miniſtris regiis, qui Romæ procurabant res Galliæ.

Mandata ſolita, ad trajiciendum militem, annonam apparatum; & quæcunque ſubſidia præmiſſa erant in Pedemontium, Proventiam & quo non, ijs ſcilicet, qui per illas regiones regiis vacabant negotiis.

Abbas Bentivolius particulariter habebat in mandatis, ut quamprimum occupaviſsemus portum D. Stephani, & orbitellus infeſtaretur, Magnum Ducem Hetruriæ adiret, cui perſuaderet neutras partes inter Hiſpanos & nos, à quo impetraret copiam ſubſidiorum, quæ neceſſitate noſtræ ære præſenti in ipſius provincia compararemus: id quod ille induſtriè & feliciter præſtitit.

Demonſtraveramus principi Thomæ, ut per colluſiones, quas cum aliquot magnatibus regni Neapolitani foveret accurate obſervaret motus, an mens eodem ſemper perſiſteret loco, quod in rebus iſtiusmodi principum mutationis plerumque trahat integram defectionem, quemadmodum in proclivi lapſantes, ſtare nequeunt, poſtquam ſemel ruere cœperunt.

Deſignabantur illi media, quibus uteretur, ut Duces Florentiæ, Modenæ & Parmæ ſuos faceret, ubi placuiſſet Deo primis noſtris motibus favorem addere. Ante omnia diſertis jubebatur verbis, cum cæteris ducibus & miniſtris regiis, ita ageret, ut ne ulla æmulatio principibus illius provinciæ ingereretur, qua nos in ſuſpicionem imoderatæ ambitionis incideremus, ne pari cum Hiſpanis numero haberemur, quos adeo metuebant, ſubinde perterriti.

Curioſè obſervarent, ſi noſtrates copiæ cogerentur, per imperia illorum tranſire, ut per commeatus & hoſpitia provincialibus eſſent minus incommodæ, ne illi

occa-

occaſionem poſſent ſumere ex protervià militari, dedignati hoſpites vicinos, quos adeò modeſtos & continentes in tranſeundo, & in domicilijs ſuis inveniſſent.

Quod ſi caſu aliquo ſiniſtro, & præter iſtas cautelas fal-lleret inſtitutum de regno Neapolitano ſuſceptum, aut expeditioni iſti accideret, quod *Duci Guyſio*, regnante Henrico II. vbi nihil inveniebatur paratum eorum, quæ Pontifex maximus & nepotes ipſius promiſerant, tum jubebatur in provinciam Mediolanenſem recumbere, eamque ex vnâ parte invadere, dum *Mareſchalcus* Pleſſis Pralinias, qui verſabatur in Pedemontio, ex alia parte irrumperet, ad diverticulum, vt progreſſus inſignes faceret & pedem figere poſſet vnde principes vicini, qui Hiſpanis minus faventſine difficultate ad noſtras partes concederent prompti ad ſpolium dividundum, quod ipſis totum relinqueretur.

Quod ſi tandem inſtitutum de Monte argentario corrigendo, quod ponticulum præberet ad regnum Neapolitanum invadendum diſperiret, machinaque ea redderetur vtilis inde à primo motu; inſula Elbiæ deligeretur, ad ultima auſa, vbi Plumbinum ac Portalongonium relinquerentur, tanquam extremo facto, quemadmodum eam illuc pervaſimus, poſtquam Orbitelli ſors nobis fuit iniquior.

Nunc demum judicet æquus Lector, & à partium ſtudio alienus an id inſtitutum quod modo delineavi, licet valde breviter & ſuccinctè, fuerit prudens & accuratum; an quicquam deſiderari potuerit à parte primi authoris, præter meliorem fortunam ab illorum partibus, qui primi ſuſceperunt executionem, doluerüntque oculis ſuis ſuffodi fundamenta quæ ipſi rum ponebant.

CAPVT .XXVII.

Plumbinum , & Portalongonium , capiuntur ; & quid commodi inde acceſſerit Galliæ.

QUoniam caſus ad Orbitellum mirè inflabat animos Hiſpanorum, & famam Gallorum extremè extenuabat, per Italiam conſtituit regina, non diuturnum exorbitantis faſtum jactantiæ concedere illis, ſed iſtis ſcandalum ex illa calamitate ſuſceptum ab oculis removere. Nihil unquam enim promptius & largius fuit reſtitutum, nulla unquam claſſis apud Gallos per tam anguſtum temporis ſpatium exornata, nullus unquam exercitus terreſtris coactus, & apparatus omnis congeſtus, ad obſidionem famoſam.

Hæc tamen omnia per unam æſtatem accidêre, adeò ut Plumbinum & Portalongonium ab utroque Mareſchalco Meileræo & Pleſſis Pralinio caperentur, unde authoritas noſtra per Italiam longè illuſtrior evaſit, quam ex calamitate ad Orbitellum unquam fuerat imminuta, cùm experimentum majus de potentia regis præberetur, quàm in ulla alia expeditione quam unquam ſuſcepiſſemus.

Verum enim vero illa invaſio non tantum plauſibili nuncio delectavit, aut admirationem præbuit pure ſpeculatiuam in noſtrum cōmodum apud animos Italorum, cum & propenſiones torpidas ſuſcitaret quorundam principum per illam provinciam. Sic prætextum ſuggeſſit Magno Duci Hetruriæ, ut remitteret excatenâ illâ vegtandi, quâ Hiſpania ipſum attinebat, adeò ut neutras ſibi partes ſumeret cum ſummo honore & ſic exiret à partibus, quæ parum minus, quam ſervitutem ipſi ingerebant.

Hęc invaſio itidem fregit ſummi Pontificis fervorem quem rebus Hiſpanorum fulciendis oſtentabat, adeò ut

mitius

ſentiret, quam ante de cauſa Barberinorum, s Gallia præſtabat patrocinium. Hæc enervavit :iam Hiſpani, quam in Conclavi haqebat, Per ra-, quibus hic recenſendis ſit compendium tempo-)peræ, cum in ipſos digitos & oculos ſint impa-ad proximam electionem Cardinalium, modo oc-ı nobis conſtent.

c commeatum inter Hiſpaniam & regnum Nea-num effecit difficiliorum; cumque trajectus ex a ad illud regnum per Inſulam Elbiæ breviſſimus ob curſum navium, jam coguntur numerum face- noſtratibus fiant præda, & multo longiorem ſu-ımbitum, & perinde maris inopinatis caſibus, ac eſtatum periculis patere.

.c denique judicari poteſt; quantum lancinent illa ra Hiſpanis, cum ad ea ſananda neglexerint cæte-ıarchiæ membra, & huc converterint paratiſſi-ecunias, & integerrimas vires quemadmodum ra ſolet in ſubſidium partium nobiliorum collige-quantum poteſt & caloris & ſpiritum, ſi forſan op-s videat.

rbo dicam, apparatus, quos ad recuperandum binum & Portalongonium fecêre, ſex milliones e tuaſſe, quæ ſumma profecto eſt immenſa, ſi pau-n Europæ, ſuæ qua ingemiſcit, conſideremus. Un-aniſeſtum ſit, eum qui Hiſpanos eâ parte invaden-enſuit & inſtituit, perfectiſſimè noviſſe partes ip-ı ſenſibiles & teneras, adeo ut jam conſtet quic-e conſervatione illorum eveniat locorum; eo mo-ꝑaratum ſaltem fuiſſe, certiſſimum diverticulum ſtrum commodum, quoad Belgum & Catalau

q; ſilentio involucro caſum admodum memorabi-b raritatem ſaltem niſi penitus ſit novus qui, dum rentur Plumbinum & Portalongonium, utriq; Ma-lco Meileræo & Peſſis Pralinio evenit. Cum enim ıam fere concordia diu tiu'culè conſtaret inter duos paris authoritatis, hic animadvertere licuit eam

perpetuam ab exordio, uſque ad finem iſtius molitionis. Vbi profecto nemo ambiget, Cardinalis providam curam, & authoritatem plurima contribuiſſe, adeo vt res tam nová ac rara ex maximâ parte pullulaverit ex ipſius ſollicitudine, de ingenijs quæ fortean ſine eo non ſtuduiſſent integerrimæ concordiæ, accurate conciliandis & fovendis.

CAPVT. XXVIII.

De Motha & Roſeſio ſubactis, eorumque commodis.

Reliquum eſt vt recenſeamus, quomodo Motham & Roſeſium ceperimus, quæ ſine blandimento poſſunt tribui artibus & curæ particulariter Cardinalis Maſarinij Aſſeveramus vtiq; ipſum delineationem inſtituiſſe, apparatum procurâſſe, mandata executionis concinnâſſe, tẽpus legiſſe opportunum ad fœlicem ſucceſſum, omniaque adeo circumſpectè & tectè peregiſſe, vt hoſtes inſtitutum nullatenus ſint aſſecuti, Galli ſuſpicione quidem penetrarint, & princeps Auraicus vbi percrebuit, coactus fuerit exclamare, ad Bruſſetum regis procuratorem apud Hollandos geminum huncce impetum arguere ſummum ingenij acumen.

Quæ vero alia in gemina iſta victoria conſideranda veniunt, huc potiſſimum ſpectant, vt vel inde celebretur, quod inſtituta cæterorum exercituum nihil fuerint impedita, cum copiæ, quibus negotium erat commiſſum, collectæ fuerint ex illorum colonibus & abundantia luxuriante, Vix etiam credi poteſt quam exiguo numero res ſit confecta militum. Certum vtique in obſidione Mothæ nunquam uite confluxiſſe vltra quatuor millia greganiorum maior quidem numerus requirebatur ad Roſeſium, minor tamen fuit, quam loci illius ambitus, & præſidiis faſtus requirere videbantur.

Motham nemo non dicit munimentum fuiſſe Europæ celeberrimum ex ratione ſitus, adeo vt cum Mo-

melia-

ſo Sabaudiæ inde poſſit contendere. Patuit id ex
acia quam Forcæus eſt expertus; admoto, ex juſſu
oris exercitu lectiſſimo. Poſt deditionem millis
ibus peperci mus vt maius robur, quam ante obſidio-
ræbuiſſet nanciſceretur. Dux Carolus etiam ſolicite
unite perrexit, poſtquam locum recepiſſet.
lium, quod mille octingentos excedebat milites,
eram obſidionem, adeoque auctuis, non tamen ab-
it oppugnantium virtutem, qui vim inferrent, & v-
petu obſidionem abſolverent, cum Mareſchalcus
us ter invaderetur à tribus Campiductoribus famo-
e comite Arpajovio, marchiove Forcæo, & tribuno
ie.
eor, hanc poſtremam expugnationem aliquanto
conſtitiſſe, quæ & Magalottium obſidionis ducem
it, cum caderet, eventui optato proximus, quem
cura promoverat ad ſummam regiorum armorum
in, & Champaniæ vtilita em cui excurſiones præſi-
rum nihil liberum, nihil ſecurum relinquebant; vſ-
d Remorum portas Marchio Villaroianus, qui poſt-
im evaſit Mareſchalcus Galliæ, jubebatur obſidioni
am admovere manum, & deditionem ſuſcipere, quę
itum ipſius præſtolabatur.
oſeſium adeò tempeſtivè fuit obſeſſum, vt nunquam
rtunius obſideri potuerit. Hoſtes enim conſtituerant
icum conflare beneficio iſtius loci, quemadmodum
us apparatus æquorum armorum & annonæ iam
ortatus inveniebatur nobis appropinquantibus.
Cardinalis, inſtituti gnarus, obſidionem accelerari
enſuit, cujus delineationem dudum conceperat.
ero omnia perquam juſtè concinnata fuiſſent, vti-
re per executionē, deluſiſſet omnino evētus: adeo vt
lium paulo tardius ſumptum, aut exſecutio longiuſ-
oſtili claſſi locum feciſſet, quæ poſt octiduum accur
, noſtra maximè ſuperior; cum decē ſaltem navigia,
idem triremes numeraremus, vnde aut calamitatem
ere, aut obſidionem ſolvere cogeremur.
uanti momenti fuerit Roſeſium ad ſalutem Catalau-
c inde judicari poterit, quod principatum iſtum

a Gallia & Ruſſiliono dirimat, adeovt nobis impoſſibile fuiſſe futurum, quamdiu locus tam celebris poteſtati Hiſpanorum relinqueretur, quicquam terra in Catalauniam traducere ad neceſſitatem & vſum maris valde ancipitem.

Comes Pleſſis Pralinius, qui obſidioni præerat, ſummum reportavit honorem negotij feliciter confecti operam iſtam, præter alia officia, quæ plurima à longo tempore præſtabat reipublicæ, rex compenſare voluit bacillo *Mareſchalci* propediem miſſo.

LIBER SECVNDVS

DE ALIQVOT CELEBERRIMIS NEGOtiationibus, quæ per adminiſtrationis tempus contigere.

CAPVT I.

Pax coit inter Pontificem maximum, Vrbanum VIII. & Ducem Parmenſem, per interceſſionem regis.

QVæ hactenus adduximus abundantur Cardinalem liberant ab approbrio, quo maculari poſſet ex caſibus aliquot minus proſperis. Mutemus itaque paulisper ſermonis materiam ſepoſitis ſplendidiſſimis illis actionum militarium ſpeciminibus, vbi fortuna plurimum ſibi ſumit, vt alia diſpiciamus, quę minus quidem turgent, ſed plerumque ęquam trahunt gloriam, cumque fortunę ludibrio minus exponantur, rectius tranſcribuntur meritis authorum.

Jam intelligit lector, me conſtituiſſe de negotiationibus & bellis ſacratij agere, quę ratione tantummodo, induſtria & eloquentia geruntur. Adminiſtratio reginę illuſ-

iſtiusmodi rerum non fuit ſterilis, adeo vt præter mendacium dici queat, exiguo hoc tempore adeo illuſtres & eo numero eſſe confectas, vt nullum præcedentium regnorum æquari poſſit. Puto autem, malevolos hic aliquem locum conceſſuros Cardinali, & jus ſuum relicturos, quo gaudet, quin partem auferat exſtructi ædificij, quod cum reliquis architectis habuit commune.

Nuper recenſui commoda induciarum Vlmenſium & pacis imperialis, vbi illi pedem ſtruxerunt, præludio ad hanc facto. Geminæ iſtæ negotiationes poſcunt ſibi volumen ſingulare, idque juſtæ magnitudinis; vt dignè deſcribantur Hic igitur non ſtabo, cum & alibi per acta ſint plurima per interceſſionem Galliæ, & primi miniſtri procurationem, ad ſummum Orbis Chriſtiani emolumentum, etiam particulare compendium huius reipublicæ, fæderatarumque noſtrorum. In iſtam claſſem colloco pacem inter Pontificem maximum, Urbanum VIII. nuper defunctum, & Ligam Italiæ, quam inſtituerant *Dux* Parmenſis, caput defenſionis, reipublica Venetorum, & Magnus dux Hetruriæ tanquã auxiliatores.

Noverat orbis Chriſtianus, quanto rancore æſtuarent partes, quanto impetu in hoc bello ruerent, quam vehementer incenderentur ex relatione, quæ inter patrem & liberos adeoque ſupremum principem & Vaſallum, debebat arctius benevolentiæ vinculum ſtringere: quemadmodum odium inter propinquos exortum acerbius & pertinacius evadit ex graviori officio mutui amoris.

Lis autem eo difficilius videbatur componenda, quod partes vtrinque abundarent rationibus, aut ſaltem ſpecioſis illis, etiam vbertatem artium ad defenſionem applicarent Conſiderandum vtique, an in vrbe, omnibus Nationibus communi, & confluxu ingeniorum egregiorum, quibus ſumma cura eſt, ratiocinari, & intendere mentem de rebus maximè principum, exercendus fuerit animus, in cauſa, quam Dominus temporalis & ſpiritualis tantopere vrgebat.

Cogitatur etiam quis aſſequi poſſet, an in Senatu Magni Ducis, vbi ratio gubernandi excellit, & apud proceres Venetorum, quibus illa & ſana & ſolita conſtat, quicquam

fuerit omiſſum, ſcientia fert ſublimia & acuta, valida & efficacia, ad repulſandam vim, & ſtrategemata Romanæ politices expedienda. Hic demum patebat imago illius belli, quod Romani olim geſsere republicâ in partes dilabente armis vndiquaque paribus perſiſtepentibus, ſignis ſimilibus prolatis eâdem diſciplina cõſtante.

Deinde incendium pergebat, bello moras trahente; videbatur tamen extingui potuiſſe ob nimios ſumptus, quos nemo non ægrè ſuſtinebat, adeo vt quilibet in primis vero Barberini, diſpicerent quomodo vel pace facta, vel victoria partâ ſibi ſatisfieret.

Addere lubet & aliud compendium, quod valide in iſta lite procedebat, authoritas nempe cui pleruinque Itali plurimum, & fortaſſis nimium tribuunt. Hæc apud Pontificem maximum erat prægnantiſſima, qui videri volebat, per extrema, & ſecundum diutinam luctam charitatis cum iuſtitia, bellum in Italia ſumpſiſſe per eam tempeſtatem; vbi reliquus Orbis Chriſtianus pacem exigebat ab officio & cura parentis vniuerſalis, quem ille cernebat proſtratum, & ſub flagello iræ divinæ gementem.

Ex altera parte nihil minus fervoris & ſollicitudinis adferebant fœderati, vt famam ſuorum armorum afferent, & ob oculos vniverſi mundi exponerent juſtitiam ſuæ cauſæ, ſive veram, ſive veræſim lem. Noverant optimè diſtinguere inter propenſionem Sancti Patris, quæ nunquam ipſis videbatur in bellum evaſura, & inter ſtudia accenſa nepotum in primis maximis natu quem palàm ferebant authorem & promotorem turbarum. Proteſtabantur igitur adverſus illos, ſeſe colenda authoritate S. Sedis nihil omiſſuros non tamen potuiſſe jus gentium præterire, quo principibus licet vim opponere legitimam violentiæ nefariæ.

In hoc ſalebra litigio, vbi cæteri principes non facile, ad partes tranſibant, quod juſtitia potuiſſet hinc, & religio illinc ſtare admodum ancipites: adeo vt intercedere tantummodo liceret, quæ via omnibus omnino placuit; nemo tamen eorum confecit negotium, præter regem, opera & Imperatoris & Hiſpani prorſus vana, iſta perquam vtili,

Non

Non multis opus eſt doceri id, cum ſuperius monuerimus, quantæ diffcultates fuerint exſuperandæ quot cautes præterna viganda, donec negotium inportum optatum deduceretur. Lyomus transactionem exaſciaverat, quam Cardinalis Biſchyus abſolvit. Neque enim naucleru minus peritus genijs illam ſoli conveniebat, aut qui rerum minorem notitiam poſſediſſet, quam ſummus miniſter regni: quemadmodum nec minor requirebatur authoritas, uvam tanti regis, vt partes interceſſioni deferrent.

Hinc lector denuo rogatur, vt animadvertat, niſi Gallia quietem vicinorum prætuliſſet proprio compendio, niſi magis ſpectaſſet honeſtatem, quam vtilitatem in eo curriculo rerum, principes illos potuiſſe permitti bellorum ſorti, vnde Hiſpani neceſſum habuiſſent arma ſemper illic jactare, & forsã partibus accedere, propter propinquitatem, qui ſanè ſic diminuiſſent vires ſuas per agrũ Pedemontanum & Monſeratenſem, vbi nos occurſabamus.

Ex eodem Zelo, vt hoc ſaltem per occaſionem dicam nos, Venetis & turcis in bellum prolapſis, inducias per mare mediteraneum obtulimus, quæ non niſi vtiliſſimæ fierent reipublicæ repudiatæ vtrique quod mallent littora Siciliæ & Neapolis exponere caſibus, quos plurimos bellum fert, quam vt minimo carerent momento nocendi. Hinc profecto ex iuſto quaſi judicio Dei evenit, vt repulſam illam luerint, pænitentia prompta per jacturam Plumbini & Portalongonij, vt alibi recenſuimus, obrepente.

CAPVT. II.

Pax coit inter Sueciam & Danum per interceſſionem Galliæ.

DVm bellum per Germaniam ferveret, aliud natum vidimus, quod minimè expectabamus, & Sueci intulerunt Holſatiæ ac ipſi Daniæ. Graviſſimus caſus evenit in prælio navali, quod rex habuit adverſum, relato

etiam vulnere, vbi & ſtrenui militis & cordati Ducis feciſſet officium. Minimum quodvis compendium, quod auferre poterat, exitio fuiſſet fœderatis Germaniæ, & imperatori novo auctario, qui inde caruiſſet obſtaculis, hunc auxilium poſtmodum correpturus. Sic ne cogitabat quidem mittere Gallaſſum, qui regi opem ferret, cum exercitus robore; aut deſerere certos progreſſus, quos per Torſtenſonij abſentiam licebat in Germania facere, ex ſpe non dubia vberrimæ meſſis, quam victoria exigui moliminis præbuiſſet.

Fateor, Torſtenſonium felicitate & induſtria admiranda expediviſſe ſeſe ex viribus imperialibus & Danicis, adeoq; obſtabat redijſſe, ignominiam, quã Orbis novit ad Albim inflixiſſe, & deinde Hatisfeldium in Bohemia, Gallaſſio ſuccedentem fudiſſe, concatenatis ſucceſſibus, qui vſum victoriæ plerumque conſequuntur.

Non tamen metu vacabant fœderati, ſive rex Daniæ, princeps bellicoſus, & poſt omnia ſatis validè armatus proprijs viribus, quas denuo contendere licuiſſet, vindictam & jactura accenſam quæſiviſſet, ſive alia quævis potentia, Polonus vtiq; ipſi acceſſiſſet, vt occaſione vteretur, & eadem opera Suecis exitium attuliſſet, quod illi evitare non potuiſſent, niſi reliquis in Germaniam reverſis copijs innixi, quam perinde vacuam imperatori, per omnia expedito, objeciſſent prædam.

Vt igitur tam juſta prævenirentur incommoda, & tempeſtas maxime tremenda adjuraretur, ſummè neceſſarium erat, vt inter Danum & Suecos inſtitueretur tranſactio. Non tamen hic ſufficiebat voluntas, quam nos ſine dubio ad primum coorti belli nuntium habuimus; ſed tempus erat commode legendum, poſtquam rex Daniæ bilem acerrimam evomuiſſet, ſenſusque improviſæ irruptionis, & iſtiusmodi injuriæ in animo miteſceret Etiam præſtolandum erat, donec Sueci, quibus ab exordio ventus puppim vrgebat, & fortuna ridebat, majora inveniſſent obſtacula, quam putaſſent, ad expoliandum regem illum, & pependiſſent, pacem quæ certa & præſentia ferret commoda, præſtare bello, quod reverà

vera promittebat longè potiora, ſed ancipiti fide promiſſorum.

Tullieuus, legatus extra ordinem miſſus obnixam hic præſtitit operam; Cardinali tamen hoc poteſt teſtimonium verè dari, quod tempor s momentum rectiſſime d ſpexerit, regi ſuo expoſuerit, & negotium adeò prudenter & feliciter gubernaverit, vbi Septentrio viros maximè induſtrios & ſapienti a fama celebres exhibuit vtriusque partibus, ut ſecundum aliquot diſceptationes verborum, & politica ſtrategemata inſtituta, tranſactio tandem fuerit inita & firmata, ad vtriuſque regni deſiderium.

Non licebit reticere, ab initio negotiationis Hollandos nobiſcum interceſſiſſe, ſed paulatim exuiſſe amicitiam communem, & ab in differentia receſſiſſe, dum ad Suecos tranſirent, plurimis, qui il am agendi inæqualitatem non aſſequebantur, ſti pentibus. Qui vero non ignorabant, commercia per mare Balthicum, eſſe opulentiſſima, aut ſaltem certioris vtilitatis præ cæteris omnibus, nihil mirari ſunt, tranſitum eſſe ad eos, qui inter cætera hoc velum armis prætendebant, quod ne caſtigaretur ſubſidium novum, à Dano quibuſ unque mercibus, quæ per fretum transmitterentur, impoſitum.

Itaque ſola Gallia eum honorem retulit determinati diffidij, cæteris provinciis ſimul gaudentibus eo beneficio reſtricti & caſtigati ſubſidij. Verumenim vero Suecia (quem nobis vnicum ſ opum ſumpſeramus) ſic expedita agebat denuo per Germaniam, vigore ſolito, eò vsque progreſſa, quod Orbis novit, vt non niſi potuerit, niſi pace per Imperium facta.

Nefas duco, aliquem caſum reticere, qui doceat, quam delicatulæ & induſtriæ fuerint eæ manus, quæ materiam ad o viceroſam tractabant, quam tranſactio præbuit. vnde patet, qua circumſpectione vti in rebus agendis debuerimus apud eos, quibus pacta noſtra cum Suecia non penitus innotuerant, nec patebat, quodnam compendium ex illa transactione ad nos reducet.

CAPVT. III.

De matrimonio reginæ Polonæ, & commodis ad Galliam inde redeuntibus.

QUaecunque circumſpectione & induſtria vti licuerat, ad negotiationem, cuius mentionem fecimus capite priori, metuendum tamen erat, quin vnquam exordium eius fieret, aut longo temporis tractu procederet, niſi agi ceptum fuiſſet de matrimonio regis Poloni, opera Bregij. Ea enim ratione rex bellicoſus & ſapiens diſtinebatur, ne aures præberet ſollicitationibus per regem Daniæ inſtitutis, & per Imperatorem ſuffultis, quæ frangendam cum Succia pacem vrgebant. Poterat enim id fieri, ſaluis induciis inter vtramque Coronam, ſi auxiliares ſubmiſiſſet copias vicino, quem potentior ibat exſpoliatum.

Verum vtique occaſionem magis propitiam vix optari potuiſſe, ad litem, quæ intercedit Poloniæ cum Suecia dirimendam. Videbaturque Polonus ſuperior evaſurus, niſi cogitationes iſtius matrimonij retraxiſſent mentem, deſiderijs illis inflammatam, vnde poſtmodum poſſedit amores viro cordato digniſſimos.

Impedivimus præterea per iſtud matrimonium, quod tamen delineabatur ſaltem & germinabat, ſi hoc dicendi genere uti liceat, bellum, quod inter regem & principem Tranſſylvaniæ eo exarſerat tempore, quo iſte mutuum adverſus Imperatorem nobiſcum pepigerat fœdus. Quamvis autem commoda ex eo fœdere ſuſcepta, neque valida, neque grandia diuturnaque fuerint, ob principiis illius ingenium mobile; cauſæ tamen communi favit, dum exercitum juſtum imperialium aliquamdiu occuparet per Hungariam, vt fœderati per Germaniam eo minus premerentur.

Ex beneficio ejuſdem mattimonij non ſolum obſtitimus

mus, ne Imperator emolumentum duceret, vt ſolebat prius, ex propinquitate ſanguinis, quæ cum illo rege tenet adeoque commercio inter auſtriacos & Polonorum rempublicam ad vlto; ſed eadem illa emolumenta fecimus noſtra; adeo vt eo privilegio gaudeamus, quod illi negatur, ſcribendi ſcilicet per regnum vaſtiſſimum militis, qui per noſtros exercitus omnium optimam præſtitit operam.

Hinc etiam jecimus fundamenta arctioris cum Polonia, quam vnquam fœderis: ſi autem temporum viciſſitudines nondum permiſère illius conſummationem, credibile fuerit obſtaculis jam ſublatis, illud redintegrari & ad colophonem deduci, pro deſiderio vtriusque aulæ, & emolumento, vtriusque coronæ.

Cum igitur ſibi iſta conſtent, non magnoperè laborandum videtur, vt perſuadeamus quanta obſtacula fuerint removenda, quanti niſus intendendi, donec matrimonium iſtud concluderetur. Hinc revera dici poteſt, vim penè adhibitam eſſe, maxime vbi reluctabatur frater regius, & Auſtriacorum factio à longo tempore in Polonia conſtituta? vbi repugnabat amor illam familiam, quem perpetuus aſpectus filij famoſi, inde prognati regi parenti nunquam non redintegrabant: vbi artes & conatus quorundã particularium ex illa familia, & apud regis animum potentes aliorſum raperent mentem: vbi obſtabar locorum diſtantia, cum propinquitas provinciarum primum faciat ad amicitiam gradum, & multum adferat momenti, ad mutuam opem, aut noxam, per occaſionum viciſſitudines.

Anguſtias vniverſas, adeoque plures iſtis recenſitis per vaſimus, ex providentia, & inſtituto Cardinalis Maſarinij, Quamvis autem negari nequeat, dotes principis Virginis ſui Cælum iniuriam feciſſet, niſi coronam contuliſſet, animum regis omnium vehementiſſimè perculſiſſe, nemo tamen negabit, Cardinalem apprimè laudandum, qui reginæ conſuluerit, vt electionem in hoc principe firmaret, quæ regi illi conjungeretur, cum facile inde judicaret, hoc cum vinculo adſtringi, quo nihil rerum humanarum exoptaret.

Vt

Ut autem coniunctio inter duas coronas inſtituta diutius conſtaret, adeoq; fructuum ſeges univerſa, quæ ſpectabatur, cum regis vita ne exoleſceret, permiſit Deus ſucceſſori eadem ſenſa animi eum antecellore, erga reginæ perſonam, ſic ille ſummum regni bonum collocabat in poſſeſſione iſtius principis, quæ in Gallia nata, & Galliæ devincta, nunquam perdet Occaſionem rependendi beneficij, & patrij amoris,

Hinc inferre licet, erráſſe eos, qui matrimonium prius improbant, offenſi nempe nimijs ſumptibus in eam pompam profuſis, cum tamen nec utilius, nec honeſtius fieri potuiſſent.

CAPVT IV.

De litigio inter Landgraviam Haſſiæ, & Comitem Embdenum, ob hoſpitia militaria per Friſiam Orientalem, quod ſollicitudo & induſtria ſummi miniſtri, ne in nervum erumperet, coercuit.

OCcurrit & alia quædam negotiatio exigui rumoris, cui pauci adverterunt mentem, ſed miræ utilitatis, & ſimul extremæ difficultatis, quam tamen ſollicitudines Cardinalis Maſarinij deduxerunt ad portum: Tumultus ille nempe, qui ſingulis hybernis renaſcebatur per Hollandiam, tametſi ſingulis vernalibus expeditionibus conſopiretur, inter Comitem Embdenum, & Landgraviam Heſſiæ, ob hiberna per Orientalem Friſiam ſumpta.

Series iſtius litigij adeo turgebat, ut fidem excederet, ex cauſa, quam Gallia cum fæderatis habebat communem. Si enim Landgravia ſecluſa fuiſſet ab illis hybernis, exercitum vidiſſet exiguo temporis ſpatio diſperire, aut ſaltem debilitari, & mutilari, ut ſine operæ pretio tanquam caudex hæſiſſet. Sic ſane Embdenus præ-

ſtitiſ-

ſtitiſſet, quod eatenus Imperatoris effugerat potentiam potuiſſet inde impotentia illius principis ad fœderatos derivare exitium, quemadmodum partis alicujus defectus motum totius machinæ ſiſtit. Id enim plenìſſimè patebit, & dilucidè probabitur in alterâ parte iſtius operis. *D*icam tamen, illam principem, ſi ex ſtatione Orientalis Friſiæ eijciatur, perdituram tributa non contemnenda, quibus exercitum alebat, cum facultate ſubplementorum, & refectionis, cum ſic inde Hamburgum contingeret, & alia Germaniæ loca, militis feraciſſima.

Non uſurpaverat quidem illam provinciam, ſed ſemper conſervaverat, inde à morte Landgravij mariti, qui eam ſibi aſylum occupaverat, in quâ adverſus Imperatoris potentiam tutus deliteſceret, diluvio illo univerſam Germaniam invadente. Comes Mansfeldiæ prius idem tentaverat, ſed minus feliciter, cum faſtidium amiſſæ poſſeſſionis extemplò obreperet gaudio primo.

Oportebat igitur ante omnia tempus contrahi, ut Landgravia aliquantulum moræ poſſet interponere ad reſpirandum, donec genius Comitis ferocior deferbuiſſet; ſed ſingulis armis repulſabat malum, uſque ad finem belli, ut evitaretur ſeries, quam deſignavimus. Præter juſtiſſimam cauſam poſſeſſionis denuo apprehendendę, quam alter nullo jure poterat attinere, niſi ex neceſſitate rerum generalium, quibus particularium commoda ſubijciuntur; ſtimulabatur ab affine, Landgravio Darmſtadij, qui nunquam non ſtudio immenſo erga partes Imperatoris flagrabat; & deſiderio protervo urebatur, familiam Haſſiacam illam evertendi, cui principatum Marpurgi eripuerat, & inde omnem movebat lapidem, ut ei quoſvis ſuſcitaret hoſtes, quamvis conciliaret noxam.

Accedebat & filij matrimonium, cui deſponderat filiam aliquam principis Auraici, fervorque principiſſæ quæ ipſum in provinciam optabat reſtitui, & audentiorē

& ob-

& obſtinatiorem reddebant, ad vrgendum Haſſorum diſceſſum: vbi illi ex alia parte confidebant viribus, etiam de Suecorum auxilijs certiores, vnde pedem nihil movebant, ad confligendum cum quovis obvio parati Hinc ſane grande conſurgebat incendium, in Imperatoris & Hiſpanorum emolumentum, niſi accurriſſemus adfomitem ſuffocandum, & primas flammas extinguendas.

Nullus recenſeo complures alias negotiationes minoris momenti, quales fuêre frequentiſſimę reconciliationes à nobis inſtitutæ, ad turbas, quæ inter Luſitanos & Hollandos ob commercia Indiarum naſcebantur, ſedandas. Nullus etiam produco navigationis leges, quas cum iſtis recenſuimus, ob querimoniam, ſive veram, ſive falſam, qua crebrius obtundebant, qu. ſi naves ipſorum mercatoriæ male haberentur à noſtris bellicis, in detrimentum fœderis mutui.

Nullus dubito, etiam Cardinalis hoſtes hic nihil ſuggillate, cum ipſus, cæteris miniſtris ordinis agentibus, ad conficiendas iſtas negotiationes, clavum navigij ſemper tenuerit, pharo prælata. Neque enim ignorant, quod orbi in notuit, non tantum in vaſtis illis materijs, quæ in regno in ſtar aſtrorum coruſcabant, ſed etiam in cæteris minoris ponderis, cum literis ſuis molem impuliſſe, & negotiationis cuiuscunque impetum inclinaſſe per tempus adminiſtrationis.

Arbitror equidem, hanc ſollicitudinem mereri aliquid excuſationis, ſi non omne tempus impendit particularium ſalutationibus aut colloquiis, & diutina negotiorum tempeſtate obrutus, quæ in ſacrario diſcuſſerat, non potuit pro deſiderio ſuo alteri ſeſe exponere tempeſtati, paulo remiſſiori, ſed minus neceſſariæ.

Poſſem huc inſerere negotiationes Angliæ, quo non minus providentiæ & induſtriæ (Præſide Belleukæo extra ordinem in Angliam legato) conferebatur, quam ad cæteras, tametſi eodem non coronaretur ſucceſſu, cælumque everterit ſcientiæ civilis omnem conatum, vt eventus inde germinaret, qui fidem vulgi, quaſi nihil novum in mundo accideret, nihil poſterius videretur quod non prius eſſet viſum, convelleret. Tacitus igitur illas negotiationes prę

terve-

ſervebor, tametſi ſuum ipſis pretium apud ſapientum animos reponatur, eo quod ipſi de rebus per principia & per cauſas judicent, non vero per ſeriem & effecta, quod vulgus ſolet, uti alibi annotatum dedimus.

Longior iſta ſeries conſiderationum, quas deducere libuit, prçter experientiam, quam Cardinalis ipſiſſimi hoſtes fecerint per trimeſtrem ſuam adminiſtrationem, quod nõ omne inſtitutum ſemper ſortiatur effectum, poſſet ipſis excuſationem ſiniſtrorum caſuum ſuggerere, quos in crimina vertebant; & mentem ab opprobrio retrahere, ſi per adminiſtrationem aliquot annorum, in mole negotiorum quæ ex centro regni coorta diffunduntur ad tot loca peregrina, actiones que diſtrahun , aliquid ſiniſtri nobis accidit, & fortuna, quam tanto tempore experti fueramus fidelem, aliquando deſijt.

CAPVT V.

An Cardinalis rectè ſuggilletur peregrinus.

ANtequam finiam primam hanc partem, ſatisfaciendum fuerit, ſi queat, iis aliquo modo; qui ad nomenclaturam peregrini; quæ in perſonam Cardinalis Maſarinij incidit, tantoperè ſtupent. Si primùm hoc in iſto genere vidiſſet Orbis exemplum; novitate rei poſſet tum ſilvari, aut ſaltem animus ſuſpendi. Cum autem hiſtoriæ priſcæ & novellæ, ſacræ ac prophanæ; complutia nobis exempla iſtius generis ſuppeditent; cum ipſa Gallia; ne de alijs rebus publicis nobis ſermo inflectur, adoptaverit & ſuos fecerit liberos quarundam familiarum, quæ principes ſunt pervicíniam, adeoque antè oculos verſentur familiæ illuſtres, quæ originem debent Germaniæ & Italiæ, evidenter convincitur, rem ipſam non ſponte vituperari; conſuetudinemque inde factam æquiſiviſſe jus & prærogativam legitimarum conſuetudinem, quæ etiam legibus contrarijs prævaleant, ex Ariſtotelis opinione.

Pergo commemorare conſuetudinem, qua de nobis ſermo, non tam legitimo uſui, quam ſupremæ authoritati competere, unde emanat & morem facit, ex qua licet principibus ſubditos cæterorum principum ſibi adſciſcere, quinam obſequio amicti, ex ſerie certiſſima, priſcum exuerunt, & liberantur à priore, quod nemo mortalium eodem tempore queat duobus Dominis ſervire, ad eundem gradum dependentiæ; adeò ut necesse ſit, ad exemplum gemini illius aſtri Pollucis ſcilicet & Caſtoris, vnde jucunda exiit fabula, altero aſcendente, alterum deſcendere.

Nolo huc accumulare conditiones & circumſtantias, quibus illæ deſtruuntur, hæ formantur; ſatis habeo ad monuiſſe, ſæpiſſimè hæc fieri, & per omnes terræ plagas ubicunque jus gentium viget. Dicam tamen, jus illud gentium, quo genus humanum in ſocietatem compingitur, & vivere amat, non adeo abſorpſiſſe univerſa privilegia juris naturalis, radiosque omnes potentiæ naturalis, quin complura ſibi ſepoſuerit; inter cætera, ſi particularis quiſpiam in aliena republicâ inveniat emolumenta citra comparationem maiora, & conditionem vitæ longè beatiorem quàm in ſolò natali fas ipſi fuerit, civitatis jus ſibi illic quærere, & propriæ fortunę beneficia idem colligere.

Intenditur cauſę iſtius argumentum, ubi particularis ille adeò opprimitur dominatu, cui ex lege naſcendi ſubjacet, ut ab ærumnis liberari nequeat, niſi mutet Dominum. Hoc igitur duro & triſti rerum ſtatu nemo ambiget, fas eſſe, per mutationem evadere, & jugum intolerabile convertere in mite & humanum. Ipſus Salvator id videtur docuiſſe, cum Apoſtolis diceret: *ubi vos perſecuti fuerint in uno opido, fugite & ſalvate vos in alterum, ubi ſecuritas vobis conſtet,* Ubi animadvertendum, factum hoc mandatum, aut conſilium datum, aut permiſſionem indultam ijs qui ad tolleranceum erant deſtinati, & vim extremis ſupplicijs debebant pro confeſſione nominis

minis Chriſtiani, & prædicatione Evangelij. Quantò magis igitur intelligetur de ijs qui non vocati ad vitæ genus adeò auſterum & ſpinoſum, ad labores tam arduj ac glorioſi finis, non obligantur eodem modo ad perſecutiones ſuſtinendas, quas permutatione domicilij queant declinare:

Nemo utique ſibi perſuadeat, quod per occaſionem ſubijcio, ne ullum ſcrupulum in hac ſemita lectori relinquam, quo offendi poſſit, quemadmodum licet Particulari cupiam mutare dominum mutato domicilio, eadem ratione licere provincialibus, aut omnibus in univerſum, ſingulisque particularibus ab imperio domini provincialis exire. quamdiu illic habitat, alitur & fovetur minus etiam licuerit, alium invitare Dominum, qui provinciæ dominetur. aut cui loca quædam provinciæ pignoris loca tradantur,

Ratio iſtius differentiæ inde manat, quod jus dominatus & ſuperioritatis quod principes in ſubditos exercent, in eo radicatur, quod iſti eam incolant provinciam, cuius illi ſunt domini ſupremi: iſti vero commodis provinciæ ad ſuſtentandam vitam fruuntur, & ſecuritatem perſonarum ac bonorum à iuſtitia obtinent. Unde conſequitur, ſi quis ex illa provincia diſcedat, ex inſtituto permanente & irrevocabili eum ſolvere vinculũ, quo principi adſtringebatur, liberumque evadere ab officio obſequii, quod prius debebat, dum propter incolatum provinciæ attineretur, nec provinciam alterius principis adeundam legiſſet.

Si verò ex provincia non diſcedat, & illic facultates ſuas retineat, nolit autem agnoſcere principem provinciæ legitimum, imo reiiciat ſupremam authoritatem, quam ille in perſonas & res gerit; omnes omninò integri iudicii intelligunt mortales, tunc committi iniuſtitiam atrocitſſimam per illum uſurpationem in ſocietete civili, quæ ſingulari nomenclaturâ dicitur felonia.

Crimen iſtud infl[illegible]ur, & venenum intendit ubi alienus

Dominus introducitur in provinciam principis, qui ſi veotibus provincialibus partem territorij, aut univerſum occupet, cùm illi ſic manus dent, exuti ſponte facultate reparandæ injuſtitiæ admiſſæ, & feloniæ perpetratæ. Quod tamen non contingit, ubi ſibi ſervant, quæ ceperunt & invaſerunt ex primi domini reculis; nullâ cum alienis facta communicatione.

Hoc tamen bellorum civilium eſt fatum, & hæc calamitas urget complices, ut nunquam non teneantur externos ſibi adiciſcere auxiliatores: Illi verò ſolent, niſi deſipiant aut ocpeant, aliqua loca ſecuritatis ergò poſtulare, ſive in refuſionem ſumptuum, ſive ad copias pet neceſſitatis caſus retrahendas, ſive ad firmandam fidem & perſeverantiam.

Sed redeamus ad rhombum; reciprocemus ſtadium; poſtquam ambagibus ſumus defuncti; quæ tamen meo judicio ad rem præſentem erant neceſſariæ. Certiſſimū igitur habemus, non ſolum Principibus integrum eſſe in rempublicam ſuſcipere, & numero ſubditorum inſerere alienos provinciales. Illis etiam facultatem conceſſam, ut hoc ſermone utar ad aliam dynaſtiam, præ patriâ minus incommodam, aut magis utilem tranſeundi.

Poſtrema hæc facultas radicem ſumit, & fundamentum in gemino hoc naturæ inſtinctu ut *fugias malum, tibi contrarium; & quæras bonum, tibi commodum*, cui nec jus Gentium derogare potuit, cum in uſum ſocietatis civilis tantummodo ſit adinventum: illa autem conſtituatur, ut à conditione humana averruncentur mala, ſolitudini inevitabilia; & bona eidem non obvia concilientur.

Hinc igitur jus Gentium æquè ac ſocietas, quam dirigit & perficit, à fine diſcéderet inſtituti, niſi januam relinqueret apertam, qua ex ærumnis graviſſimis exire liceret: aut aperiret, quà ad conditionem vitæ melioris & commodioris perveniretur, ſive honores; ſive opes, ſive virtutis exercitium & cæterarum dotium ſplendorem ſpectes: cum alioqui illic terræ affixi, per rempublicam primi domini repe-tarent.

CA

CAPVT. VI.

Exteri inſeruntur, & pari iure cum genuinis gaudent.

SIc igitur, niſi me omnia fallunt, punctus hic ratione conſtabilitur, Subditum alicuius principis legitimè poſſe fieri ſubditum alieni, per dependentiam utrinque ...iatam; id ipſum uſus literarum, quas Naturalitatis vocant, apud Gallos obtinuit. Illæ enim Extero conferunt ferè alteram nativitatem, impreſſo genuinorum ſubditorum charactere, adeò ut cum illis evadat capax omnium beneficiorum, eorundem muniorum, & immunitatum, quas Princeps dilargitur.

Non itaque eſt, cur adeò miremur, inſititios ad ſumma reipublicæ munia & dignitates adhiberi, Si verò iniuſtum cenſeatur id incrementum, & Principis electio vergat in reipublicæ perniciem illis ſanè non poterit verè exprobrari, tanquam macula, alienum ſolum, ſed duntaxat vituperium genuinorum ſubditorum, qui ex iiſdem erronibus culpam contraxiſſent, in capacitatis ſcilicet, aut corruptionis, per inſtitutum.

Quod autem character iſte & hæc impreſſio, pro ratione cœpti ſermonis, ex authoritate & arbitrio principis proveniens, alienos ſubditos ad eundem gradum extollat, in eandem conſiderationem trahat, eodem numero protectionis & tutelæ habeat, cum ſubditis genuinis; id verò uſus confirmat, & particulatim per Galliam. Hinc Dux Mediolani Franciſci primi meruit indignationem, quòd trucidari curâſſet Meruilium ſtabularium, natum in agro Mediolanenſi, ſed qui ad regem tranſierat, domicilio per regnum fixo.

Idem princeps juſto vindictæ deſiderio excandeſcebat adverſus Carolum quintum, propter Ringonum trucidatum, quem cum Fr. goſo miſerat legatum Conſtantinopolim, tametſi Ringonus ille Hiſpanus eſſet na-

tus, Medinæ campeſtri, niſi fallor. Sic nos fecimus in gratiam Petri Navarræi idem officium & ardentius adeoque validius, quam pro genuinis Gallis, cum caperetur in exercitu Lautreciano, qui ex regno Neapolitano recedebat. Neque dubitaverim, ſi quid ſimile accidiſſet Rhonio, poſtquam Galliam deſeruit, Philippum ſecundum, cujus obſequium ſumpſerat, nunquam toleraturum fuiſſe, diverſum quid & a genuinis ſubditis alienum in eum ſtatui, tametſi natus eſſet in provincia Champaniæ, & diutiſſime apud nos geſſiſſet munus Mareſchalci Ligiſtici.

Neque Dux Mediolanenſis, neque Imperator Carolus auſi ſunt excuſare mortem Merulio illatam & Ringono, quod non ſibi eſſent ſubditi, & jure, ob contractam noxam puniti, ſed uterque conſtanter pernegabat, ſuo juſſu aut ſcitu fuiſſe trucidatos, proteſtati, etiam de patratorum ſupplicio eximio, ſi indicarentur. Navarræum quidem modernus quidam Hiſpaniæ hiſtoricus fatetur, in carcere ex juſſu Imperatoris fuiſſe ſuffocatum laqueo: quod uti putat, iure licebat, integro iure gentium, quod Navarræus ex iure naſcendi ſubditus accuſatus & convictus eſſet criminis. Hiſpani tamen illius temporis nunquam hunc prætextum adduxere, ut fucum facerent morti violentæ, quam incarceratio adhibuerant, ſemper profeſſi mortem naturæ convenientem. Id quod dicere non ſuſtinuiſſent, niſi perſuaſum habuiſſent, eundem ab omni officio prioris obſequii liberatum, expoſitioni quod iniverat ſecundum voluntatem conſtantem & irrevocabilem.

Hæc ubi ſubſtravi, infero conditionem ſubditorum genuinorum & exterorum qui inſiti ſunt fieri æqualem & æquabiliter capacem amicitiæ principalis, tametſi commoda quædam & incommoda nonnulla occurrant utrinque, quæ illam his aut illis conferat negetur. Quicquid ſit, hoc demum certiſſimum manebit Exteros non facile ad ſumma munia vocari & ad eminentiores reipublicæ honores niſi meritis abundent, aut indultu a eorum reddendorum. Millia proſtant exempla illius ge-

neris

ætis, orbi terrarum notiſſima: ſed iſtius exemplum præbet Pharao, qui de induſtria Ioſephi argumentum duxit ex interpretatione ſomniorum, quæ fundamentum iecit potentiæ ferè ſupremæ, à rege collatæ. Huc collineabat Eliſabetha Angliæ regina, cùm percivilitatis verba æquè acuta ac jucunda Crequio diceret, quem *Mareſchalcus Bironius* ſumpſerat legationis ſocium, ſi gemini Galliæ forent Ledigerij, ſeſe alterutrum à rege ſibi petituram.

CAPUT VII.

Cur genuini non ſemper bene adminiſtrent.

SÆpius utique accidit, ut princeps intimos ſuos, ex numero plerunque ſubditorum genuinorum ad clavum reipublicæ adhibuerit non quod rerum gerendarum eſſent capaces, ſed quod plurimi fierent: ubi ſanè propenſio animi antevertit emolumentum reipublicæ, & ſubmittuntur quæ debebantur Maieſtati, ſenſis humanitatis & formæ præſtantiori, quæ animam ad obiecta gratiora violentiſſimmè rapit.

Hiſtoria nobis ſegetem exemplorum præbet, ubi principes ex effræni in intimos propenſione, nulla animadverſa menſura aut reſtrictione beneficiorum, in detrimentorum cæterorum ſubditorum, propriæ adeò potentiæ enormiter peccant. Teſtem laudamus Henricum III. qui plerunque de quodam ſuorum, Duce Eſpernonio, dicere ſolebat, adeò magnum eum fecero, ut, ubi voluero, eum deſtruere non queam. De ſolennitate etiam alterius, quem ſororium opt-verat, Ducem Joyæſum, eum renunciaretur, ærarium non ſufficere tantæ pompæ, quantam ille deſideraret: Conquirendum utique argentum; equidem ubi liberos (ſic vocitare amabat intimos) conſtabilivero, de neceſſitate popularium, & emolumento rerum propriarum curam ſuſcipiam.

Videas etiam frequentius, quamvis Principis mens nihil cogitet, quemadmodum ſanè non ſemper id cogitant, intimos imperitiores rerum ad clavum reipublicæ admovere, eos tamen eniti ſumma vi, quacunque demum imperitia laborent, ad timonem, ut rebus publicis motum concilient. Id verò audent, ſive arrogent ſibi præter conſcientiam plurimum ex vulgato errore, quaſi ſummus favor æque ac ſumma munia, ſoleat inſpirare albæ Gallinæ filiis merita, ſecundum menſuram potentiæ ſive ex alio ingenij humani errore, qui non moderatur deſideriis in curſu fortunæ vegrandioris, adeò paucos exhibet Mecænates & Mareſchalcos Rheg, quibus licuit favoris prudenter diſtribuere rivulos, ut nec invidiam apud æquales, nec æmulationem apud principem excitarent.

Deſiderium propriæ conſervationis prævalet, quod homini eſt a natura inſitum, & apud intimos ob Miniſterij ſplendorem incenditur, adeò ut non tantum cumulum & colophonem gratiarum, ſed & ſtabilitatem & longævitatem ſibi illic promittant: Quemadmodum turba miniſtrorum ad augendam & ſtabiliendam potentiam id impenſiſſimè agunt, ut in numerum intimorum adſciſcantur, mentemque Principis faciant ſuam, pro ratione adminiſtrationis.

Intimi inruentur favorem Principis, quo ipſorum perſonas dignatur tanquam rem nimis fragilem, & ad durationis ſpatia fluxam: hinc miniſtri non adeo innituntur ſuæ induſtriæ, & operæ neceſſariæ, quin norint, gratiâ principis evaneſcente, potentiam ſuam labaſcere ac corruere. Sic ubi favor à miniſterio ſeparatur, quacunque demum perſonam miniſtri & intimi exterius ſibi circumdent, quocunque vultu ſibi invicem occurrant, ſtruunt tamẽ mutuas inſidias, ut excutiant alter alterum ex gradu benevolentiæ qui æmulationi locum fecit. Niſi eo ſtent, talo eâ fortunæ gaudeant incolumitate, ut conſervatio intimorum pendeat à voluntate miniſtrorum; aut conſervatio miniſtrorum à voluntate intimorum, ut mutua invicem opera conſiſtant. Alioqui enim parum ſecuris licebit eſſe à decipulis & laqueis, undiquaque

ſuaque diſpoſitis. Neque tamen ſic conſtabit ſecuritas integra cum utriſque ſit vigilandum, quaſi per hoſtilicum procederent; tametſi ſuſpenſum gradum maximè diſſimulent.

Cardinalis Richelius omnium optimè intelligebat, adeòque callebat hanc ſacrarij ſcientiam, tanquam omnium profundiſſimam. Cum enim ad propenſionem regis ſuperioris non poſſet ſponte penetrare, & partem animæ teneriſſimam tentare, id ſaltem præſtitit, ut homines principi impenſiſſime dilectos vel ſuſtineret, vel removeret. Dicemus autem ex veritatis ſtudio, poſtquam cum admiratione indignaverimus ludibrium fortunæ, quod illa aliquando facit actionibus accuratiſſimè diſpoſitis, & ex ſtatera prudentiæ humanæ impensè trutinatis; eum ipſum, Cinemarſium, quem Cardinalis ad regem admoverat, tanquam clypeum imperiuum, & vallum ſolidiſſimum adverſus æmulorum quosvis apud principem conatus, Cardinali exitium procuraſſe, præcipitij declivia intuliſſe, unde miraculi alicuius ſpecies ſaluti fuit quæ per occaſionem dicta ſunto.

CAPVT VIII.

Princeps diſcernit inter miniſtros & intimos.

REdimus ad intimos, qui acie & virtutibus adeipublicæ adminiſtrationem neceſſarijs deſtituuntur; clavum tamen rerum gerendarum ambiunt. Si enim contingat, Principes pari facilitate & indulgentiâ, quâ Sol legitur in fabulis erga filium fuiſſe, cum aurigæ officium ſibi expeteret, illis favere, conſequetur utiquè, ut quemadmodum audaculus ille juvenis & ſcientia, & robore quæ ad currum paterni regendum requirebantur, deſtiturus, peruſſit, quæ ſuaviter erant illuminanda & calefacienda, intimi imperiti navem non gubernent ſapienter aut feliciter, poſtquam auſi ſunt clavum arripere, ſed

dinali, adeò ut nemo non crederet, Cincmarſium in locum Cardinali ſubiturum; aut ſaltem lippis & tonſoribus notum erat, quanto ſtudio ille contenderet. Hinc apud exteros motus animorum diverſi, ſecundum ſtudium e gahanc Coronam dextetum ſiniſtrumve. Hollandi tamen præ cæteris formidabant, unde princeps Aurai n regi per Stradam renunciare debuit in Ruſſiliano itinere. Si rerum ſumma ex manibus ſummi miniſtri tranſiret in arbitrium intimi, ſtatus ſibi proſpecturos, Cum enim non videret, quo pede ſtaret noſtra confæderatio meditabatur ſeparationem, ut ſecuritati litaret, ſuſceptis ijs conditionibus, quas prudentia minimè repudiandas ſuadebat.

Rex tamen eouſque non paſſus erat ſeſe præoccupari per propenſionem in ſummum ſtabularium, & perſonam illius gratiſſimam, quin ſatis aciem adverteret, quã tum rerum moles excederet vires illas: &. averſus licet à Cardinale nihil offuciæ turbabant, quin animadverteret nihil in eo deſiderari poſſe, ſive ob induſtriam, ſummis rebus parem, ſive ob fidem reipublicæ comprobatam. Reſpondit igitur Stradæ, Quicquid de Cardinale Richelio futurum eſſet, cu vita trahebatur tum deplorata fere, non tamen ſeſe eo imprudentiæ prolapſurum ut clavum reipublicæ juveni imperito committeret: & converſum ad Chavinium & Noyerium mandatarios, Si quid humanius Cardinali Richelio accidiſſet, ſeſe Cardinalis Maſarinij operâ uſurum, quem ſucceſſorem dignum judicaret.

CAPVT. IX.

Cur Maſarinius Cardinalis ſit adhibitus reipublicæ.

DEfinire porrò, ſi caſus itatuliſſet, Cardinale Richelio per morbũ Narbonenſẽ ſublato, an ſummus ſ[illegible] arbitriũ reipublicæ, ſicut regiarũ propenſionũ obti-

quêdcie intelligentiæ, qua per naturam pollebat, ad diſcernendas hominum dotes: quodſi non omnia effecta, quæ poterat, produceret, inſectandum id fuerit perverſæ ſollicitudini, quæ ſiniſtra educatione vim illam ſupprimebat; atque etiam libertati admodum reſtrictæ, ut per ſe nihil fere ageret. Hinc coorta diffidentia ſui ipſius, illis non ſane ingrata, qui ipſi perſuaſum volebant, ſua tantum cerebella conſiliis optimis abundare.

Quanti verò Cardinalem Mazarinium faceret; teſtatum habemus in promotione illius ad Miniſterium; adeoque geminatum per ſummam confidentiam, quam in eo collocabat univerſo illo tempore, quod in termortem Cardinalis Richelij, & ſuam intercurrit: quo non tantum gubernabat uti Supremus princeps & ſua ſponte, ſedetiam conabatur oſtentare independentiam quam apprehendiſſet ad reipublicæ adminiſtrationem, ſingulis ferè momentis proteſtatus, intactam ſeſe ſervaturum majeſtatem.

Satis memini, repertos tum, qui dicerent, confidentiam illam & tenerrimam dilectionem, quam Cardinali Maſarinio teſtaretur, procedere ex nimio obſequio, & manſuetudine ob antecefforis inſtitutum gratiore, maximè verò ob faſtidium grave, quod in negotio Tionvillani ipſi paulò ante morbum objecerat ultimum; adeo ut inde reſtitutionem Cardinalis metueret; ſalutem ſcilicet viri, quem credebat neque deſtruere, neque ulterius conſervare poſſe ſine magnis incommodis.

Quicunque vero recordabitur, eo intervallo, quod mortem Cardinalis & regis interceſſit; tantum honorem iſti Extero eſſe habitum, quantum nemo ſubditus genuinus unquam in hoc regno recepit, adeò ut Delphinum, filium nempe primogenitum ad ſacros fontes regenerationis, ipſi dederit prolium; per morbum lethalem perpetuò reginam rogaſſe, adeoque ei mandaſſe, minimè gentium pateretur illius ab aula & rebus agendis diſceſſum: ſponte adiuraſſe, & ſtipulatam exegiſſe fidem, de nunquam deſerendis liberis, ſi qua neceſſitas ingrueret, quod intelligeret, quantopere ſollicitudinibus & induſtria ipſius juventur;

Qui

ſionem, in qua mentes Gallorum, & curſus rerum noſtrarum volvebantur, ſi quis dubius hæreat.

Ut autem res ipſa ſubjiciatur oculis, ego verò nihil largiar benevolentiæ, aut cuicunque animi motui, unde ſermo meus aliquid ſuſpicionis poſſet contrahere, duas apponam conſiderationes, quas extendi & delineavi in primi libri locis nonnullis, ut manifeſtum fiat, me veritati unicè ſtudere. Demonſtrabo deinde, quomodo Deus generatim præparaverit, & determinaverit, in particulari genium iſtius Cardinalis, ut Galliæ inſerviret in ea ſtatione cui rex ſuperior eam admoverat, ut à regina affirmaretur.

Prima conſideratio ducetur à morte regis ſuperioris, cùm regnum ex una parte laboraret bello externo, quod ſæviſſimum & difficilius; quàm ullum omnium temporum extinguebatur. Ex altera parte inſtabat bellum civile quod eo atrocius, funeſtiusque fuiſſet, ex fervore externi & potentia aliena, ad audendum. Neque verò hoſtes proſtrati jacebant ex jacturis, quas poſtmodum ſuſceperunt, nec defatigati uti impræſentiarum, ex diutino belli curſu.

Quid verò ex ea rerum conſtitutione videbatur expectandum præter calamitatem aliquam vægrandem, niſi inventus fuiſſet qui tranquillitatis domi ſervandæ gnarus, media præbuiſſet, quibus maiorem vigorem exoticis, apud vicinos, qui ſedem belli ſuſtinebant, applicare licuiſſet. Niſi Deus regi ſuperiori ſuggeſſiſſet inſtinctu benigno, ut reginam obligaret, ad Cardinalem Maſarinium rebus agendis prorſus præficiendum, adeoque regina fiduciam poſuiſſet in illius prudentia, & ſtudio.

Diſceſſiſſet utique Cardinalis, quod conſtituerat, niſi regina eum attinuiſſet: nunquid verò licebit cogitare, præter faſtidia, quæ per alterius adminiſtratione ſuſceperat, & in tanto numero eorum, qui (quo iure, quave injuria, non lubet hic diſquirere) indigna paſſi fuerant; propinquos fuiſſe perſequendos, ad exitium & exterminium! Illud inſtitutum quantam ſeriem traxiſſet? quid non produxiſſet deſiderium fortunæ aſſerendæ in mentibus eorum, qui virtute, argento nume-

numerato & amicis abundabant ; munimenta præterea potiora & ful ra regni pulcherrima poſſidebant, ſi ad incitas eos redigere eſſemus conati, & detrahere manubias diuturnis & fidelibus officijs ; quæ regi & reipublicæ præſtiterant, procurante Cardinale, propinquo utique ſuo, partas? Tempora pacis fortè nullum hic forent paſſa tumultum, ſed per incendia belli externi, & occurſum inimicorum, quibus ſolitum, quælibet in ſuum convertere emolumentum, adeoque machinationes bellorum civilium acuunt mentem; plurimum profectò erat metuendum:

Dabitur itaque nobis, Cardinale Maſarinio virum magis idoneum nuſpiam facile inveniendum fuiſſe ; qui rancorem in animo reginæ ſponte adverſus propinquos ſuperioris Cardinalis pullulantem diverti ſſet, revulſis vindictæ ſtimulis, quos indignabundi ſubdiderant, cum ex eo numero etiam eſſent familiariſſimi debebat profectò id memoriæ anteceſſoris, qui amicitiæ & exiſtimationis magna ipſi reliquerat teſtimonia. Officium tamen particulare efflagitabat emolumentum reipublicæ ; quæ hanc methodum ex cauſis ſuperioribus exigebat : maximè vbi Cardinalis, dum in fortunis propinquos ſuperioris ſuſtentat, regi conſervavit miniſtros utiliſſimos ; & regno fideliſſimos ; quod experientia docuit ; & quotidie compertum dat.

Secundum eadem principia apud animum regis ſuperioris apprimè laboraverat, ne illi ſentire cogerentur imminutam gratiam Cardinalis paulò ante obitum.

Quod ſi erga ipſos indicium faceret, quaſi collata beneficia recepturus, Orbem terrarum inde arguiturum, ea non ex regia electione obtigiſſe, ſed ex motu alieno, cui judicium ſuum ſubjeciſſet, & voluntatem mancipaſſet. Addebat etiam, nunquam non malo exemplo fuiſſe, ſi virtus fruſtratam ſeſe doleat meritis ; unde peioris foret odoris in Cardinale Richelio, qui regnum tam longo rerum proſperarum curſu beaſſet, ſi ipſius propinqui, beneficijs utique non indigni, eam ſortem primi ſubirent.

CA-

CAPVT XI.

Cardinalis fovet concordiam domi, & fœdera apud ſocios.

ID verò per eam rerum tempeſtatem, ubi nihil poteſt eſſe exiguum, quod ad turbandam rempublicam faciat, magnum quid erat. Nihil tamen, ad ea Cardinalis officia, quæ poſtmodum contribuit ad conſervandam concordiam & unionem in familia regia, ex cujus diſſidio redundaſſent in rempublicam calamitates incredibilis ſenoris. In primò libro mentionem feci, cui hæc ſubjicio tantum, tres aut quatuor cauſas, ipſi ſatis particulares, & quæ in alia perſona non ſimul congruiſſent, effectum adeò ſalutarem præſtitiſſe.

Prima latet in multitudine mediorum, quibus ille abundat, ad ſuffocandas in primo germine & ad primum indicium, turbas, quas principes regiæ familiæ dare poſſent.

Altera patet in dignitate Cardinalitia, quæ reverentiam aliquam particularem imprimit, & obſequij ſpeciem apud filios Eccleſiæ erga principes illius laudatos.

Tertia ingeritur ex adminiſtratione, quam regi univerſam devoverat, ubi nulla labes ſeparati compendij apparebat, nihil ex beneficio aut ſpe in contrarium propendebat.

Quarta manifeſta eſt ex Reginæ inſtituto, quæ propter ſtudium adeò purum & defęcatum in *Maieſtatis* cauſam, cui & induſtria & peritia rerum accedebant, partem curarum publicarum deferre voluit.

Altera conſideratio, quæ propoſitionis meæ veritatem luculenter demonſtrat, ſumitur ex fiducia, quam fœderati in ipſius ſtudio & in ſincera mente ad promovendam cauſam communem collocabant. Si enim illa fiducia à morte regis ſuperioris concidiſſet, potuiſſemus eos perdere, uti alibi monuimus, & perinde ſoli obluctari

 tantis

tantis hoſtibus quorum illi vires partiebantur, & per Germaniam & per flandriam occupatas: quæ conjunctio ſanè nobis d ra commin bantur.

Iſta vero fiducia, qua m priori libro delineavimus, unde procedebat, quod Cardinali Maſ tinio, ut in mundo univerſo innoru t, animus Cardinalis Richelijpateret; unde vero fiebat ſimile, eadem ſenſa & axiomata inde traxiſſe: Quemadmodum autem teſtimonium iſtud non poterat negari præter juſti iam, in factione Religionariorum deprimenda, in oppreſſione fœderatorum avertendâ, in authoritate regia apud omnes omninò ſubditos aſſerendâ, ita nemo unquam mentem geſſ t veriùs Gallicanam, aut cuius fines generales ad emolumentum rei publicæ rectius congruerent; adeò cætera requireret continuatum cum fæderatis ſtadium, in quod cum ipſis, aut propter ipſos fueramus ingreſſi. Hinc ſibi perſuaſere illi, Cardinalem Maſarinium ab inſtituto non receſſurum, poſtquam Richelium nulla neceſſitudine contingeret; qui perinde ex ſolo æſtimio virtutis, regem moriens rogaverit, ut ſibi ſubſtitueretur, certus utique de veſtigijs, quæ obſervationem pactorum, & ſuſtentationem fæderum Coronæ huic debent.

Nemo denique ignorabat, non poſſe ipſum ullo modo ad Auſtriacos conijcere oculos, qui tam impensè exitium ipſius quaeſierant, unde neceſſum foret, ipſum connixè in emolumentum Galliae, & eorum, quos illa faederibus eſſet complexa, contueri, dum Auſtriaci bellum facerent.

Hec tamen adduco non tanquam argumentum eſſentiale fiduciae quam in illius inſtituto ponere licebat cum certum ſit nec dubitabunt qui unquam animum illius introſpexerunt, cum per principia nobiliora ageret, ſed tanquam diſcurſum, qui pervaſit ipſorum mentes & lineas duxit, quod mihi licuit addiſcere, ex aliquo Miniſtro, quem inter cordatiores habent.

Tandem igitur, cum animadverterent, nihil immutatum à morte ſuperioris Cardinalis, ad obitum uſque regis, nihil feſelliſſe axioma illud *h*onoris quod exigit articulatam obſervationem faederum; ipſumque adeò conſtan-

conſtanter reſtituiſſe ijs, quibus non eadem erat religio, quod priori in libro deſignavimus, etiam fuſius explanabo in ſecunda parte iſtius operis; Hinc ab exordio adminiſtrationis maiorem in animis fœderatorum invenimus diſpoſitionem, qua bonam noſtram fidem cuius experimenta per progreſſus rerum maiora quam ſpectabant habuere, crederent.

CAPVT. XII.

Cardinalis negotiatur in bello Mantuano Maximè ad Caſalam.

Reliquum eſt, ut videamus, quâ tramite Cardinalis in eum, ubi conſiſtit, pervaſerit gradum; quibus negotijs, fuerit adhibitus unde tanquam ex ſcaturigine, pro manarum officia reipublicæ reddita, adeoque beneficia, quæ rex ſuperior; poſtquam in partem curarum publicarum ipſum admiſit contulerat.

Innutritus fuit literis humanioribus & ſcientijs liberalibus uſque ad eam ætatem quæ mortalibus liberum permittit vitæ inſtitutum: ubi ille armorum deligit uſum. Vix autem animum applicuerat, cùm melior genius ipſum revocat, ne eximias dotes, quibus ad negotiandum præſtabat contumularet, poſtquam per occaſiones emergentes ſpecimina non contemnenda dediſſet. Ad res agendas igitur vocatur ab Vrbano VIII. pontifice maximo, qui plurimi eum ſemper fecit, cuius etiam amorem perpetuum promeruiſſet, niſi ex nepotibus aliquis curſum propenſi animi interrupiſſet, ne Hiſpanos, qui iſtum ex cauſis per ſeriem, iſtam manifeſtis odio proſequebantur quod metuebat, offenderet.

Negotiationem primam adijt anno ætatis viceſimo primo, ubi Mareſchalcus Eſtræus, & Dux Ferianus tyrocinium induſtriæ animadverterunt, ad primos Hiſpanorum per Vallem Telinam tumultus. Quemadmodum verò occaſiones, quas bellum præbet, melius inſtru-

unt pro diverſitate martialia ingenia, ita poſſumus aſſeverare, nullum bellum inveniri, quod graviores produxerit inſtructiones, aut quæ generalius poſſent erudire animum in rebus agendis, quam illud, quod Cardinalem Maſarinium habuit exercitum, antequam Galliæ inſervire conſtituerit.

Occaſione illæ patebant in turbis Italiæ, quas Hiſpani adverſus poſtremum Mantuæ Ducem ſuſcitaverant poſt obitum Vincentis anteceſſoris. Dux Sabaudiæ ſibi promiſerat partem ſpolij, unde litem fecit ſuam communem. ubi ſocietas maximè nitebatur occupationibus regis, qui *R*upellam ſumpſerat domandam, & exiguis Nivernij facultatibus, ad conſervandam novam ſucceſſionem, per alienam provinciam, adeo ut ſubditis etiam eſſet incognitus, nullum diſpiceret vicinum, qui ſatis valida præſtaret auxilia, aut qui præter officia humanitatis auderet profiteri amicitiam.

Pax Suſana, quæ coijt, poſtquam Rex perrupiſſet clauſtra, non tàm extinxit bellum, quàm inflammavit, ibi ignominia, quam Hiſpani & Dux Sabaudiæ ibi videbantur ſuſcepiſſe, hic quidem, quod arma intuliſſemus in ipſius provinciam, illi verò ob Caſalæ obſidionem ſolutam induxit eos, ut Imperatorem in partes pertraherent: qui in Italiam florem copiarum miſit, tum ut debiles illos firmaret, tum utjus perverſum pingeret. Quæ tamen univerſa conſtitutionem Ducis Mantuani eò reddidère celebriotem in Galliæ gloriam, quòd armis quæſita & obtenta fuerit.

Cardinalis Maſarinius omnium potentiſſimum & efficaciſſimum erat medium, quo Deus uti voluit, ad illud negotium conficiendum. Vbi Lector notabit, tanta induſtria, tanto ſucceſſu proceſſum, ut quo momento Pontificis maximi perageret inſtitutum, eodem ſibi ipſi ſatisfaceret in propenſione animi, quam Galliæ emolumentis deſtinaverat. Neque enim officium ſuum hic poterat facere, niſi ſimul animo ſatisfeciſſet, aut turbis Italiæ finem inveniſſet, niſi Galliæ bene cupiviſſet, cujus arma eodem genio movebantur, eundem ſcopum ſumpſerant cum Sede Apoſtolica.

Sic

Sic ſanè per alteram Caſalæ obſidionem, ubi ſalus iſtius loci, adeoque univerſi qui reſtabat, agri Monferatenſis, compacta erat in Citadellam nondum captam, quæ manus Hiſpanorum recidebat, niſi Cardinalis inducias cum ipſis conciliaſſet, quarum beneficio annona, pecuniæ & ſupplementa neceſſaria ſunt invecta, ut uſque ad terminum induciarum ſubſiſterent, quo definiebatur, niſi conſtituto tempore Citadella liberaretur à Gallis, id quod Hiſpanis videbatur impoſſibile, dederetur.

Etiam iſti incommodo providerat, miſſis ad Thoiraſium Ratisbonam uſque pactis, quæ ipſum diſpenſabant ab obſervatione eorum, quæ duces noſtri ſummi conſtituerant, ſi fortè repulſarentur in futuro impetu, à ſuperandis Hiſpanorum foſſis, & à ſuppetijs Citadellæ transmittendis. Non opus quidem fuit illo compendio, cum hoſtis præter opinionem ſeſe præberet facilem, & officia valida, adeòque ferventia, quæ Cardinalis reddebat id egere, ne impetus Gallorum ultimus, quem furorem vulgò vocant, expectaretur, poſtquam duces noſtri conſtituiſſent, aut perire, aut vincere, locumque aſſerere.

Longe tamen facilius periiſſent noſtrates, quam viciſſent, maximè ubi iſtud videbatur facultatem omnem excedere, aut ſaltem miraculi vicem trahere, ſi Hiſpani inſtituto, quod credebantur ſumpſiſſe, inhæſiſſent ut nempè nos opportunè exciperent, ex vallo ſcilicet perfecto, & magno numero tormentorum coronato; unde ſpargerentur ignes artificioſi, accederet exercitus noſtrate validior, quem præter Itales & Hiſpanos, quibus conſtabat, etiam copiæ Imperiales plurimæ inflabant, in Italiam nuper deſcendentes, faſtuoſæ & feroces poſt tantam victoriarum ſeriem. Erant illis refugia propinqua & tuta inſuper, cùm duodecimo lapide à *Mediolanenſi* diſtarent agro, præter loca & copias per Monferatenſem ſparſa.

Rebus ſic ex parte Hiſpanorum ad exilem metum, plurimam autem ſpem proclivibus, videbantur acturi nobiſcum, qui omnibus numeris inferiores ſubire cogebamur fulmina iſta tormentorum, grandinem ſclopetariorum ſuſtinere, & ignium miſſilium nubem perferre, ante-

quam ad foſſas accederemus: nullum refugium, ſi quid ſecius tuliſſet ſors armorum, nouseram s, nullam annonam, qua miles viveret, multò minus præſidium recrearetur, ad vexeramus.

Quid verò ex militiæ axiomatibus agerent, niſi ut inſtitutum perſequerentur, quod omnino fiebat, niſi interceſſiſſet Cardinalis, medius inter duos exercitus, qui ſtabant non tantum in procinctu, ſed etiam manus penè conſerebant: dum tormenta & ſclopeta ex parte Hiſpanorum contonarent, & tyrones procederent, ad foſſas attenti! Niſi enim Cardinalis cum interceſſiſſet, & animo prorſus intrepido, per media pericula, globis caput circumvolantibus, liberè verſatus fuiſſet, impetum ſanè armorum noſtrorum primum non coercuiſſet, poſtquam Marchionem Sanctæ Crucis diſpoſuerat, ad pacta noſtra comprobanda.

Hic licet animadvertere, ſi Hiſpani conſtituiſſent ex valla recedere, ut exercitus noſter Caſalam pacatè & ſine obſtaculo perveniſſent, qui annonam, quantum vix ſufficeret, attulerat, eundem obſeſſis nihil ſecuritatis, quin imo plurimum incommodi conciliaturum fuiſſe, adeo ut ſubſidiis vitæ cum pulviſculo abſumtis, properè receſſiſſet in ſtationes ſcilicet priores unde deditio ad leges honeſtas ſequeretur.

Facil igitur iudica elicet cum Hiſpani id non ſecuti ſint inſtitutum, ne vituperium ferrent deſertæ obſidionis ad primum nuntium noſtri pro ictus, quod ſuperiori anno ad eundem locum evenerat, quamprimum nos pedem in Pedemontium intulimus; quanta eloquentiæ via gendum fuerit Cardinali Maſarinio, ut eos a pugnandi ſtudio retraheret, quam vivis rationibus & verbis obducenda fuerit ipſorum ratiocinatio, ne tantum victo ia bonum ex oculis amitterent, cum apparenter videretur ſecutura illud inſtitutum.

Notandum inſuper, pacem illam, quam in medio duorum exercituum, ad pugnandum trepidantium conciliavit, executioni datam, an equam obſignaretur, ex ſola fide verbali ſummorum ducum, qui ad dimicandum expediti, vix habuere tempus mutuæ ſalutationis, adeo ut uno

ut uno momento fervorem dimicandi, quem in campum protulerant, cædibus intentiſſimi, commutarint in civilitatis officia reciproca, in mutuos amplexus collapſi. Vnicũ ſanè momentum, quod obſignandis pactis ſumi potuiſſet, in procinctu omnia perdidiſſet, quemadmodum pauculi gradus ſufficiebant ad irritundum conflictum, quem mediator non valuiſſet inhibere ceptum, de propria ſalute ſolicitus. Dandum omninò eſt, iſtud exemplum non habere ſecundum, neque primum, percurrenti ſam hiſtoriam priſci temporis, & noſtræ memoriæ cum nefando quidem tale quid recenſeatur, aut apud mortales auditu ſit perceptum.

CAPVT XIII.

Cardinalis monet Gallos, impetrat Pinierolam, & patitur ob id ſtudium.

OFficium utique, quod Cardinalis Galliæ reddidit ad Caſalam non perfectiſſimè medebatur noſtris incommodis, de quibus nobis ſermo eſt inſtitutus, niſi & alterum officium addidiſſet, quod conſolidaret effectum prioris. Admonebat noſtrum exercitum, qui more Gallicano, id eſt negligenter regrediebatur, de hoſtium inſtituto, qui eum ſine ullo dubio invaſiſſent, niſi cautio valuiſſet ad diſciplinam & ordinem ſervandos, unde illis periit deſiderium periculi faciundi.

Secundum Caſalæ diſſidium nihil ferè per Italiam agitatum, præter negotiationes & tricas, uſque ad pacta Quaraſciana, ubi mandatarij imperatoris, quod irruptio Sueci turbaret Germaniam, Hiſpanos coegere ad pacem ſumendam, per inopiam belli adverſus Gallos cõtinuandi, nullibi diſtractos.

In eo exercitio negationum & tricarum, cui Cardinalis Maſarinius intercedebat, tanquam amicus communis facilè judicatu fuerit, quantam notitiam rerum, quibus principes complures ob compendia ſua admiſcebantur acquiſiverit. Et præ cæteris patet commercium arctiſſi-

nium, cum Carolo Emanuele, Duce Sabaudiæ, & Victore Amedæo filio ſuſceptum, quo partem ampliſſimam confidentiæ & amicitiæ obtinuit. Neque enim duntaxat penetralia eſt ſcrutatus, inſpecto fundo adminiſtrationis, ſed & illorum opera vidit ſacraria cæterorum principum, quibuscum illis fuerat agendum: eximebantur autem pauci per Orbem Chriſtianum, quos non attingerent.

Hinc medium eſt adeptus, Victoris animum â morte Caroli parentis, verſandi, ut nobis Pinierolam relinqueret. Quantum momentum hic locus ad res Italiæ attulerit, quantumque illa nobis debeat, poſtquam feneſtram pretio coemimus, qua cuicunque ipſius neceſſitati ſuppetias mittimus, colligi poteſt ex immenſo gaudio, quod omnes omnino principes provinciæ inde concipiebant, adeoque intenſo deſiderio, ut eadem feneſtra in noſtra maneat poteſtate.

Si delineatio, quam Cardinalis *Maſarinius* in eum finem inſtituit, exhilarabat, executio tamen miris laborabat difficultatibus adeò ut Cardinalis Richelius rem intellectam iudicaverit impoſſibilem. Neque enim poterat ſibi perſuadere, principem adeò cordatum & rei gnarum, qualis omnino Dux Sabaudiæ habebatur, ſponte dimiſſurum, quod & Galliæ, & Hiſpaniæ & ipſi Italiæ eum reddebat venerandum: neque etiam credebat, taciturnitatem, ſine qua univerſum negotium infallibiliter corrueret, adeò ſinceram fore, quin Hiſpaniæ legatus, qui Turini tum morabatur, penetraret. Cardinalis tamẽ Maſarinius utramque difficultatem feliciter vicit: illam perſuaſionibus quibus ex authoritate permiſſa, apud animum Victoris omnia explanabat; iſtam, aſſiduitate & ſollicitudine, quam legato Hiſpaniæ exhibebat, dum eum jucunde & diu compoſito vultu ac de ambulationib⁹ divertit ut neque otium neque mentem haberet advertendi, quæ Thoitaſius & Servientus, regis utique miniſtri, cum Duce Sabaudiæ tranſigere poſſent.

Officia hæc, quæ Cardinalis Maſarinius reddidit Galliæ, dum Pontificis maximi audiret miniſter, aut illius nomine ageret, fundamentum jecerunt illis beneficiis,

quæ

quæ poſtmodum invenit: fundamentum tamen & favoris, quo Hiſpani ipſi Romæ obſtitêre Id enim auſi ſunt, Poſtquam fruſtra in ſuas partes eum traducere tentavere, ut apud animum Imperatoris locum teneret, in quem poſtea Trautmans dorſius ſubivit. Quod plurimi facerent ipſius perſonam, poſtquam ex proprio damno didiciſſent ingenij vim inſtituere cõſilio uti Mecænatis-quod Auguſto de Agrippa ſuggeſſit, cuius virtus urebat ad ærumnationem: *Conſtitue* inquit, *aut eum perdere, aut generum habere.* Sic Hiſpani, ubi Cardinalem *Maſarinium* non poſſunt facere ſuum, ex punxeruntad ſummum põtificem, privatum ijs beneficiis, quæ legitime ſuis expectabat meritis Hinc rex ſuperior eum ſibi adſcivit, coercitis impedimentis, quæ malevoli, Abbas Perretti inprimis, qui nunc dicitur Cardinalis *Montalti*, promotioni obiiciebant ex promotione iſtius Abbatis, quem miniſtri Hiſpaniæ fervente fulciebant.

Honor iſte in ſeipſo grandis, & manu magni principis ob latus, plurimum illum movebat, uti decet Audivi tamen id temporis ex ore ipſius, non adeo vehementer ſic fuiſſe demulſum, uti ex delato munere Plenipotentiarii ad pacem generalem, quod eo concrederentur Coronæ emolumenta & fæderatorum,

Nefas duxerim caſum aliquem reticuiſſe, qui evenit, poſtquam Hiſpani Romæ obtinuiſſent, ut ne ratio haberetur Cardinalis *Maſarin*'j Tuus enim Dux Sabaudiæ qui locum in aula cum quibus cunque honoribus & commodis obtulit, qui Romam excurrere ſatagebat, ſi uſus foret, ut eam dignitatem, qua per Hiſpanos eousque ille carebat, adipiſceretur: nihil tamen opus fuit eo itinere, cum Gallia ipſi adimeret ſollcitudinem tam officioſam & Cardinalis æſtimio illuſtrando congruam, uti recenſuimus.

CAPVT XIV.

Quanta judicia facta ſint de Cardinale.

Sic igitur evaſit Cardinalis noſter Maſa inius, & dicitur Plenipotentiarius, ſive ampliſſimus legatus; unde ſcaturigo noſtrarum rerum ipſi penitiſſimè patuit, adeò ut per inſtructionem, quam ad negationem pacis ſolus cum Cardinale Richelio, & per intimam communicationem politices, concionavit, nuda viderit adminiſtrationis abſtruſiſſima in mente ſummi illius miniſtri.

Deinceps duas tranſactiones pergit illuſtres, ut ad partes Galliæ reduceret principes Sabaudiæ, qui diſceſſerant ad Hiſpanos. Prior conficitur, & obſignatur, ſed ex parte illorum nihil ſervatur, per occaſionem tumultus, in finibus Champaniæ coorti, quem tamen compoſuit mortis principis (Comitis Suſſani) cujus egregijs dotibus fortuna alium vitæ finem debebat, aliudve genus belli, quam quo perijt. Poſterior redintegravit concordiam inter Principes faſtidioſos & caput familiæ adeoque galliam; unde fluxerunt tot loca per Pedemontanum agrum & Monferratenſem, quæ Hiſpani, in magnam meſſem maturā, ex manibus dedentium collegerant, in poteſtatem noſtrā reverſa per correptionem & vim apertam.

Poſtquam rediit ex Pedemontio comitem ſeſe præbuit Cardinali Richelio in famoſo, illo itinere, ubi fortunam alteram idit demergi in more m certiſſimam, alter fœdus inopinatum extra regnum col ſle intellexit. In hoc tamen itinere Cardinalis Maſarinus in poteſtatem regis reducere potuit per induſtriam Sedanum, Champaniæ flagellum, quod ſæpiculè præbuerat communicationes reciprocæ ſeriem exteris hoſtibus Galliæ, & faſtidioſis Gallis.

Quo tempore verò occupabatur in reducendo Sedano, regia arma obſidione premebant Tortonam, cujus inſtituti rationem rex ſuo debebat cerebro, unde & omnem apparatum executioni applicuerat. Quibus notus eſt ſitus agri Mediolanenſis, ſponte intelligent ſeriem iſtius victoriæ, cum fructibus percipiendis, niſi rigida an-

ni tempeſtas, quæ continuo ingruit, & violentia elementorum extrema, diræque cauſæ adverſæ, quod priori libro monui, nobis invidiſſent loci conſervationem.

Quæ univerſa Cardinalis ſuperioris curriculum agnoſcunt, cujus gloriæ ſors una hunc colophonem addere voluit, ut Tortona quarto ante obitum ipſius diei caperetur, adeò ut renunciaretur ad aulam, quando jam expiravit Cardinalis Maſarinius etiam conſtante illius vita, lemma jecerat illius familiaritatis, quam Princeps Monaconis poſtmodum cum Gallia inſtituit, ubi id notatu dignum occurrit, nos ſemper ex damno Hiſpaniæ lucrum feciſſe, adeò ut ipſius exuvijs amicimur, adgeminatum compendium.

Per hoc igitur veſtibulum ingreſſus eſt Cardinalis Maſarinius ad conditionem genuinorum Gallorum, judicabit etiam benevolus Lector, an ullus unquam Exter per portam celebriorem introiverit. Officia ſcilicet reipublicæ reddita, & perinde induſtriam plurimorum capacem, quo gemino fundamento docuimus legitimam Naturalitatem niti & firmari, quæ in perſonâ ipſius concurrerunt.

Addo equidem, ſi ſenſa artificum peritiſſimorum, juxta Ariſtotelis doctrinam, ſenſa minus peritorum debent dirigere, certè judicia illuſtria Pontificis maximi, Urbani VIII. Caroli Emanuelis, & Victoris Amedei, Ducum Sabaudiæ, Ludovici XIII. & Cardinalis Richelij, adeoque ipſiſſimorum Hiſpanorum, poſſent patrocinari Cardinali cujus cauſam ſuſcepti agendam, ut vel incognitus apud ignaros eſtimetur: niſi forſan adminiſtratio complurium annorum, & tam vaſta occupatio, reſque diffuſæ, quibus ipſum vacare neceſſum erat, retuderint aciem induxerint ineptitudinem, admiſerint imperitiam, adeoque in ipſo contrarium præſtiterit effectum, quicquid illuſtriora mortalium ingenia fingit, polit, abſolvit & perficit.

Forſitan ſtudium illud fervidum & cordatum, quod erga Galliam, antequam adoptaretur in civitatem, exeruit, contempſerit mutatum, poſtquam inſititius eſt Gallus, ut illud ad partes Hiſpaniæ, quæ ipſum Romæ everterat, tranſtulerit, noceretque iſti regno, in quo invenit honores & opes, quibus nulli ferè termini, quam

quos

quos ipſe ſtatuere voluit. Maluerit fortè ſe ipſum deſerere, & facere, ut ita dicam, naufragium generale honorum, conſcientiæ & cæterorum bonorum; quorum omnium jacturam enormis proditio trahit, in detrimentum principis benigni, quam hoſtibus inſervire, a quibus omne malum tulerit, nihil optarit, quin longe foret inferius, tametſi ne dubitaret quidem de permutatione beneficiorum. Iudicet Lector, quid vero appareat ſimile.

Ab inſtituto alterum non credidi ſibuc ſubiungerem ſermonem iſtum cuius finis principalis erat, ut Belgæ & Galli cernerent, Hiſpanos non Gallos cluſiſſe concluſionem pacis ne perrimè agitatam quantumcunque alloborarint ut Orbi terrarum diverſum perſuaderent. Quamvis autem ſententiato tius ſermonis duntaxat aliqua occurrant, cum integrum ſecunda parti iſtius operis repoſuerim aut impensè fallor, aut hinc patebit modo acies mentis advertatur ſincera, & animus liber, deſtructum iri aut ſaltem plurimum debilitatum fidem eorum, quibus diverſa obrepſerat opinio. Nihil addam hic unum rogitans Lectorem, ut examē exigui iſtius ſermonis inſtituat liberum & ſincerum, ſine quo incognita vera non ſoent aperiri indagatoribus.

CAPVT XV.

Admonitio ad Belgas, de pactis Hiſpanorum cum Ducißa Longavillana & Mareſchalco Turenio.

VIRI BENEVOLI,

NOvi, nihil adeò demulſiſſe veſtras ærumnas hactenus, ac ſpem de pace proximâ ſemper factam. Ubi effecta deſtituere eandem, perſuaſum vobis volebant, Hiſpani ex Galliæ culpa cæleſte hoc donum terris negari, quaſi Hiſpania nulli operæ parcat ad exiccandas ſcaturigines bellorum, quibus Orbis Chriſtianus vaſtatur: Bellum generatim ſumptum, res adeo funeſta, ut qui eo corripiuntur, per quævis jura obligentur ad illud terminan-

minandum, quantocyus poſſunt, licet modo perquam humano, & legibus moderatiſſimis, quæ vulgò nuncupantur *leges boni belli.* Quanto magis augetur iſtud officium in bellis, quæ omnem licentiæ feneſtram aperiunt, & omnibus criminibus curriculum præſtant, quemadmodum hoc ſeculo fieri ſolet?

Hinc bellorum amiciſſimi, ſummum pacis ſimulant ſtudium, plurimum artis & coloris adhibent, ut hanc fidem mundo perſuadeant. Tales ſeſe hactenus proſtituere Hiſpani, quod compertum habetis, neque deſinent eandem re integrare fabulam, contagione erroris longè lateque ſerpente, ſi commodum videatur.

Arbitrabar igitur, me de publico non parum mereri, & particulariter de vobis; quibus maximè ſic conſuleretur, ſi & meam operam conferrem adſolvendum illud faſcinum; cum inde præcludatur facultas cogendæ ad pacem Hiſpaniæ, quæ putatur bellum ducere magis ex neceſſitate, quam exarbitrio.

Pacta illorum cum Duciſſa Longavillanâ & Mareſchalco Turænio adeò ſolidè comprobant meam ſententiam, ut neſciam, an ſecundum ea poſſit inveniri mortalium quiſpiam, qui eouſque execretur veritatem, aut ipſis ſtudeat, vt dubius hærere queat. Redintegrare inſtitutum belli, poſt demonſtrationem de pace deſiderata factam, & locum tranſactioni ſumptum; idque eo prætextu, quaſi libertas principum in Gallia attentorum, & ſecundum Pinierandæ ſuggeſtionem, quaſi regnum hoc in bellum civile eouſque rueret, ut nihil potentiæ ipſi ad externum gerendum ſupereſſe poſſit; id verò eſt abhorrere à pace penitiſſimè, aut illam deſiderare remotiſſimam.

Ut iſta certius conſtent, & antequam pacta illa excutiam, non incepte vobis demonſtravero generatim, delineavero que characterem ingenij Hiſpanici de iis, quæ pacem bellumve concernunt.

☞ Id ante omnia notabitis, eos, ſi quem prætextum habeant belli ſumendi aut ducendi, nihil eos ab incendio ſive faciendo, ſive promovendo abſterrerit, modo inſigne aliquod emolumentum ſibi inde promittere queant.

Nul-

Nullum iniquius bellum à longo tempore per Orbem Chriſtianum viguit, quam quod fecêre ipſi & per Imperatorem Duci Mantuæ poſtremo. Neque tamen juſtitia cauſæ, quam princeps tutabatur, aut officia Madriti & Viennæ ex parte Galliæ & Romæ in ipſius gratiam præſtita, tempeſtatem potuêre diſturbare quin in provinciam incumberet, propter fiduciam, quam Gonſalia Cordubanus in Hiſpania fecerat, Caſalæ penitus ſubigendæ, via per vim inſtituta licet colluſio cum Vigilium præfecto vrbano evaneſceret.

Antequam Marchio Legan ſius oppidum obſideret, tantam propenſionem & progreſſum oſtentabat Senatus Hiſpaniæ ad pacem, ut ex illis propenſionibus & progreſſibus omnino videretur conſecutura. Certitudo nihilominus Caſalæ ſubigendæ, quam ille promittebat, in ſummum omnia diſcuſſit, dæmone belli eorum mentes corripiente, qui ſolo pacis ſpiritu duci videbantur.

Quid vero comitem Pinteranda reddidit tam obſtinatum, adverſus officia Nuntij Apoſtolici & legati Veneti, quin pax inter duas Coronas ſuccederet tranſactioni Hollandicæ & imperiali, niſi meſſis, quam Hiſpanus facturus ſibi videbatur ex turbis Gallicanis. Id verò anno ſuperioreſatis explicitè dixit ad eum, quem rex miſerat ut ſciret, an ſtare cogitaret c n ditionibus pacis Monaſterienſis, vellet que eas vel imminutas vel auctas.

Reſpondit, rebus, Galliæ mutatis, negotiationem pacis neceſſario mutandam. Quæ in Germania fuiſſent tranſacta, videri quaſi nunquam facta, legendum ad negotia ionem novam avum locum, ut diſceptata & concluſa denuò ſubiudicem revocentur. Evenere iſtæc Cameraci, & meminiſſe poteſtatis tumultuum, quos apud vos excitavit, ubi res patuit.

Hinc ſanè apparebat, Comitem illum nemicam quidem pacis habuiſſe, qui vellet ea, quæ in Germania tot annis, & acerrimis animorum diſputationibus fuerant concluſa, jam nulla haberi ut novum ſtadium aperiretur, hoc penè confecto, in quo tam vehementer fuerat deſudatum, nempè ut perpetui proderet belli ſtudium, aut ſaltem non adeò citò finiendi, quo Orbis Chri-

ſtianus

ſtianus onere diuturniore premeretur, ex ſol hiſpanorum pertinaciâ.

Cum poſtmodum incendium veſanum, quod Galliam corripuerat, extingueretur, & Galli, undiquaque concederent ad Hiſpanorum vota, modò pacis negotiatio redintegraretur, conſtituerentque in finibus, Hiſpaniæ, quod petebatur, rem aggredi? caſus Galliæ inopinatus, captivitas ſcilicet principum, diſſipavit formoſum illud figmentum, adeo ut per novam proſperitatis ſpem in Hiſpania ſuſcitatam, turbine obrepta ſit navis, & alto reddita, quæ excenſioni videbatur vicina.

Ex hoc inſtituto, quod conſtans & invariatum in animis Hiſpanorum apparet, hanc infallibilem licet ducere ſeriem, id quod per occaſionem dictum eſto Cum nunquam non ad bellum gerendum inducantur ex rebus adeô incertis, quales in tumultibus Gallorum collocant, eodem penè momento & concitatis & conſopitis licet credere eos nullo unquam cogitatu pacem optaſſe, dum bellum per Germaniam ferveret, maximè vbi animadvertere unico prælio quod imperator adverſus Suecos habuit proſperum univerſam Germaniam ſubjugari unde integrum habuiſſet Hiſpanos àjacturis & damnis quibuſcunque vindicare.

Meminerant quantum mutationis prelium Nordelinganum partibus fæderatorum invexerit, qui prius rerum prævaluerant; apparebat etiam Gallia in eo minimè ſitu quo fuerat, quæ altera vice res collapſas reſtaurare poſſet.

Hinc omnia ſunt auſij ut pacem Imperij diſturbarent, cum inde ſubrueretur ſolidiſſimum fundamentum rerum redintegrandarum: Nihil intentatum reliquêre ut inducias Ulmenſes in ipſo ortu ſuffocarent pacis utrique proœmium Cum autem apud Bavaros nihil poſſent Imperatorem abſtinuêre, ut theatrum vel ex illa parte relinqueretur Bellonæ liberum poſtquam apud Bavaros & aliquot principes fœderatos aliquamdiu clauderetur.

Quid igitur intentatum reliquerunt à cõſtitutis illis inducijs

petâ cum Ducissa Longavillana & Marſchalco Turænio pacta.

Eousque induſtriè induxerant fucum ſuo inſtituto, per demonſtrationes contrarias pulvere inſenſibili oculis mortalium objecto, ne pateret, ut oculatiſſimorum penè fugerit aciem.

Conventum denique de loco & mediatoribus ad pacem quærendam commodis Monaſterium, & Nuntius Apoſtolicus cùm legato Veneto placent, mittuntur fiduciarij cùm mandatis ampliſſimis, ad eam firmandam. Producuntur litium ac errimarum materiæ, conficiuntur pleræque ex quinquaginta quatuor capitibus determinantur quadraginta octo, affulget ſpes deſideratæ pacis in cujus gratiam eouſque erat progreſſum.

Verùm enimverò his ipſis pactis, quæ recenſemus, perſonam penitiſſimè exuerunt: ſic pacem prorſus exterminarunt, & anathemate extorrem extra mortalium conſortium agere. Quid enim ſibi aliud quęrunt ſpontaneâ illa neceſſitate, belli eouſque ducendi, donec Principibus in Gallia attentis redderetur libertas? Nemo enim non videt in eo verſari Galliæ ſalutem, ſi rex omni ſuo jure expolietur: Id quod dictu facilius eſt, quam factu.

Poſſet ille reddere quædam occupata; ſive urbes ſive provincias, ex conſideratione aliqua potentiore, præ urbibus & provinciis illis. Sed ut ferat, Principes coercitos ex aliena manu libertatem recuperare, & tantam gratiam alienis debere nulla unquam ratio impetrabit ad ſenſum, quouſque repugnare licebit; nulla unquam extrema negliget; antequam ad has redigatur incitas, cum ſecundum omnem omninò conatum hunc delabi liceat.

Non auguror de futuris, nec ſcio ſenſa iſtorum Principum, regi veſtro debuerint libertatem; novi tamen optimè ſemper ex parte Gallorum juſtam fore metuendi cauſam; ſivè ex opprobrio præterito, ſive ex beneficio redenti, ne vinculum aliquod inter iſtos principes & ipſum Galliæ fatale nectatur. Perinde cernitis, quantum

obſtaculum, Hiſpani objecerint his pactis, & quantam telam ſumſerint pertexendam ante pacis definitionem.

Præterea Duciſſæ Longavillanæ & Mareſchalci Turennii promiſſa de bello ducendo, donec Gallia cogatur ad pacem cum Hiſpania æquam, vt nempe omnia reſtituantur ſecundum tempora, quæ proximè bellum præceſſère, ſatis oſtendunt ex longiſſima, quam opus fuerit conficere via, & ex tramite, qui impeditiſſimus fuerit antè ſuperandus, pacta illa potius eſſe conſpirationem ad bellum immortale, quam ſocietatem ad pacem promovendam, paciſque hactenus tam validè impeditæ obſtacula perrumpenda.

Nunquid aliunde percipitis, quo novo ſtimulo hæc pacta Gallos concitaverint, qui patriæ minimè oſores repugnabunt illis Gallis, pacem procurantibus, dum bellum externum, quod fit, firmatur, & civile in viſceribus ſuſcitatur: qui patriam volunt beare, & ſecuritate honoreque cumulare (per pacem æquam, ſecuram & honeſtam, vt in verba pactorum ſonant) dum limitem hoſtibus ad vindictam inflatis, ſecundum tot opprobria & damna ſuſcepta, aperiunt, ipſis immolant, qui inter cæteros belli finis, ſucceſſus proſperiores, & fructum prodigè effuſi ſanguinis, ærarijque à tot annis exhauſti.

Et vt verborum faciam compendium, Gallia quæritur diluvio ærumnarum, quas bellum civile trahit, ſubmergenda, vt eadem opera principia & organa virium vtræque deſtruantur. Id demum foret ſanitatem & ſucculentiam corpori Valetudinario & exangui reddere per vulnera iterata, & alimenta toxica ſic ſcilicet munimentum aſſeritur, propugnaculis hoſti traditis, præſidio in tumultum & mutuam cædem concitato.

Progredior vlterius, vt vobis oſtendam, Viri, *Principes* coercitos revera non habere hoſtes graviores, aut qui longius recedant a fine, quem illi ſibi propoſuère, quam qui armati quærunt illorum libertatem, vti modo demonſtravimus: vnde omnino futurum eſt, vt ad paucorum numerum redacti factione imminutà, alijs

priva-

privatorum emolumentorum rationem, & prætextum permittant. Sic tandem turbæ, in regno excitatæ, neque grandes, neque diuturnæ, & compendia, quæ ſibi promiſerant Hiſpani, aut perſuaderi patiebantur, minus gravia fuerint.
Id vos moneo, vt ex errore expediamini, in quem vos conjecere, & iſta veritate recte illuminati, eos nempè pacem neutiquam deſiderare, nec bellum tàm facilè & tam compendiosè, vti vobis perſuaſum volunt, quod novum ſuſcipiunt, finituros, ex hoc fundamento rebus veſtris conſulatis. Sciris veſtra officia; noſtis veſtra compendia; videris vulnera Orbis Chriſtiani, qui illis ſanandis pacem anhelus expetit.

Memineritis, authores belli reddituros rationem & Deo & hominibus, maximi ſcandali, quod terra unquam ſuſtinuerit, vbi Princeps, quam ſola reverentia cæterorum perviciniam principum & fœderatorum modò pax ipſis conſtitiſſet, a errere poterat injuriam, paſſus eſt.

Expendetis, quam turpè id ſit culpam ferentibus; dum reſpublica Veneta à tot annis conflicta ur ſola, cum tremendo nominis Chriſtiani hoſte, nullo prorſus principum Chriſtianorum ſubſidio, qui antum onus ad vires ſingulorum diſtributum redderent leve; adeò vt miraculi vicem præbeat tantus conatus.

Reflectetis denique oculorum aciem à Iuſtitiam divinam, quæ nunquam deſijt evig lare, tametſi diuiuſcule videatur aliquando dormitare, adverſus perturbatores tranquillitatis humanæ; neque exciderit ex memoria, viciſſitudinem, quam rex Imperatoris ſuperioris prius florentiſſimæ & glorioſæ, ſunt paſſæ ex eo bello coôrtam, quod Hiſpanis coactus fecit Duci Mantuę Impedimentum à Leganeſio paci obiectum, cum ea iam coiret, traxiſſe Catalaunorum defectionem & Luſitaniæ, quæ nunquam contigiſſet pace facta. Neque Hiſpa i amiſiſſent Ruſſiilonum, & quicquid per Flandriam ac Italiam exinde perdidêre niſi eam repudiaſſent ex alia occaſione, turbarum vtique noſtrarum, longè compendioſiore, q ſperabant,

unt pro diverſitate martialia ingenia, ita poſſumus aſſeverare, nullum bellum inveniri, quod graviores produxerit inſtructiones, aut quæ generalius poſſent erudire animum in rebus agendis, quam i lud, quod Cardinalem Maſarinium habuit exercitum, antequam Galliæ inſervire conſtituerit.

Occaſione illæ patebant in turbis Italiæ, quas Hiſpani adverſus poſtremum Mantuæ Ducem ſuſcitaverant poſt obitum Vincentis anteceſſoris. Dux Sabaudiæ ſibi promiſerat partem ſpolij, unde litem fecit ſuam communem. ubi ſocietas maximè nitebatur occupationibus regis, qui *Rupellam* ſumpſerat domandam, & exiguis Niveruij facultatibus, ad conſervandam novam ſucceſſionem, per alienam provinciam, adeo ut ſubditis etiam eſſet incognitus, nullum diſpiceret vicinum; qui ſatis valida præſtaret auxilia, aut qui præter officia humanitatis auderet profiteri amicitiam.

Pax Suſana, quæ coijt, poſtquam Rex perrupiſſet clauſtra, non tàm extinxit bellum, quàm inflammavit, ibi ignominia, quam Hiſpani & Dux Sabaudiæ ibi videbantur ſuſcepiſſe, hi quidem, quod arma intuliſſemus in ipſius provinciam, illi verò ob Caſalæ obſidionem ſolutam induxit eos, ut Imperatorem in partes pertraherent. qui in Italiam florem copiarum miſit, tum ut debiles illos firmaret, tum ut jus perverſum pingeret. Quæ tamen univerſa conſtitutionem Ducis Mantuani eò reddidere celebriorem in Galliæ gloriam, quòd armis quæſita & obtenta fuerit.

Cardinalis Maſarinius omnium potentiſſimum & efficaciſſimum erat medium, quo Deus uti voluit, ad illud negotium conficiendum. Vbi Lector notabit, tantâ induſtria, tanto ſucceſſu proceſſum, ut quo momento Pontificis maximi perageret inſtitutum, eodem ſibi ipſi ſatisfaceret in propenſione animi, quam Galliæ emolumentis deſtinaverat. Neque enim officium ſuum hic poterat facere, niſi ſimul animo ſatisfeciſſet, aut turbis Italiæ finem inveniſſet, niſi Galliæ bene cupiviſſet, cujus arma eodem genio movebantur, eundem ſcopum ſumpſerant cum Sede Apoſtolica.

Sic

Sic ſanè per alteram Caſalæ obſidionem, ubi ſalus iſtius loci, adeoque univerſi qui reſtabat, agri Monferatenſis, compacta erat in Citadellam nondum captam, quæ manus Hiſpanorum recidebat, niſi Cardinalis inducias cum ipſis conciliaſſet, quarum beneficio annona, pecuniæ & ſupplementa neceſſaria ſunt in vecta, ut ulua terminum induciarum ſubſiſterent, quo definiebatur, niſi conſtituto tempore Citadella liberaretur à Gallis, id quod Hiſpanis videbatur impoſſibile, dederetur.

Etiam iſti incommodo providerat, miſſis ad Thoiraſium Ratisbonam uſque pactis, quæ ipſum diſpenſabant ab obſervatione eorum, quæ duces noſtri ſummi conſtituerant, ſi fortè repulſarentur in futuro impetu, à ſuperandis Hiſpanorum foſſis, & à ſuppetijs Citadellæ transmittendis. Non opus quidem fuit illo compendio, cum hoſtis præter opinionem ſeſe præberet facilem, & officia valida, adeòque ferventia, quæ Cardinalis reddebat id egere, ne impetus Gallorum vitimus, quem furorem vulgò vocant, expectaretur, poſtquam duces noſtri conſtituiſſent, aut perire, aut vincere, locumque aſſerere.

Longe tamen facilius periiſſent noſtrates, quam viciſſent, maximè ubi iſtud videbatur facultatem omnem excedere, aut ſaltem miraculi vicem trahere; ſi Hiſpani inſtituto, quod credebantur ſumpſiſſe, inhæſiſſent ut nempè nos opportunè exciperent, ex vallo ſcilicet perfecto, & magno numero tormentorum coronato; unde ſpargerentur ignes artificioſi, accederet exercitus noſtrate validior, quem præter Itales & Hiſpanos, quibus conſtabat, etiam copiæ Imperiales plurimæ inflabant, in Italiam nuper deſcendentes, faſtuoſæ & feroces poſt tantam victoriarum ſeriem. Erant illis refugia propinqua & tuta inſuper, cùm duodecimo lapide à Mediolanenſi diſtarent agro, præter loca & copias per Monferatenſem ſpa ſa.

Rebus ſic ex parte Hiſpanorum ad exilem metum, plurimam autem ſpem proclivibus, videbantur acturi nobiſcum, qui cum longè numero inferiores ſubire cogebamur fulmina tot tormentorum, aegra odiicem ſclopetariorum ſuſtinere, & ignium miſſilium rabiem perferre, antequam

quam ad foſſas accederemus: nullum refugium, ſi quid ſecius tuliſſet ſors armorum, noveram s, nullam annonam, qua miles viveret, multò minus præſidium recrearetur, advexeramus.

Quid verò ex militiæ axiomatibus agerent, niſi ut inſtitutum perſequerentur, quod omnino fiebat, niſi interceſſiſſet Cardinalis, medius inter duos exercitus, qui ſtabant non tantum in procinctu, ſed etiam manus penè conſerebant: dum tormenta & ſclopeta ex parte Hiſpanorum contonarent, & tyrones procederent, ad foſſas attenti. Niſi enim Cardinalis tum interceſſiſſet, & animo prorſus intrepido, per media pericula, globis caput circumvolantibus, liberè verſatus fuiſſet, impetum ſanè armorum noſtrorum primum non coercuiſſet, poſtquam Marchionem Sanctæ Crucis diſpoſuerat, ad pacta noſtra comprobanda.

Hic licet animadvertere, ſi Hiſpani conſtituiſſent ex valla recedere, ut exercitus noſter Caſalam pacatè & ſine obſtaculo perviſiſſent, qui annonam, quantum vie ſufficeret, attulerat, eundem obſeſſis nihil ſecuritatis, quin imo plurimum incommodi conciliaturum fuiſſe, adeo ut ſubſidiis vitæ cum pulviſculo abſumtis, propterè receſſiſſet inſtationes ſcilicet priores unde deditio ad leges honeſtas ſequeretur.

Facil igitur iudicare licet cum Hiſpani id non ſecuri ſint inſtitutum, ne vituperium ferrent deſertæ obſidionis ad primum nuntium noſtri pro ioctus, quod ſuperiori anno ad eundem locum evenerat, quamprimum nos pedem in Pedemontium intuliſſemus; quanta eloquentiæ vi agendum fuerit Cardinali Maſarinio, ut eos a pugnandi ſtudio retraheret, quam vivis rationibus & verbis obducenda fuerit ipſorum ratiocinatio, ne tantum victo ia bonum ex oculis amitterent, cum apparenter viderentur ecutum illud inſtitutum.

Notandum inſuper, pacem illam, quam in medio duorum exercituum; ad pugnandum trepidantium conciliavit, executioni datam, an equam obſignaretur, ex ſola fide verbali ſummorum ducum, qui ad dimicandum expediti, vix habuere tempus mutuæ ſalutationis, adeo ut uno

ut uno momento fervorem dimicandi, quem in campum protulerat, et cædibus intentiſſimi, commutarint in civilitatis officia reciproca, in mutuos amplexus collapſi. Vnicũ ſanè momentum, quod obſignandis pactis ſumi potuiſſet, in procinctu omnia perdidiſſet, quemadmodum pauculi gradus ſufficiebant ad irritandum conflictum, quem mediator non valuiſſet inhibere ceptum, de propria ſalute ſolicitus. Dandum omninò eſt, iſtud exemplum non habere ſecundum, neque primum, per univerſam hiſtoriam priſci temporis, & noſtræ memoriæ cum nefando quidem tale quid recenſeatur, aut apud mortales auditu ſit perceptum.

CAPVT XIII.

Cardinalis monet Gallos, impetrat Pinierolam, & patitur ob id ſtudium.

OFficium utique, quod Cardinalis Galliæ reddidit ad Caſalam non penitiſſimè medebatur noſtris incommodis, de quibus nobis ſermo eſt inſtitutus, niſi & alterum officium addidiſſet, quod conſolidaret effectum prioris. Admonebat noſtrum exercitum, qui more Gallicano, id eſt negligenter regred ebatur, de hoſtium inſtituto, qui eum ſine ullo dubio invaſiſſent; niſi cautio valuiſſet ad diſciplinam & o din ſervandos, unde illis periit deſiderium periculi faciundi.

Secundum Caſalæ diſſidium nihil ferè per Italiam agitatum, præter negotiationes & tricas, uſque ad pacta Quæraſciana, ubi mandatarij imperatoris, quod irruptio Suecica turbaret Germaniam, Hiſpanos coegere ad pacem ſumendam, per inopiam belli adverſus Gallos cõtinuandi, nullibi diſtractos.

In eo exercitio negationum & tricarum, cui Cardinalis Maſarinius intercedebat, tanquam amicus communis facilè judicatu fuerit, quantam notitiam rerum, quibus principes complures ob compendia ſua admiſcebantur acquiſiverit. Et præ cæteris patet commercium arctiſſi-

mum, cum Carolo Emanuele, Duce Sabaudiæ, & Victore Amedæo filio ſuſceptum, quo partem ampliſſimam confidentiæ & amicitiæ obtinuit. Neque enim duntaxat penetralia eſt ſcrutatus, inſpecto fundo adminiſtrationis, ſed & illorum opera vidit lacraria cæterorum principum, quibuscum illis fuerat agendum: eximebantur autem pauci per Orbem Chriſtianum, quos non attingerent.

Hinc medium eſt adeptus, Victoris animum à morte Caroli parentis, verſandi, ut nobis Pinierolam relinqueret. Quantum momentum hic locus ad res Italiæ attulerit, quantumque illa nobis debeat, poſtquam feneſtram pretio coemimus, qua cuicunque ipſius neceſſitati ſuppetias mittimus, colligi poteſt ex immenſo gaudio, quod omnes omnino principes provinciæ inde concipiebant, adeoque intenſo deſiderio, ut eadem feneſtra in noſtra maneat poteſtate.

Si delineatio, quam Cardinalis *Maſarinius* in eum finem inſtituit, exhitarabat, executio tamen miris laborabat difficultatibus adeò ut Cardinalis Richelius rem intellectam iudicaverit impoſſibilem. Neque enim poterat ſibi perſuadere, principem adeò cordatum & rei gnarum, qualis omnino dux Sabaudiæ habebatur, ſponte dimiſſurum, quod & Galliæ, & Hiſpaniæ & ipſi Italiæ eum reddebat venerandum: neque etiam credebat, taciturnitatem, ſine qua univerſum negotium infallibiliter corrueret, adeò ſinceram fore, quin Hiſpaniæ legatus, qui Turini tum morabatur, penetraret. Cardinalis tamẽ Maſarinius utramque difficultatem feliciter vicit: illam perſuaſionibus quibus ex authoritate permiſſa, apud animum Victoris omnia explanabat: iſtam, aſſiduitate & ſollicitudine, quam legato Hiſpaniæ exhibebat, dum eum jucunde & diu compoſito vultu ac de ambulationibꝰ divertit ut neque otium neque mentem haberet advertendi, quæ Thoiraſius & Servientus, regis utique miniſtri, cum Duce Sabaudiæ transfigere poſſent.

Officia hæc, quæ Cardinalis Maſarinius reddidit Galliæ, dum Pontificis maximi audiret miniſter, aut illius nomine ageret, fundamentum iecerunt illis beneficiis,

quæ poſtmodum invenit: fundamentum tamen & favoris, quo Hiſpani ipſi Romæ obſtitêre Id enim auſi ſunt, Poſtquam fruſtra in ſuas partes eum traducere tentavere, ut apud animum Imperatoris locum teneret, in quem poſtea Trautmans dorſius ſubivit. Quod plurimi facerent ipſius perſonam, poſtquam ex proprio damno didiciſſent ingenij vim inſtituere cõſilio uti Mecænatisquod Auguſto de Agrippa ſuggeſſit, cuius virtus urebat adærumnationem: *Conſtitue* inquit, *aut eum perdere, aut generum habere.* Sic Hiſpani, ubi Cardinalem *Maſarinium* non poſſunt facere ſuum, ex puaxerunt ad ſummum pôtificem, privatum ijs beneficijs, quæ legitime ſuis expectabat meritis Hinc rex ſuperior eum ſibi adſcivit, coercitis impedimentis, quæ malevoli, Abbas Perretti inprimis, qui nunc dicitur Cardinalis *Montalti*, promotioni obiiciebant ex promotione iſt us Abbatis, quem miniſtri Hiſpaniæ ferventer fulciebant.

Honor iſte. in ſeipſo grandis, & manu magni principis ob latus, plurimum illum movebat, uti decet Audivi tamen id temporis ex ore ipſius, non adeo vehementer ſic fuiſſe demulſum, uti ex delato munere Plenipotentiarii ad pacem generalem, quod eo concrederentur Coronæ emolumenta & fæderatorum,

Nefas duxerim caſum aliquem reticuiſſe, qui evenit, poſtquam Hiſpani Romæ obtinuiſſent, ut ne ratio haberetur Cardinalis *Maſarin'j* Tuus enim Dux Sabaudiæ qui locum in aula cum quibus cunque honoribus & commodis obtulit, qui Romam excurrere ſatagebat, ſi uſus foret, ut eam dignitatem, qua per Hiſpanos eousque ille carebat, adipiſceretur: nihil tamen opus fuit eo itinere, cum Gallia ipſi adimeret ſollcitudinem tam officioſam & Cardinalis æſtimio illuſtrando congruam, uti recenſuimus.

CAPVT XIV.

Quanta judicia facta ſint de Cardinale.

SIc igitur evaſit Cardinalis noſter Maſa inius, & dicitur Plenipotentiarius,ſive ampliſſimus legatus; unde ſcaturigo noſtrarum rerum ipſi penitiſſimè patuit, adeò ut per inſtructionem, quam adnegationem pacis ſolus cum Cardinale Richelio, & per intimam communicationem politices,concinnavit, nuda viderit adminiſtrationis abſtruſiſſima in mente ſummi illius miniſtri.

Deinceps duas tranſactiones pergit illuſtres, ut ad partes Galliæ reduceret principes Sabaudiæ, qui diſcelleran ad Hiſpanos. Prior conficitur & obſignatur,ſed ex parte illorum nihil ſervatur, per occaſionem tumultus, in finibus Champaniæ coorti, quem tamen compoſuit mortis principis (Comitis Suſſani) cujus egregijs dotibus fortuna alium vitæ finem debebat,aliud ve geaus belli, quam quo petijt. Poſterior redintegravit concordiam inter Principes faſtidioſos & caput familiæ adeoque galliam; unde fluxerunt tot loca per Pedemontanum agrum & Monferratę ſem,quæ Hiſpani, ... meſſem maturã, ex manibus dedentium collegerant, in poteſtatem noſtrã reverti per coireptionem & vim apertam.

Poſtquam redijt ex Pedemontio comitem ſeſe præbuit Cardinali Richelio in famoſo, illo itinere, ubi fortunam altera idit demergi in mortem certiſſimam, alter fœdus inopinatum extra regnum con ſle intellexit. In hoc tamen itinere Cardinalis Maſarinus in poteſtatem regis reducere potuit pe. induſtriam S. dauum, Champaniæ flagellum,quod ſæpiculè præbuc at communicationes reciprocæ ſeriem externis hoſtibus Galliæ, & faſtidioſis Gallis.

Quo tempore verò occupabatur in reducendo Sedano,regia arma obſidione premebant Tortonam, cujus inſtituti rationem rex ſuo debebat cerebro,unde & omnem apparatum executioni applicuerat. Quibus notus eſt ſitus agri Mediolanenſis, ſponte intelligent ſeriem iſtius victoriæ,cum fructibus percipiendis,niſi rigida an-

ni tempeſtas, quæ continuò ingruit, & violenti elemento um extrema, diæque cauſæ adverſæ, quod priori libro monui, nobis invidiſſent loci conſervationem.

Quæ vniverſa Cardinalis ſupetioris curriculum agnoſcunt, cujus gloriæ for una hunc colophonem addere voluit, ut Tortona quatuo ante obitum ipſius diei caperetur, adeò ut renunciaretur ad aulam, quo die expiravit Cardinalis Maſarinius etiam con'ſtante illius vita, ſeminajecerat illius familiaritatis, quam Princeps Monaconis poſtmodum cum Gallia inſtituit, ubi id notatu dignum occurrit, nos ſemper ex damno Hiſpaniæ lucrum feciſſe, adeò ut ipſius exuvijs anſi ... , adgeminatum compendium.

Per hoc igitur veſtibulum ingreſſus eſt Cardinalis Maſarinius ad conditionem genuinorum Gallorum, judicabit etiam benevolus Lector, an vl us unquam Exter per portam celebriorem introjverit. Officia ſcilicet reipublice reddita, & perinde induſtriam plurimorum capacem, quo gemino fundamento docuimus legitimam Naturalitatem niti & firmari, que in perſonâ ipſius concurrerunt.

Addo equidem, ſi ſenſa artificum petitiſſimorum, juxta Ariſtotelis doctrinam, ſenſa minus peritorum debent dirigere, certè judicia illuſtria Pontificis maximi, Urbani VIII, Caroli Emanuelis, & Victoris Amedei, Ducum Sabaudie, Ludovici XIII. & Cardinalis Richelij, adeoque ipſiſſimorum Hiſpanorum, poſſent patrocinari Cardinali cujus cauſam ſuſcepti agendam, ut vel incognitus apud ignaros eſtimetur: niſi forſan adminiſtratio complurium annorum, & tam vaſta occupatio, r ſque diffuſæ, quibus ipſum vacare neceſſum ... retuderint aciem induxerint ineptiu ... admiſerint imperiti ... , adeoque in ipſo contrarium preſtiterit effectum, quicquid illuſtriora mortalium ingenia fingit, polit, abſolvit & perficit.

Forſitan ſtudium illud fervidum & cordatum, quod erga Galliam, antequam adoptaretur in civitatem, exeruit, conteperit mutatum, poſtquam inſititius eſt Gallus, ut illud ad partes Hiſpanie, que ipſum Rome everterat, tranſtulerit, noceatque iſti regno, in quo invenit honores & opes, quibus nulli ferè termini, quam

quos

quos ipſe ſtatuere voluit. Maluerit fortè ſe ipſum deſerere, & facere, ut ita dicam, naufragium generale honorum, conſcientiæ & cæterorum bonorum; quorum omnium jacturam enormis proditio trahit, in detrimentum principis benigni, quam hoſtibus inſervire, a quibus omne malum tulerit, nihil optarit, quin longe foret inferius, tametſi ne dubitaret quidem de permutatione beneficiorum. Judicet Lector, quid vero appareat ſimile.

Ab inſtituto alterum non credidi ſi huc ſubiungerem ſermonem iſtum cuius finis principalis erat, ut Belgæ & Galli cernerent, Hiſpanos non Gallos cluſiſſe concluſionem pacis ne perrimè agitatam quantumcunque alloborarint ut Orbi terrarum diverſum perſuaderent. Quamvis autem ſententia totius ſermonis duntaxat aliqua occurrant, cum integrum ſecundæ parti iſtius operis repoſuerim aut impensè fallor, aut hinc patebit modo acies mentis advertatur ſincera, & animus liber, deſtructum iri aut ſaltem plurimum debilitatum fidem eorum, quibus diverſa obrepſerat opinio. Nihil addam hic unum regitas Lectorem, ut examē exigui iſtius ſermonis inſtituat liberum & ſincerum, ſine quo incognita vera non ſolent aperiri indagatoribus.

CAPVT XV.

Admonitio ad Belgas, de pactis Hiſpanorum cum Ducissa Longavillana & Mareſchalco Turanio.

VIRI BENEVOLI,

Novi, nihil adeò demulſiſſe veſtras ærumnas hactenus, ac ſpem de pace proximā ſemper factam. Ubi effecta deſtituere eandem, perſuaſum vobis volebant Hiſpani ex Galliæ culpa cæleſte hoc donum terris negari, quaſi Hiſpania nulli operæ parcat ad exiccandas ſcaturigines bellorum, quibus Orbis Chriſtianus vaſtatur: Bellum generatim ſumptum, res adeo funeſta, ut qui eo corripiuntur, per quævis jura obligentur ad illud terminan-

minandum, quantocyus poſſunt, licet modo perquam humano, & legibus moderatiſſimis, quæ vulgò nuncupantur *leges boni belli.* Quanto magis augetur iſtud officium in bellis, quæ omnem licentiæ feneſtram aperiunt, & omnibus criminibus curriculum præſtant, quemadmodum hoc ſeculo fieri ſolet?

Hinc bellorum amiciſſimi, ſummum pacis ſimulant ſtudium, plurimum artis & coloris adhibent, ut hanc fidem mundo perſuadeant. Tales ſeſe hactenus proſtituere Hiſpani, quod compertum habetis, neque deſinent eandem re integrare fabulam, contagione erroris longè lateque ſerpente, ſi commodum videatur.

Arbitrabar igitur, me de publico non parum mereri, & particulatim de vobis; quibus maximè ſic conſuleretur, ſi & meam operam conferrem adſolvendum illud faſcinum; cum inde præcludatur facultas cogendæ ad pacem Hiſpaniæ, quæ putatur bellum ducere magis ex neceſſitate, quam exarbitrio.

Pacta illorum cum Duciſſa Longavillana & Mareſchalco Turænio adeò ſolidè comprobant meam ſententiam, ut neſciam, an ſecundum ea poſſit inveniri mortalium quiſpiam, qui eouſque exccretur veritatem, aut ipſis ſtudeat, ut dubius hærere queat. Redintegrare inſtitutum belli, poſt demonſtrationem de pace deſiderata factam, & locum tranſactioni ſumptum; idque eo prætextu, quaſi libertas principum in Gallia attentorum, & ſecundum Pinierandæ ſuggeſtionem, quaſi regnum hoc in bellum civile eouſque rueret, ut nihil potentiæ ipſi ad externum gerendum ſupereſſe poſſit; id verò eſt abhorrere à pace penitiſſimè, aut illam deſiderare remotiſſimam.

Ut iſta certius conſtent, & antequam pacta illa excutiam, non in cepte vobis demonſtravero generatim, delineaveroque characterem ingenij Hiſpanici de iis, quæ pacem bellumve concernunt.

I. Id ante omnia notabitis, eos, ſi quem prætextum habeant belli ſumendi aut ducendi, nihil eos ab incendio ſive faciendo, ſive promovendo abſterrerit, modo inſigne aliquod emolumentum ſibi inde promittere queant.

Nul-

ſtianus ocere diururniore premeretur, ex ſol hiſpanorum pertinaciâ.

Cum poſtmodum incendium veſanum, quod Galliam corripuerat, extingueretur, & Galli, undiquaque concederent ad Hiſpanorum vota, modò pacis negotiatio redintegraretur, conſtituerentque in finibus, Hiſpaniæ, quod petebant, rem aggredi: caſus Galliæ inopinatus, captivitas ſcilicet principum, diſſipavit formoſum illud figmentum, adeo ut per novam proſperitatis ſpem in Hiſpania ſuſcitatam, turbine obrepta ſit navis, & alto reddita, quæ excenſioni videbatur vicina.

Ex hoc inſtituto, quòd conſtans & invariatum in animis Hiſpanorum apparet, hanc infallibilem licet ducere ſeriem, id quod per occaſionem dictum eſto Cum nunquam non ad bellum gerendum inducantur ex rebus adeô incertis, quales in tumultibus Gallorum collocant, eodem penè momento & concitatis & conſopitis licet credere eos nullo unquam cogitatu pacem optaſſe, dum bellum per Germaniam ferveret, maximè vbi animadverrere unico prælio quod imperator adverſus Succos habuit proſperum univerſam Germaniam ſubjugari unde integrum *h*abuiſſet Hiſpanos ajacturis & damnis quibuſcunque vindicare.

Meminerant quantum mutationis prelium Nordelinganum partibus fæderatorum invexerit, qui prius e retum præ valuerant; apparebat etiam Gallia in eo minimè ſitu quo fuerat, quæ altera vice res collapſas reſtaurare poſſet.

Hinc omnia ſunt auſi ut pacem Imperij diſturbarent, cum inde ſubrueretur ſolidiſſimum fundamentum rerum redintegrandarum: Nihil intentatum relinquêre ut inducias Ulmenſes in ipſo ortu ſuffocarent pacis utique proœmium Cum autem apud Bavaros nihil poſſent Imperatorem abſtinuêre, ut rheartum vel ex illa parte relinqueretur *Bellonæ* liberum poſtquam apud Bavaros & aliquot principes fœderatos aliquamdiu clauderetur.

Quid igitur intentatum reliquerunt à cõſtitutis illis inducijs

ſerâ cum Duciſſa Longavillana & Marſchalco Turænio pacta.

Eouſque induſtriè induxerant fucum ſuo inſtituto, per demonſtrationes contrarias pulvere inſenſibili oculis mortalium objecto, ne pateret,ut oculatiſſimorum penè fugerit aciem.

Conventum denique de loco & mediatoribus ad pacem quærendam commodis Monaſterium, & Nuntius Apoſtolicus cum legato Veneto placent, mittuntur fiduciarij cum mandatis ampliſſimis,ad eam firmandam. Producuntur litium ac errimarum materiæ, conficiuntur pleræque ex quinquaginta quatuor capitibus determinantur quadraginta octo, affulget ſpes deſideratæ pacis in cujus gratiam eouſque erat progreſſum.

Verùm enimverò his ipſis pactis, quæ recenſemus, perſonam penitiſſimè exuerunt: ſic pacem prorſus exterminarunt, & anathemate extorrem extra mortalium conſortium agere. Quid enim ſibi aliud quærunt ſpontaneâ illa neceſſitate, belli eouſque ducendi, donec Principibus in Gallia attentis redderetur libertas? Nemo enim non videt in eo verſari Galliæ ſalutem; ſi rex omni ſuo jure expolietur. Id quod dictu facilius eſt, quam factu.

Poſſet ille reddere quædam occupata, ſive urbes ſive provincias, ex conſideratione aliqua potentiore, præ urbibus & provinciis illis. Sed ut ferat, Principes coercitos ex aliena manu libertatem recuperare; & tantam gratiam alienis debere nulla unquam ratio impetrabit ad ſenſum,quouſque repugnare licebit; nulla unquam extrema negliget; antequam ad has redigatur incitas, cum ſecundum omnem omninò conatum hunc delabi liceat.

Non auguror de futuris, nec ſcio ſenſa iſtorum Principum, regi veſtro debuerint libertatem; novi tamen optimè ſemper ex parte Gallorum juſtam fore metuendi cauſam, ſivè ex opprobrio præterito, ſive ex beneficio redenti, ne vinculum aliquod inter iſtos principes & ipſum Galliæ fatale nectatur. Perinde cernitis, quantum

privatorum emolumentorum rationem, & prætextum permittant. Sic tandem turbæ, in regno excitatæ, neque grandes, neque diuturnæ & compendia, quæ ſibi promiſerant Hiſpani, aut perſuaderi patiebantur, minus gravia fuerint.

Id vos moneo, vt ex errore expediamini, in quem vos conjecere, & iſta veritate recte illuminati, eos nempè pacem neutiquam deſiderare, nec bellum tàm facilè & tam compendiosè, vti vobis perſuaſum volunt, quod novum ſuſcipiunt, finituros, ex hoc fundamento rebus veſtris conſulatis. Scitis veſtra officia; noſtis veſtra compendia; videtis vulnera Orbis Chriſtiani, qui illis ſanandis pacem anhelus expetit.

Memineritis, authores belli reddituros rationem & Deo & hominibus, maximi ſcandali, quod terra unquam ſuſtinuerit, vbi Princeps, quam ſola reverentia cæterorum perviciniam principum & fœderatorum modò pax ipſis conſtitiſſet, a errore poterat injuriam, paſſus eſt.

Expendetis, quam turpè id ſit culpam ferentibus; dum respublica Veneta à tot annis conflictatur ſola, cum tremendo nominis Chriſtiani hoſte, nullo prorſus principum Chriſtianorum ſubſidio, qui antum onus ad vires ſingulorum diſtributum redderent leve; adeò vt miraculi vicem præbeat tantus conatus.

Reflectetis denique oculorum aciem ad juſtitiam divinam, quæ nunquam deſiſit evigilare, tametſi diutiuſcule videatur aliquando dormitare, adverſus perturbatores tranquillitatis humanæ; neque exciderit ex memoria, vicissitudinem, quam rex Imperatoris ſuperioris prius florentiſſimæ & glorioſæ, ſunt paſſæ ex eo bello coortam, quod Hiſpanis coactus fecit Duci Mantuæ Impedimentum à Leganeſio paci obiectum, cum ea iam coiret, traxiſſe Catalaunorum defectionem & Luſitaniæ, quæ nunquam contigiſſet pace facta. Neque Hiſpani amiſiſſent Ruſſilionum, & quicquid per Flandriam ac Italiam exinde perdidère niſi eam repudiaſſent ex alia occaſione, turbarum vtique noſtrarum, longè compendioſiore, q[uod] ſperabant.

Cavete, ne funeſtius quippiam conſequatur inſtitutum iſtud paci omnium maximè contrarium. Neque enim Gallia, uti illi fingunt, adeò eſt morbida, cum Hiſpania gravius ægrotet, longe deteriori conditione, quam ſimulat. Malum quo illa laborat, lente carpit, & quotidie enervat, tametſi violentia minus appareat: Noſtrum ſimile eſt catharris vehementibus, qui corpus ſanum & robuſtum inceſſunt, & cum ſenſu affligunt acuto, ſed ubi tranſiere, priſtinas vires relinquunt.

Fateor utique, graviſſimè commotum eſſe hoc regnum tumultibus iſtis quibus agitatur inteſtinis: habuêre tamen neque bellum diuturnum; neque vim mutandi principia bonę conſtitutionis. Quicquid reliquum eſt, diffluet propediem, quod delineavimus; ut vires & ratio univerſa reducant in ſtationem priſtinam Ærarii calamitas in ſcaturiginibus obſtructis, aut interractis hærebat, non ex hauſtis, cum abundantia pecuniarum lateat, & jam maximè exuberet. Id verò ſuo tempore manifeſtum fiet, ne dubitare, ad eandem rationem, qua fluvij quidam abſorbentur à terra, æquè rapidi & copioſi regurgitant, ac hiatum ſubjêre.

Nihilominus in eo ſtatu, ubi continuatio belli poteſt plurimum ſpondere Gallia deſiderat pacem; ad quam progreſſa eſt, quouſque honeſtè licuit: dum Hiſpania, cui non ſunt eadem reſtauramenta & compendia, etiam mentionem pacis averſatur; cùm ad tranſactionem ſponte lectum repudiat; Contarenum ab interceſſione revocari curavit, quod artes ille expediviſſet, & obſtinatum adverſus pacem animum, quem introſpexerat, exprobravit.

Et ut uno verbo omnia complectar, quomodo volet Hiſpania Mundo perſuadere ſtudium pacis, cum à negotiatione abhorreat, aut illam coaleſcere, niſi materiæ litium diſcutiantur? Nunquid ſic navigant, qui navem conſcendere nolunt; ſtadium abſolvunt, qui pedem non inferunt? Commodum veſtrum, Viri, ex hoc veriſſimo ducite ſermone.

Quod

Quod modo agitatum eſt de pace, quam Archidux Leopoldus propoſuit Sereniſſimo Duci Aurelianenſi, novum prabet argumentum, unde evidenter confirmatur ratiocinatio ſermonis ſuperioris, quem Lector meminerit continuo inſtitutum fuiſſe poſt pacta cum Duciſſa Longavillana & Mareſchalco Turanio inita.

F I N I S.

Digitized by Google

DECLARATIO
Quorundam dubiorum
IN
ADMINISTRATIONE
CARDINALIS
MAZARINI
LIBER PRIMVS.

Inter cætera obiecta ſunt Cardinali Mazarino quædam incommoda, de quibus, quod per ipſius adminiſtrationem rebus noſtris accide-rint, ipſe rationem redderet Obſeſſa fruſtra Orbitella & Lerida, auxilia Neapolitanis deſtinata interverſa, & Curtræa ab Hiſpanis recepta, exempla producuntur incommodarum. Examen igitur eorum ſumimus hâc primâ in parte ſermonis.

Summa Capitum

1. A Miniſtris principum non eſt exigenda ratio de eventu conſiliorum. 3
2. Ratiocinatio ſuperioris capitis firmatur exemplis, quæ per regna Franciſci II. Henrici. II. & Henrici IV. tigêre.

3. Con-

3. Confirmatur idem argumentum per regnum Ludovici. XIII. 8
4. Applicantur ſuperiora ad reginæ adminiſtrationem. 10.
5. Quanta ſollicitudine Cardinalis Mazarinus ab exordio adminiſtrationis caverit, ne fœderati a nobis, aut nos à fœderatis ſecederemus.
6. Cardinalis diu coercet tumultus reipublicæ inteſtinos ſatis feliciter. 17
7. Exordium adminiſtrationis nobilitatur prœlio Rocroiano, & expugnata Theonis villa. Recenſetur expeditio Friburgica, cum ſua ſerie.
8. Quomodo ſummus miniſter cladem *Marienthalianam* reſtaurarit: & dux Anguinius ad Nordelingam vicerit. Quot modis imperiales & Bavari fuerint ſuperiores fœderatis per Germaniam, in bello gerendo. 26.
9. Cardinalis proponit & concludit concordiam inter exercitus fœderatorum per Germaniam, vt coniuncti, communicatis conſilijs agerent, quandocunque iuberet, & quanta commoda inde pullularint. 28
10. Quanta compendia pax Germaniæ contulerit Galliæ.
11. Expeditiones in Flandriam Aurelianenſis & Anguinij, aliorumque ducum.
12. Trajicitur Colma capiuntur Mardikum, Burburgum, Berbuna, Armenteria, & alia loca in ripis Colmæ & Lyſiæ, à duce Aurelianenſe, & Mareſchalcis *Gaſſiono* ac Ranſavio, Tranſit princeps Auraicus canalem Brugæ, & duos *Eſcauros*, duobus Mareſchalcis adjuvantibus. 41
13. Obſidetur Curtræa à duce Aurelianenſe. 41
14. Ducis Aurelianenſis virtus, & obitus principis Auraici. 52
15. Iterum obſidet Mardikum Dux Aurelianenſis, & *Dux* Anguinius Dunikerkam. 55

 16. Tres

16. Tres poſtremæ expeditiones niſi in Flandriam ſuſceptæ, 58
17. Quare Henricus IV. abſtinuerit à Belgio invadendo, cum cauſas haberet graviſſimas. 60
18. Quàs cauſas nos habuerimus, fervente bello, Belgii particulariter invadendi 64
19. Quid de mutato per Belgium bello ſit ſentiendum. 68
20. Quanta cura & quo ſucceſſu res ab initio adminiſtrationis fuerint geſtæ. 70
21. Succincta relatio rerũ Italicarũ à more Henrici Magni, uſque ad prælium Querſianum, ubi Comes Harcurtius vicit. 76
22. Funditur *M*archio Leganenſius ad Caſalam Harcurtij Comes obſidet & capit Turinum: alii recenſentur per Italiam ſucceſſus, uſque ad mortem regis ſuperioris. 81
23. De rebus Italiæ, poſtquam princeps Thomas ſolus præfuit armis regiis. 58
24. Res geſtæ per Italiam, dum arma ducis Modenenſis cum noſtratibus juncta agerent. 85
25. *De* inſtituto Montis Argentarii, & particulariter Orbitelli ſubigendi delineato. 91
26. *De* regno Neapolitano invadendo. 94
27. Plumbium & Portalongonium capiuntur, & quid commodi inde acceſſerit Galliæ. 98
28. De Motha & Roſeſio ſubactis, eorumque commodis 100.

LIBER SECVNDVS.

De aliquot celeberrimis negotiationibus, quæ per adminiſtrationis tempus contigere.

Summa Capitum

PAx coit inter Pontificem maximum, Urbanum VIII. & Ducem Parmenſem, per interceſſionem regis 102.
2. Pax coit inter Sueciam & Daniam, per interceſſionem Galliæ. 105

3. De

3. De matrimonio reginæ Poloniæ, et commodis ad Galliam inde redeuntibus, 108
4. *De* litigio inter Landgraviam Haſſiæ, & Comitem Emdenum, & hoſpitia militaria per Friſiam Orientalem, quod ſollicitudo & induſtria ſummi miniſtri, ne in nervum erumperet, coercuit. 110
5. An Cardinalis rectè ſuggilletur peregrinus. 113
6. Exteri inſeruntur, & pari jure cum genuinis gaudent. 117.
7. Cur Genuini non ſemper benè adminiſtrent. 119
8. Princeps diſcernit inter miniſtros & intimos. 121
9. Cur Maſarinius Cardinalis ſit adhibitus reipublicæ. 123
10. Quæ officia Cardinalis Maſarinius reddiderit *Galliæ*, antequam admoveretur miniſterio, in ſuſtentandis Richelianis 126
11. Cardinalis fovet concordiam domi, & fœdera apud ſocios. 129
12. Cardinalis negotiatur in bello *Mantuano*: ad Caſalam 131
13 Cardinalis monet Gallos: impetrat Pinierolam, & patitur ob id ſtudium. 135
14. Quanta judicia facta ſint de Cardinale. 138
15. Admonitio ad Belgas, de pactis Hiſpanorum cum Ducissa Longavillana & Mareſchalco Turænio. 149

PACTA
ET CONFOEDERATIONES,
QVORVM NOTITIA
HISTORIAM GALLIÆ,
ET
MINISTERIVM VTRIVSQVE
CARDINALIS
TVM
RICHELIJ.
TVM
MAZARINI
PLVRIMVM ILLVSTRAT:
AB ANNO 1610. VSQVE
AD ANNVM 1650.

Digitized by Google

ADMONITIO AD LECTOREM.

NEMO adeo puer eſt in hiſtoria, quin intelligat, quanti ſit notitia pactorum quæ principes invicem ineunt ex quovis tempore per rerum momenta; quæ communionem, aut diſſidium utrinque generant. Fruſtra calamum exercueris in deſcribendis prælijs, obſidijs abſolutis, aut vane tentatis, urbibuſque ex pugnatis, & quæ ſexcenta fert ſors armorum, cum hæc pars non addita, ſummæ plurimum detrahat. Sunt enim pacta inſtar centri, in quod coincidunt univerſa, vel in ſacratio capta conſilia: Ibi retrahuntur repagula Politices eximiæ, quâ genii utuntur ſingulares in rebus mortalium verſandis; compertumque ſæpiculè per tranſactionem reciprocationem majora acquiri emolumenta, quam quæ generoſiſſimi exercituum duces non paucis obtineant pugnis.

Mirum verò pleroſque hiſtoriæ ſcribendæ avidos levi materiam hanc brachio demulcere, adeo ut aliquibus vel tactio ejus videri poſſit religionis. Hinc lectori perit laboris fructus potior, quo animum lactabat quemque hiſtoria ſuis numeris conſtans promittere ſolet. Equidem erroti inveterato obvius, quæ deſiderari poſſent in hiſtoria noſtri temporis, in hunc codicem compingere

FARRAGO PACTORVM TRANSACTIONVM ET CONFOEDERATIONVM INTER GALLIAM, ET PRINCIPES IPSI EXTEROS RESQUE PVBLICAS.

CAPVT. I.

Pacta matrimonialia inter Chriſtianiſſimum Galliæ Navarræque regem Henricum IV. & Sereniſſimam principem Mariam Medicæam, filiam Sereniſſimi principis Franciſci, Magni per Tuſciam Ducis. Anno,1600. 15. Apr.

POSTEAQVAM de matrimonio inter Sereniſſimum, Excellentiſſimum & Potentiſſimum Principem, Henricum IV. per gratiam DEI, regem Chriſtianiſſimum Galliæ & Navarræ; atque adeo Sereniſſimam principem Mariam Medicæam, filiam Sereniſſimi principis Franciſci, Magni per Tuſciam Ducis; & Sereniſſimam principem Johannam Archiducem Auſtriæ & reginam Hungariæ Bohemiæque natam, matremque Sereniſſimi Principis Ferdinandi, qui nunc temporis rerum po itur per Tuſciam, antehac

te hac fuit actum; & mentes utrinque in eo convenêre, ut matrimonium iſtud ad honorem Dei, cujus gloria hic maximè quæritur, conſumetur; viſum fuit, pro conſuetudine iſtius modi negotiorum, de aliquibus tranſigere & convenire condiiionibus.

Itaque anno à nato Domino noſtro Ieſu Chriſto 1600. die 15. Aprilis, Florentiæ, in Palatio Piſanô, coram me Belliſſa Unita, Equite Sancti Stephani, & proto ſecretario Domini mei Magni Ducis, præſentibus Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Carolo Anthonio Puterô, Archiepiſcopo Piſæ; & Illuſtriſſimo atque excellentiſſimo Domino Virginio Urſino, Duce Bracciani, teſtibus in eam rem vocatis; præſentes ſeſe ſiitère; nempè nomine Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Meſſirus Nicolaus Brulardus, Eques, Dominus Silerij, conſiliarius regius intimus, adeòque Legatus ad Sedem Apoſtolicam, ſecundum poteſtatem à rege per literas, patentes ipſi Pariſiis ſexto Ianuarii die, hoc anno 1600. factam, regiſque manû, & inferius à Neovillano ſignatas, atque magno Sigillo regiæ majeſtatis roboratas: quæ Patentes, poteſtatem illam continentes fuere exhibitæ, & ſub calcem iſtarum inſertæ: tùm Sereniſſimus Princeps Ferdinandus *Magnus* per Tuſciam dux, ſtipulatus, promittit & accipit, tum ſuo, tum nepr s ſuæ nomine, ut communi tranſactione & conſenſu, dominus Silerius, ex uſu poteſtatis collatæ, agat: quemadmodum tranſactum, concluſum & conventum eſt in hos articulos & convenata ut, ſequuntur.

Primò, Magnus dux promiſit & promittit dare in matrimonium Sereniſſimam Principem liberè, volentem & conſentientem, quemadmodum id declaravit, domino regi Chriſtianiſſimo. qui pariter promiſit & promittit per dominum Siletium accipere in uxorem & probam ſponſam, Sereniſſimam illam principem, ſecundum leges & ſanctas Eccleſiæ conſtitutiones, quamprimum fieri poterit; ex hoc ipſo momento promittens dare fiduciarium, negotio parem, cum poteſtate ampliſſima, qui nomine, & tanquam Procurator regię Majeſtatis, verbotenus, de præſenti, copuletur cum Sereniſſima principe

cipe, donec matrimonium à partibus contrahentibus queat conſumari, & ſolenniter in facie Matris noſtræ, ſanctæ Eccleſiæ, ad ſuſcipiendam ſanctam ipſius benedictionem perfici,

In cujus matrimonij favorem & conſiderationem Magnus Dux, ut ſingularem benevolentiam, qua Sereniſſimam iſtam complectitur principem, pro dignitate &. celſitudine Natalium, teſtetur, promiſit & promittit dotis nomine ſereniſſimæ principi adnumerare ſexcenties millia Scutatorum aureorum, ad ſeptem libras cum ſemiſſe ſingula, monetę Florentinæ: ex qua peccunia Dominus Rex jam receperit ducenta quinquaginta millia Scutatorum, quæ ſoluta & numerata fuerint in manus Quæſtoris regij, adeo ut reliqua ducenta quinquaginta millia Scutatorum adnumeranda ſint, præſenti peccunia Maſſiliæ, aut Lugduni, matrimonio conſumato, & per Eccleſiam, ut ſuperius dicitur, perfecto.

Idem Magnus Dux promiſit inſuper & promittit deducere, & honorificè comitari ſuis ſumptibus & impenſis Sereniſſimam principem, neptem ſuam, pro dignitate iſtorum Natalium, Maſſiliam uſque: etiam addere mundum muliebrem, & ſupellectilam pretioſam, pro dignitate regiæ Majeſtatis & principis familiæ.

Et perinde convenit, ut Sereniſſima princeps ſeſe abdicet hęreditate paterna atque materna, modo quo fieri poteſt optimo, ad Magni Ducis, utpote patrui, voluntatem; in quem finem princeps iſta auctorabitur à Domino rege, quandocunque abdicationis confirmatio poſtulabitur.

Ex hoc igitur momento Sareniſſima Princeps agnoſcit bona fide, ubi dos dicta, mundus & ſuppellex pretioſa, tradantur, ſibi liberaliter & abunde ſatisfactum de omnibus, quæcunque ex hæreditate paterna atque materna ſua forent, itaque libere, ex pura & ſoluta voluntate abdicavit & abdicat ſeſe, in Magni Ducis, & deſcendentium maſculorum, aut eorũ, quibus jus propter Magnũ Ducem in quocunque gradu & modo competet, omnibus juribus, Nominibus, Rationibus, & Actionibus, quæ quacunque ratione poſſet habere & quærere ob hæreditatem

ditatem illam maternam atque paternam: quâ hæreditate, quantum opus fuerit, Sereniſſima Princeps ceſſit, translato, uti ſuperius dictum, in Sereniſſimum Magnum Ducem, omni ſuo jure.

Et ut de dote ſexcenties mille Scutatorum conſtet, ſi fortè reſtitutio quæratur, aut certitudo, convenit, ut latifundia & dominia definiantur & tradantur, quæ ſingulariter præſtent hypothecam, ad ſecuritatem & reſtitutionem ſortis illius, ita tamen ut obligatio ſpecialis nihil deroget generali; nec viciſſim, iſta illi, adeò ut ſors ipſa ſecurè collocetur ad voluntatem Sereniſſimi Magni Ducis, aut eorum, quibus ille mandaverit; ut reſtituatur Sereniſſimæ Principi, aut ipſius heredibus, id quod inferius patebit, cum uſura viceſime, que incipiat ex die numeratæ & conſtitute ſortis.

Dominus Rex Chriſtianiſſimus definiet & conſtituet Sereniſſimæ Principi, uxori future, in peculium, cenſum annuum vicies mille Scutatorum, quem latifundia & dominia cum Jurisdictione, adeò ut potior pars Ducati gaudat titulo; & reliqua proprius accedant, preſtabunt defin tè ad illam ſortem: locis vero illis, que ad hanc rationem traducentur & definientur, Sereniſſima Princeps, uxor futura, fruetur ad ſuas, aut præfectorum & conſiliorum ſuorum manus, cum Jurisdictione, uti memoratum fuit, adeò ut præfecturas vacantes, pro more reginarum Galliæ, reſtituat. Frui autem incipiet Sereniſſima Princeps eo conſenſu, quamprimum uſus fuerit ad dies nempè vitæ, ſive lubeat ipſi in regno Galliæ commorari, ſive aliorſum diſcedere.

Dominus Rex Chriſtianiſſimus dabit Sereniſſimæ Principi mundum muliebrem, pro dignitate reginæ Gallicanæ; qui ipſi relinquetur proprius, adeo ut de eo Sereniſſima Princeps conſtituat, uti de re ſibi competente, quoad ſupervixerit, non tamen ſecius. Et ad ſuſtentationem Sereniſſimæ Principis, quæ futura eſt regina Galliæ, quamdiu matrimonium cum Domino rege Chriſtianiſſimo conſtabit, Majeſtas regia conſtituet præfectos & famulos ad Sereniſſimæ Principis cultum, ſecundum celſitudinem reginæ Gallicanæ; definietur etiam

iam ſors peccuniæ competens ad cultum illum ſuſtentandum, quam ærarium præbebit quovis trimeſtri, ſecundũ ordinem regibus Galliæ ſolitis.

Quod ſi matrimonium iſtud morte Sereniſſimæ Principis, futuræ utique reginæ, ſolvatur, & nulli extent inde orti liberi, Dominus Rex reddet & reſtituet Magno Duci, aut fiduciario ipſius, mundum traditum, juxta indicem qui de eo concinnabitur, niſi fortè ipſa aliter diſpoſuerit: etiam quadringenta millia ſcutatorum, beſſem nempe dotis numeratæ; niſi rex malit eâ ſorte integrâ ad dies vitæ uti, ut tum à morte regis ſors integra ſexcenties mille ſcutatorum plenè reſtituatur: ſi verò Sereniſſima Princeps ſobolem ex eo matrimonio relinquat, liberi illi ſuccedent in omnia ipſius bona, & mobilia, & immobilia quæcunque reliquerit, & ipſi competere queant adeò ut inter eos diſtribuantur ſecundum uſus & conſuetudines regni Gallicani.

Quod ſi matrimonium ſolvatur ex morte Domini regis Chriſtianiſſimi, regina futura ſuper'ite, ſive extent liberi ex hoc matrimonio, ſive non extent, tum Sereniſſima Princeps futura uxor, recipiet integrè omnem dotem, & mundum allatum; etiam quæ à Domino rege acceperit, præter mundum Coronæ, qui tanquam cuſtodi & depoſitariæ ſolet tradi reginæ Gallicanæ. Tum etiam futura regina fruetur ſuo domino, uti dictum fuit, adeoque omnibus ſuperius recenſitis, ſive in Gallia commorari velit, ſive aliud domicilium eligere, id quod libertati ipſius permittitur.

Quæ omnia, articulata & conventa ſuperiora tractata, conclusa & firmata fuêre nomine Domini regis Chriſtianiſſimi, per Silerium & per Sereniſſimum Magnum Ducẽ tum proprio & privato, tum Sereniſſimæ principis, futuræ reginæ, nomine. Promittunt autem partes, ſervare & adimplere omnia & ſingula, bona fide, ut neque directè neque indirectè ullo modo impingant; etiam promiſere, omnes literas & expeditiones neceſſarias facere,

 ut iſtæ

nio, equite ordinis D. Jacobi, *Secretario intimo*, Scriba & Actuario regiæ maieſtatis Catholicæ, comparuit Excellentiſſimus Dominus Franciſcus Sandovalius *Roxa*ſiæ ſtirpis, Dux Lermæus, Marchio Denianus, magnus Commendaror Caſtiliæ, *Senator intimus* regiæ majeſtatis, & cuſtos corporis, magnus ſtabularius gubernator & protomagiſter aulicus Sereniſſimi & Triumphantis Philippi, principis Hiſpanici, ſummus Dux equeſtris militiæ, in nomine, & veluti procurator Sereniſſimi, Excellentiſſimi, & *Potentiſſimi* Principis, Domini Philippi, ratione nominis, Tertij, *Domini* noſtri, qui per gratiam Dei eſt Rex Caſtiliæ, Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hieroſolymorum, Luſitaniæ, Indiæ Orientalis & Occidentalis, Dux Mediolani &c. ex virtute poteſtatis, quam idem Dux Lermeus, accepit à maieſtate regis Catholici, per Breve & mundatum, ſignatum manu ipſius regia, obſignatum ſigillo ipſius regio, & inſuper adſignatum ſigillo ipſius regio, & inſuper adſignatum à me Secretario regio; id quod accidit & tranſactum fuit ad D. Laurentij Scurialis, die 9. Julij eiusdem anni, veluti rex, Pater, & legitimus adminiſtrator Sereniſſime Infantis filie ſue, & Regine Nargarethe, coniugis & ſponſe legitime, ex una parte: & ex altera parte. Excellentiſſimus Dominus Henricus Lotharingus, Dux Meduaniæ & Equilony, par & proto Camerarius Gallie. Gubernator & ſummus legatus regiæ maieſtatis Chriſtianiſſime per Inſulam Francie, & cum ipſo adjutores perſonaliter preſentes comparuêre Vice comes Piſieus, conſiliarius intimus regis Chriſtianiſſimi, Secretarius mandatorum regiorum & erarij, magnus Ordinum Equeſtrium theſaurarius, & Legatus extra ordinem ex altera parte, iſtius negotij cauſa ſingulariter ad Maieſtatem Catholicam, & Baro Vancelaſij conſiliarius intimus Maieſtatis Chriſtianiſſime in nomine Sereniſſimi, Excellentiſſimi & Potentiſſimi Principis Ludovici XIII. per gratiam Dei regis Chriſtianiſſimi Gallie Navarreque & Sereniſſime, Excellentiſſime ac Potentiſſimæ Domine Marie, regine Chriſtianiſſime in Gallia & Navarra, matris, Tutricis & Regentis in regnis, & ex virtute poteſtatis, quam

exhibuerunt & propter ſuerunt originaliter in linguâ Gallicâ ſignatam regiis manibus & firmatam regiis ſigillis, datam & indultam in regia urbe pariſiorum, regis nempe Chriſtianiſſimi die 19 anni & menſis dicti: cuius poteſtatis originalia relinquuntur apud me Secretarium intimum, ut ſubnectantur ſcripturæ præſenti.

Dux igitur Lermæus nomine Maieſtatis Catholicæ & Dominus Dux Meduanæ, Vice Comes Piſiæus & Baro Vaucelaſij nomine Maieſtatum Chriſtianiſſimarum, videlicet Regum Chriſtianiſſimi & Catholici, qui commodis ſuorum regnorum afficiuntur, & pacem Coronarum ſuarum præter illam Orbis Chriſtiani, communem firmare iam agunt veluti illa ſervata fuit, poſtquam Maieſtas ſuperioris Regis *Philippi* II. Domini noſtri & Maieſtas Chriſtianiſſima Regis defuncti, Henrici IV quem parentem agnoſcunt Maieſtates Chriſtianiſſima & Catholica impræſentiarum rerum potiuntes, eam ſancivere, & concluſere? optantes utique eam perpetuam & continuam, non tantum per univerſam vitam Maieſtatum ſuarum ſed etiam deſcendentium & ſucceſſorum unde *nihil* prius, neque poſterius quam matrimoniorum vincula invenientes, quæ omnino ſummæ ſunt efficaciæ, ubi geminantur reciproca per gratiam Dei, ad incrementum cultus divini.

Adeò ut cum matrimonio Infantis. & cum benedictione noſtri S Patris Papæ *Pauli* V. negotium ſuſcipiente Magno Tuſciæ Duce, ſponſalia & matrimonia iam fuerint tranſacta & conventa inter Sereniſſimum principem Hiſpaniæ, Dominum Philippum & *S*ereniſſimam Iſabellam ſororem & filiam maiorem *Mai*eſtatum Chriſtianiſſimarum: Sic etiam inter Regem Chriſtianiſſimum Ludovicum XIII & Sereniſſimam Infantem. Dominam Annam filiam maiorem Maieſtatis Catholicæ, ut per nova hæc vincula arctius conſtringantur, & amplius confirmentur benevolentia, amicitia & fraternitas, quæ cõſtant & deſiderãtur diuturna inter illas Maieſtates, modo plenum & integrum effectum ſortiantur.

Hinc.

Hinc dicti Domini fiduciarij nomine eorum, quos diximus, quod ſpectat matrimonium regis Chriſtianiſsimi cum Sereniſsima Infante, Domina Anna, in hæc ſequentia tranſegere & conſenſere.

Ut annuente gratia & benedictione Dei, prius etiam obtenta à Pontifice Maximo diſpenſatione, propter proximitatem & conſanguinitatem, quæ inter regem Chriſtianiſsimum & Sereniſsimam Infantem intercedit, quamprimum ipſa compleverit annum duodecimum ætatis, ſponſalia, & matrimonia, per verba de præſenti, ſecundum formam & ſolennia in ſacris Canonibus & Conſtitutionibus Eccleſiæ Catholicæ, apoſtolicæ & Romanæ præſcripta, celebrentur, fiantque illa ſponſalia & matimonia in Curia Palatio & domicilio Maieſtatis Catholicæ, ubi Sereniſsima Infans, Domina Anna, habitat, idque ex virtute poteſtatis & fiduciæ à Rege Chriſtiani ſsimo datæ.

Ubi autem iſta fuerint peracta, tum rex Chriſtianiſsimus ea habebit rata, & in ſua perſona adimplebit, quando Sereniſsima infans, Domina Anna, deducta fuerit & pervenerit in Galliam, ut Maieſtas regia tum ipſi jungatur. Fient etiam ſolennia Sponſaliorum ſive ex poteſtate ſpeciali ſive per præſentiam, quando de tempore conſummationis inter Majeſtates tranſactum & conventum fuerit.

Maieſtas Catholica promittit & tenetur dare dabitque Sereniſſimę Infanti, Dominę Annæ, dono & in favorem matrimonii cum rege Chriſtianiſſimo Galliæ contracto, adnumerabitque Maieſtati Chriſtianiſſimæ, aut ipſius fiduciario, quingenta millia ſcutatorum aureorum quorum ſinguli ſedecim regalibus æſtimentur, intra Luteriam Pariſiorum, pridie celebrati matrimonij.

Majeſtates Chriſtianiſſimę tenebuntur firmare, aut firmabunt dotem Sereniſſimæ Infantis, Dominæ Annæ in cenſu ſecuro & probo, latifundiis & redditibus validis, ad voluntatem Maieſtatis Catholicae, aut eorum, quibus negotium demandabitur. Quod ſi forte ſolvatur matrimonium, & reſtitutio dotis in jure locum habeat, reddent eandem Sereniſ-

ſimæ Infanti, aut cuicunque. Celſitudo eius id committet: adeò ut per tempus, quo dos non fuerit reddita; Celſitudo eius, aut liberi ſucceſſores fruantur redditibus, quos ſors quingenties mille ſcutatorum exigit, ad rationem ſextæ decimæ, cum ſolvi debeant ex virtute ſuperiorum definitionum.

Sereniſſima Infans, Domina Anna acquieſcet, & ſatis habebit eâ dote, adeo ut in poſterum nullum aliud jus poſſit allegare, aut ullam aliam actionem petitionemve intentare, quaſi prætendat, ſibi competere, aut poſſe competere alia majora bona, jura, rationes, actiones, propter hæreditates & ampliores ſucceſſiones Majeſtatum Catholicarum, parentum nempe: nec propter reverentiam perſonarum illarum ullo modo, aut quamcunque cauſam & titulum quemcunque, ſive rem norit ipſa, ſive ignoret: cum actiones iſtæ & res ſuperiores, cuiuscunque ſint ſpeciei & conditionis illam non abſtineant, quia abdicatio fiat in formâ bonâ & debitâ, & cum omnibus omninò idoneis, formis & ſolenitatibus, quæcunque requiri poſſent & neceſſariæ fuerint: facietque abdicationem illam per verba de præſenti, antequam matrimonium conſummet; eandem etiam poſt celebrationem matrimonij continuò approbabit, & ratam habebit conjunctim cum rege Chriſtianiſſimo, per eaſdem formas & ſolenitates, quas ad priorem adhibuerit abdicationem, imò per eas clauſulas, quas ad effectum & perfectionem videbunt commodiſſimas & neceſſarias.

Ad iſtam abdicationem Majeſtates illæ ex hoc momento, ut itum temporis, obligabuntur, & obligabuntur ex hoc memento, ſicut tum. Quod ſi fortè abdicatio & ratihabitio minus fiat ſecundum virtutem præſentis per tranſactionem contractus, æſtimabuntur & cenſebuntur nihilominus eadem *Pacta* abdicatio & ratihabitio, ſicuti nunc, ita & tum benè & debitè facta tranſacta & indulta. Fiet autem ille actus in forma maximè authentica & efficaci, quantum poteſt, ut probus & validus evadat, unà cum omnibus clauſulis derogatorijs, quę derogant quibuſcunq; legibus Iuriſdictionibus, Conſuetudinibus, Iuribus, & Conſtitutionibus contrarijs, aut quæ pe-

nitus,

nitus, ſive aliquatenus impediant illas abdicationes & ratij habitiones, quarum effectui & validitati, uti dictum Majeſtates Chriſtianiſſima & Catholica derogabunt, quemadmodum ex hoc ipſo momento penitiſſimè derogant, & ad apropationem ab ratihabitionem, quam de præſentibus pactis & conventis præſtabunt, jam nunc, ſicuti tum, intelligent, & intelligunt derogâſſe omnibus ſuperioribus exceptionibus.

Quonjam vero Majeſtates Chriſtianiſſima & Catholica conſtituerunt, & conſtituunt facere hoc matrimonium ut eò magis perpetuetur, & nodo vinculoque arctiore conſtringatur pax publica Orbis Chriſtiani, & inter Majeſtates illas benevolentia fraternitasque quam nemo non ſperat mutuam, conſtet, expenſis etiam juſtis & legitimis cauſis, quæ demonſtrant & perſuadent æqualitatem & aptitudinem iſtorum matrimoniorum, ex quibus, annuente divina gratia & favore, univerſi & ſinguli queant ſibi ſpondere ſucceſſus quoſvis proſperrimos, in ſummum bonum & incrementum fidei & religionis Chriſtianę, ad emolumentum & commune regnorum, provincialium & vaſallorum, quos utraque Corona fovet, beneficium, quemadmodum etiam, quantum Reipublicæ intereſt, & conſervationem illus ſpectat: quæ conſideratio profectò tanti eſt momenti, ut metuendum ſit, ne occaſiones, quæ ſeſe præbent in iſtiusmodi matrimonijs, præripiantur et tollantur.

Itaque expectarunt merita ſuperiorum et aliarum rationum juſtarum, quas proferre et adducere poſſent Majeſtates illę, conſentiunt et concludunt per contractum et pactum conventionale mutuum, quod pręſtabitur et locum habebit, vim et vigorem legis, in perpetuum firmę et ſtabilis, ad emolumentum ſuorum regnorum, et univerſę reipublicę, eorundem, ut Sereniſſima Infans Hiſpanię, Domina Anna Auſtriaca, et liberi ex illâ nati ſive mares ſive fęminę, adeòque deſcendentes, primi, ſecundi tertii aut quarti ordinis deinceps, quocunque in gradu queant in veniri imò inſempiternum, non poſſint adire, nec ſuc...ere in regnis, rebus publicis, dynaſtiis et dominiis, ... quę competunt et competent Majeſtati Ca-

tholicæ, & quæ continentur ſub titulis & nominibus in hac capitulatione memoratis, neque etiam in ullo vaſtorum regnorum, Rerumpublicarum, Dynaſtiarum Provinciarum, Inſularum adjacentium, Feudorum, Capitaniatuum, neque in limitibus, quos Maieſtas Catholica hoc tempore poſsidet, aut ipſi competunt, adeoque competere poſſunt, intra & extra regnum Hiſpaniæ, & ante hac Maieſtates Catholicæ, & aſcendentes Maiores habuere, poſſidere, & obtinuere, neque in omnibus illis, quæ comprehenduntur in ijſdem, aut dependent ab ijſdem, neque etiam in omnibus illis, quæ inpoſterum quocunque tempore ipſa poſſet acquirere augere, & adijcere ad eam ſua regna, Rempublicas & dominia, aut poſſet recuperare, vel poſſent accidere per devolutionem, aut quoſcunque alios titulos jura, aut rationem quamcunque tametſi ſuperſtes fuerit Sereniſsima Infans Domina Anna aut vitam mortalem exuerit, in quocunque ipſius deſcendentium primorum, ſecundorum aut tertiorum, & ordine naſcendi, aut quacunque ratione id poſsit evenire, aut caſus unus plures ve, per quos, aut per jus aut per leges & conſuetudines eorundem regnorum, Rerumpublicarum & dominiorum, ſive per diſpoſitiones alicuius tituli, quo poſſent ſuccedere, aut ſucceſſionis facultatem prætendere in eadem regna, reſpublicas aut dominia.

In quibus omnibus caſibus ab hoc ipſo momento eadem Domina Anna Infans dicit & declarat, ſeſe eſſe & in perpetuum fore benè ac debite excluſam, una cum omnibus ſuis liberis & deſcendentibus, maſculis ac fæmellis tametſi vel ent aut poſſent dicere & prodere in ipſorum perſonis non currere, nec poſſe aut debere conſiderari eaſdem rationes veluti nullius valoris in republica, aut alijs cauſis, in quibus illa excluſio poſſet fundari, aut ubi vellent allegare, (quod Deus avertat) ſucceſſione regis Catholici, aut Sereniſſimorum ipſius & Infantium, præterea etiam maſculorum, quos habet, & habere poterit pro legitimis ſucceſſoribus, deficiente & deſinente: adeo ut nullo caſu, nec ullo modo aut ulla ratione, quam fors tulerit, Ipſa nec illi ipſius heredes & Deſcendentes

dentes nequeant ſuccedere, nec prætendere facultatem ſuccedendi, ſine præiudicio illarum legum conſuetudinum, ſtatutorum & diſpoſitionum, quarum virtute ipſius ſucceſſit in omnia ſua regna, reſpublicas & dynaſtias, ſine præiudicio etiam omniũ legũque, alibi vigent, & conſuetudinum quas Corona Galliæ tenet: & non impediunt in præiudicium Succeſſorum in ea ſuperiorem illam executionem, non minus hoc præſenti tempore ac per tempeſtatem & caſus, qui illas ſucceſſiones adferunt.

Quibus omnibus conſiderationibus ſimul, & ſingulis particularim earum Maieſtates illæ derogant, in quantum adverſantur aut impedimento ſunt pactis iſtis, aut perfectioni & executioni eorundem: Sic etiam per hanc præſentem capitulationem approbationi & ratihabitioni derogabunt & derogant, volunt & intelligunt, ut Sereniſſima Infans & deſcendentes ipſius ſint in poſterum & in perpetuum excluſi à facultate ſuccedendi nullo unquam tempore, & qualicunque in rebus publicis Flandriæ comitatu Burgundiæ & Caroloſij, annexis & appendicibus quæ provinciæ & reſpublicæ datæ fuere à Maieſtate Catholica Sereniſſimæ infanti, Dominę Iſabellæ, debentque redire ad Maieſtatem Catholicam, & ipſius ſucceſſores.

Declarant etiam ſimiliter expreſſiſſimè, ut ſi fortè Sereniſſima infans deſtituatur vidua, (quod Deus avertat) ſine liberis ex hoc matrimonio ſuſceptis, libera & immunis maneat ab iſta excluſione & perinde declaretur capax ſuorum iurium, & facultatis ſuccedendi in omnia, quæcunque ipſi poſſent competere aut accidere, in duobus duntaxat caſibus, ſi vidua ex hoc matrimonio & ſine liberis redeat in Hiſpaniam deinde ſi in emolumentum reipublicæ, ob commune commodum, & per juſtas conſiderationes ipſa ad ſecundas nuptias tranſeat per voluntatem Regis Catholici, parentis, aut principis, fratris: juxta quem geminum caſum manſerit capax & habilis ſucceſſionis & hæreditatis.

Quamprimum igitur Sereniſſima Infans Domina Anna, abſolverit annum ætatis duodecimum, & antequam matrimonium celebretur per verba de præſenti,

dabit, promittet & indulgebit ſcriptum aliquod, quo ſeſe adſtringet, tum ſuo, tum Succeſſorum nomine, ad perfectionem & obſervationem omnium eorum, quæ hactenus dicta ſunt, utpote ex luſionis propriæ & deſcendentium, approbabitque omnia, quemadmodum in his pactis & Capitulatione continentur, cum clauſulis & juramentis neceſſarijs ac requiſitis, jurabitque hanc ipſam Capitulationem, & illam obligationem ratihabitionemque, quam Celſitudo ipſius fecerit & dederit: dabit etiam geminam & ſimilem cum Rege Chriſtianiſſimo, quamprimum matrimonium & ſponſalia perficientur, ut ad Parlamenti Pariſienſis acta referatur juxta formam ſuam & tenorem: quemadmodum etiam ex hoc ipſo momento & Majeſtas Catholica approbabit & ratihabebit in formâ conſueta eandem abdicationem ac ratihabitionem ut inſeratur actis conſilij ſacri. Sive autem eædem abdicationes, ratihabitiones & approbationes fiant, aut non fiant, æſtimabuntur tamen & cenſebuntur, ex hoc ipſo momento, virtute iſtius Capitulationis & pacti, adeoque matrimonij ſecuturi, & ob conſiderationem omnium illorum, quæ memorata ſunt, ritè factæ, & debitè indultæ atque tranſactæ.

Majeſtates Chriſtianiſſimæ dabunt Sereniſſimæ Infanti, Dominæ Annæ, loco mundi muliebris, quinquaginta millia Scutatorum Solarium, quæ quemadmodum & alia quæcunque adferret, ipſi competent ſine ulla difficultate, tanquam bona patrimonij & Celſitudini ipſi, adeoque ipſius hæredibus & ſucceſſoribus, aut quicunque jus & cauſam ipſius obtinebunt, competent. *Maieſtates* Chriſtianiſſimæ, ex priſca & laudata conſuetudine familiæ regiæ apud Gallos, definient & conſtituent Sereniſſimæ Infanti, Dominæ Annæ, in dominium ſeu dotem viginti millia ſcutatorum aureorum, ad cenſum annuum qui exigetur ex redditibus & latifundijs, Juſtitiæ throno fulgentibus, ubi potior locus titulum *Ducatus* ferat, aut amplius, & deinceps, uſque ad cenſum annuum vicies mille ſcutatorum. Quibus locis & latifundijs, ad eam rationem datis & definitis, Sereniſſima Infans fruetur ad ſuas manus & per ſuam authoritatem, aut ſuorum fiduciari-

Aulicorum & præfectorum, cum juſtitiæ uſu, prout dictum fuit. *Præterea* ipſius etiam fuerit, providere munijs vacantibus, quemadmodum ſolent Reginæ Galliæ; ita tamen ut eadem munia non niſi genuinis conferantur Gallis, quemadmodum etiam adminiſtratio & villicatio illorum latifundiorum, ſecundum leges & conſuetudines Regni Gallicani; poſſeſſionem autem canonis illius Sereniſſima Infans, Domina Anna, inchoabit cum fructu, quamprimum viduitas locum fecerit, ut eodem fruatur per univerſam vitam, ſive in Gallia permaneat, ſive aliorſum & extra Galliam diſcedat.

Majeſtas Chriſtianiſſima dabit & definiet Sereniſſimæ Infanti, Dominæ Annæ, in ſumptus Cameræ, & ſuſtentationem dignitatis atque familiæ, ſortem congruam, pro ratione natalium tàm excelſorum & potentum regum quantam filia & conjux ſoleat ita ut definiatur ad formã & modũ in Gallia ſolitum, ad canonem iſtiusmodi ſuſtentationis & expenſæ. Sereniſſimâ Infante duodecimum ætatis annum exigente, ſponſalia & matrimonium celebrabuntur, per procuratores à rege Chriſtianiſſimo & Sereniſſimâ Infante miſſos in verba de præſenti. Poſtea eandem Majeſtas Catholica deducet ſuis ſumptibus & expenſis uſque ad limitem Galliæ, cum authoritate & apparatu, tantorum regum filiæ & uxori congruo; unde eodem apparatu excipiatur & deducatur à rege Chriſtianiſſimo.

Quod ſi forte matrimonium ſolvatur & rumpatur inter Majeſtatem Chriſtianiſſimam & Sereniſſimam Infantem Dominam annam, adeò ut ipſa ſuperet Majeſtatem Chriſtianiſſimam; tum poterit ipſa redire & reverti, ſine ullo impedimento, in regna Hiſpaniæ, aut loca & regiones quæ videbuntur commodiſſimæ extra Galliam, quotieſcunque ipſi libuerit diſcedere, cum omnibus bonis, quæ recenſuimus & intelliguntur nomine dotis dominij, mundi, veſtis, vaſorum, argenti & cujuſcunque ſupellectilis, etiam cum præfectis & famulitio, ut ex nulla cauſa, quæ fuerit, aut acciderit, impedimentum ullum objici queat, nec ipſa attineri expedita directè ſive indirectè, coerceri denique uſus fructus & receptilatio dotis,

doris domini, nec Canonis dati aut debiti.

In eum finem Maieſtas Chriſtianiſſima dabit Maieſtati Catholicæ, & Sereniſſimæ Infanti, Dominæ Annæ filiæ eas literas & *Brevia* ſecuritatis, quæ neceſſaria fuerint, ſignata ipſius & reginæ Chriſtianiſſimæ, matris utique, Tutricis & Regentis manu, adeoque ſigno proprio roborata. *Sic* ex hoc ipſo momento, uti & tunc Majeſtates Chriſtianiſſimæ aſſerent id & promittent, ſuo & regum ſucceſſorum nomine fide & verbo regio.

Quoniam vero tractatum hunc & proæmium præſens matrimonij iſtius deſideravit & poſtea diſputavit ac promovit pater noſter ſanctus, ſuâ etiam induſtria in eum locum uti videmus, produxit conſultum, fuerit, ut Sanctas ejus humiliter rogetur quemadmodum ex hoc ipſo momento Majeſtates ipſæ humiliter rogant, ut velit non invitus addere ſuam benedictionem, & interponere authoritatem Apoſtolicam ad iſtud pactum & Capitulationem approbare cauſam & inſerere ſuis *Bullis*, una cum approbationibus, quas Maieſtas Chriſtianiſſima & Celſitudo ipſa fecerint; præter ſcripturas & juramenta data & indulta. Omnia denique, quæ facta & tranſacta fuere ad perfectionem & ſecuritatem ejuſdem matrimonii.

Majeſtates Catholica & Chriſtianiſſima approbabunt & ratihabebunt præſentem hanc Capitulationem, promittent fide & verbo regio eam ſervare & inviolabiliter adimplere: in quem finem tradent *Brevia* ſua in forma ſolita, cum derogatoriis legum, juſtitiarum & conſuetudinum quarumcunque quæ ſunt aut fuerint contrariæ, etiam uti æquum eſt, Brevia illa de ratihabitione iſtius ſcripturæ [illegible] tradent invicem reciproce intra duos menſes, [illegible]
qui ex hoc die & dato numerantur, per viam Oratorum ſuorum, qui ad aulas Majeſtatum Catholicæ & Chriſtianiſſimæ commorantur.

De omnibus hiſce ſuperius dictis Fiduciarii, nomine Superiorum promiſere, conſenſere & concordavere, juxta ſenſum iſtius Capitulationis, quemadmodum adſtrinxerunt Majeſtates Catholicam & Chriſtianiſſimam, etiam Celſitudinem ipſam, per obligationem & vinculum

lum fidei & verbi regij, ut id efficiant & ſervent, jubeant ut integre ſervetur & ad impleatur, ne in toto, aut ulla parte fal'ar aut deſit quicquam, neque contraibunt aut cont avenient, nec con entient, ut contraeatur aut contraveniatur directè vel in directè, quocunque tandem modo & ratione. Sic enim ſtipulati ſunt ipſi fiduciarij ex virtute poteſtatis à Maieſtatibus collatæ: præſentes fuere ab exordio Capitulationis iſtius denominati: promiſerunt igitur & indulſerunt præfati Domini iſta ſuperiora, & ſignarunt ſua quisque manu ac nomine, petieruntque à me ut vniverſæ iſtius Capitulationis ipſis facerem copiam omniumque eorum, quæ tranſſcriberentur & tranſſumerentur ad ipſorum uſum & neceſſitatem.

Ita ſignatum utrinque.

Dux	Henricus
Lermæus	Lotharingus,
Marchio	Brulardus.
Denianus.	Andreas
	Rupefiletus

Factum & tranſactum coram me Secretario dicto; Actuario publico anno & die memoratis.

Anthonius Aresetinnius.

Ita ſignatum.

CAPVT. III.

Pacta Madriana, in negotio Vallis Telinæ. Die 25, Apr. anno 1621.

Miſſus ſub finem Februarij, hoc anno lab[illegible] rege Chriſtianiſſimo Baſſomper[illegible] ure, à dinum regiorum, Conſili[illegible] Eques Ordinus tribunus H[illegible] [illegible]us ſacri Senatus, ſummus [illegible]veticarum copiarum, & legatus ex[illegible] ordinem in Hiſpaniam, qui cum rege Catholico ageret de reſtitutione Vallis Telinæ, ex cauſis, quibus

Maie-

Majeſtas Chriſtianiſſima teneretur conſervare & ſuſtentare Rhætos in ſuis terris. Is Majeſtatem Catholicam reperit ægrotam, adeo ut viva voce non liceret exequi, quę in mandatis habebat, exhibet igitur literas fiduciarias & ſcripto conſignat principaliores mandatorum articulos. Mors improviſa *Majeſtatis* Catholicæ, cui in æternum beati ſit, interrumpit cogitata laudabilia de reſtitutione Vallis Telinæ, quæ futura credebatur iuxta deſiterium & poſtulatum regis Chriſtianiſſimi: eoque magis, quod eodem tempore Pontifex Maximus id requirebat vehementius miſſa in eum finem particulari. Moriens attamen Majeſtas Catholica, memorię beatæ, inter cætera ſupremis tabulis addita etiam iſtud caput, uti ſequitur, inſeruit.

Quoniam viceſimo ſeptimo Martij, hoc currente anno, recepi literas à manu Pontificis Maximi, Gregorij XV. quibus me exhortatur & urget, ut in ſui gratiam, & per amorem ſibi debitum, intuitu boni publici, animum applicem, ad negotium Vallis Telinæ conficiendum ſublata omni occaſione ſcandalorum, quæ inde poſſent pullulare: Mando ſereniſſimo principi, filio meo dilectiſſimo & amantiſſimo, ut conſilium paternum pontificis Maximi ſuſcipiat in forma illa, poſtquam conſiliorum meorum ſummam unicè quærebat Catholicorum ſecuritatem in iſta valle, quam Pontifex Maximus paterna, adeoque univerſali cura complectitur. Volo etiam, ut hoc meum ſcriptum & ſtatutum teneat locum ſpecialis clauſulæ in ſupremis ultimæ voluntatis tabulis, veluti penitus inſertum fuiſſet, ex virtute illius capitis, quod in illis ſupremis meis tabulis continetur, quibus jubeo, ut quæcunque ſchedæ inveniantur meo nomine ſignatæ, partem faciant tabularum ſupremarum. Actum in meo Palatio regali Madriti die 30. Martii anno 1621.

Philippus itaque quartus, quam primum regnorum habenas capeſſit, adimplendum duxit regis ſui Domini & parentis mandatum, adeoque pontificis maximi deſiderium, ad ſtabiliendam tranquillitatem publicam maximè ubi rex Chriſtianiſſimus idem requirebat, ſecundum ea, quæ ex verbo regio præſtare tenebatur dynaſtis

trium Ligarum. Sic cum ampliſſimis mandatis dicuntur fiduciarii Hieronymus Caymo, ſupremi Conſilii de rebus Italicis præſes, & Iohannes Cericanus, ordini equeſtri D. Iacobi adſcriptus, Commendator Riveriæ, Conſiliarius Majeſtatis Catholicæ, & Secretarius ſacrarii, qui de hoc negotio agerent cum Baſſompetra & Comite Rupepotii, Conſiliario Senatus regii Chriſtianiſſimi & oratore ad iſtam au'am: convenère igitur nomine illarum Majeſtatum de capitibus ſequentibus, ex virtute literarum fiduciarum, quas Baſſompetra à rege Chriſtianiſſimo 30. Ianuarii, hoc ipſo anno datus attuli, & ex poteſtate, quam dominis fiduciariis Majeſtas Catholica contulit, ſecundum tenorem earum, quæ præſentibus pactis ſubnectuntur.

Primò, ut omnia reſtituantur in ſtatum priorem, tum ex una, tum ex altera parte, adeò ut quilibet ſuas retrahat copias & præſidia, quæ nuper fuerint impoſita & perinde Majeſtas Catholica retrahat copias, quæ verſantur in limite agri Mediolanenſis, quatenus is Vallem Telinam, & Clavennæ attingit, ita ut nullæ aliæ copiæ illic relinquantur, quàm quæ ſolebant illic excubare, ante tumultus iſtos poſtremos ex altera parte etiam Rhæti idem præſtent in Valle Telina, & Comitatibus Clavennæ atque Wormatiæ.

II. Dynaſtæ Ligarum ſanciens amneſtiam generalem eorum omnium, quæ per tumultus illos poſtremos fuère patrata, memoriam abolentes; adeò ut ſubdicti Vallis Telinæ, & Commitatuum Clavennæ atque VVormatiæ nunquam poſſint conveniri nec turbari in ſuis perſonis aut rebus, de quibuscunque per iſtam occaſionem commiſſis, In eum finem damnabunt Rhæti perpetua oblivione omnia præterita.

III. Concluſum & conventum eſt, quod ſpectat ſacra per Vallem Telinam, atque Comitatus Clavennæ & VVormatiæ, ut omnes novitates reſecentur, quæ vergunt in detrimentum religionis Catholicæ, & introductæ fuerunt ab initio anni 1617. vſque ad hæc tempora.

IV. Ut Ligæ dynaſtarum Rhæticorum faciant iura-

mentum & præſtent fidem, ſicuti requiritur in caſibus paribus, ad præſtanda ſuperiora promiſſa, denique eadem iuramenta & promiſſa, in forma authentica tribus illis viris, qui in capite ſequenti definiuntur. Etiam Rex Chriſtianiſſimus fidem ſuam interponet, vt eadem pręſtentur per tredecim pagos Helvetiorum & Vallenſes, aut ſaltem per maximam ipſorum partem.

V. Rex Catholicus continuò faciet certiorem Archiducem Albertum, avunculum ſuum, vt mittat Pręſidem Parlamenti in comitatu Burgundię, aut alios viros ex eodem Comitatu, Lucernam, qui quantocyus fieri poterit, illic ſint pręſto, ſed quam tardiſſimè & poſt omnes remoras ad vltimum tandem diem menſis Maij proximè adventuri. Eo loco vir ille definitus adiunget ſeſe Nuntio Pontificis Maximi, & legato, quem Maieſtas Chriſtianiſſima voluerit mittere ad perficienda, adeoque in effectum & executionem deducenda, quęcunque impręſentiarum fuerant diſputata: quemadmodum intelligit & declarat vlterius, antiqua pacta, cum domo *Auſtriaca* inita, & particulariter, quæ Comitatum Tirolenſem ſpectant, continuari & obſervari.

VI. Vir ille, quem Archidux Albertus ex Comitatu Burgundiæ mittet, ſecum adferet literas præmaturas à Celſitudine illius ad Ducem Ferianum, quibus doceatur, negotium penitus abſolutum eſſe, vt continuò exequatur mandatum, quod Maieſtas Catholica ipſi dederit, de reſtituendis omnibus & relinquendis in priore ſtatu, in quo ante fuerant. Mittet autem illas litteras continuò ad Ducem Ferianum poſt perfectionem earum rerum, quæ capite quarto ſuperius recenſentur, in quem finem mittetur Maieſtate Catholica ad Ducem Ferianum articulatum mandatum, vt promtè exequatur reſtitutionem illam, & omnia in priorem ſtatum reponat, quamprimum à Maieſtate Catholica fuerit certior factus.

VII. Ratihabitio iſta firmabitur à rege Chriſtianiſſimo, & exhibebitur Lutetiæ Pariſiorum Marchioni Mirabellano, conſiliario militari Maieſtatis Catholicæ, & Oratori ad aulam Galliæ, idque continuò poſt adventum Baſſompetrę.

VIII.

VIII. & poſtremò conſtitutum eſt, vt geminæ fiant literæ iſtius Capitulationis, tum in lingua Gallicana, tum in lingua Caſtilliana, vtræque ſignatæ a Dominis dictis,

Bassompetra.
Comes Rupepotii,
Regens Caymone.
Secretarius Cerica.

Vt in manus partium vtrinque tradantur.

nempe.

Galliæ Secretario Johanni Cericano', & Caſtilianæ, Baſſompetræ, Actum Madriti, viceſimo quinto die Aprilis, anno milleſimo, ſexcenteſimo viceſimo primo.

Signarunt.

Baſſompetra, Dangenneſius.
Regens Caymo, Iohannes Cericanus

Sequuntur litteræ regis.

Sereniſſime, Excellentiſſime & Potentiſſime Princeps dilectiſſime & amantiſſime mi frater & ſocer, mitto in hunc vnicum finem legatum meum extra ordinem ad te Baſſompetram, Equitem noſtrorum Ordinum, conſiliarium Senatus ſacri, & tribunum ſummum copiarum Helveticarum ob negotia, quæ per Vallum Telinam agitantur, & commodum atque tranquillitatem publicam ſpectant, etiam rem noſtram, adeoque compendium veterum amicorum ac fæderatorum. Quemadmodũ de benevolentia & æquitate tuæ Maieſtatis mihi promitto, te in hac occaſione ad conſeruationem concordiæ generalis per Orbem Chriſtianum contendere, ita rogo te, vt animum advertas ad ea, quæ Baſſompetra exponat

exponat particularius tuæ Maieſtati meo nomine, de illo negotio, quod mihi eſt cordi, habeaſque omnem fidem, tanquam mihi ipſi qui Deum oro Sereniſſime excellentiſſime, & potentiſſime Princeps, dilectiſſime, mi frater & ſocer, vt te ſervet incolumem.

Scriptum Pariſijs, tricesimo die Ianuarij, anno 1621.

Tuus frater & gener.

LUDOVICUS.

& inferius.

BRULARDUS.

Sequitur poteſtas à rege Catholico Regenti Caymoni, & Secretario Cericano collata.

QUoniam Rex Chriſtianiſſimus frater meus, miſit ad regem, Dominum meum Baſſompetram, Equitem ſuorum Ordinum, Conſiliarium Senatus ſacri, & tribunum ſummum copiarum Helveticarum, propter negotia, quæ per Vallem Telinam agitantur, cum literis fiduciariis, quæ ſcriptæ ſunt die tricesimo Ianuarij, hoc anno labente; ipſus conſtituite Regentem Hieronymum Caymonem, Conſiliarium Senatus ſummi rerum Italicarum, & te Iohannem Cericanum, Secretarium ſacrum, vt adireris Baſſompetram, legatum extra ordinem regis Chriſtianiſſimi, & Comitem Rupepotij, Conſiliarium in Senatibus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, Oratorem ad iſtam aulam, qui interfuit omnibus rebus ſuperioribus, & de quibus, quid facto opus ſit, iam convenit itaque virtute præſentium. Ego vobis mando, & do tibi Regenti & Secretario, meam poteſtatem & fiduciam, ita integram & perfectam, vti opus fuerit; vt à me, & meo nomine, quemadmodum ipſus facere poſſem, concludatis cum Baſſompetrà & Comite Rupepotij Capitulationem formaliter eorum, quæ acti-

tata

tata & concluſa fuêre in hac cauſâ, adeoque ſignetis meo nomine. Promitto enim, quemadmodum ego promitto, me, quæcunque vos in hac cauſâ feceritis, firma, & ſtabilia ſervaturum, ac ſi per me ipſum eſſent facta. Hæc enim mea eſt voluntas

Datæ Madriti, decimo tertio die Auguſti, anno 1621.

Ego rex.

Per mandatum regis, Domini noſtri,

ANT. ARRESTINNIUS.

Quæ poteſtas Maieſtatis Catholicæ fideliter fuit collata & tranſſcripta ex originali, quemadmodum verba ſuperius transmiſſa, comprobata manent inviolabiliter; id quod certum facimus, & ſignare voluimus manu noſtra.

BASSOMPETRA.

Compromiſsum particulare, quod in ſuperiori negotiatione incidit.

HOdie, cum præſentes iſtę darentur literę, concluſa fuit capittulatio & pactum de rebus vallis Telline, inter Baſſompetram, legatum extra ordinem, ad hanc aulam morantem, nomine Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, ex vna parte; & inter Regentem Caymonem, Senatorem ſupremum rerum Italicarum, adeòque Johannem Cericanum, Equitem Ordinis Jacobini, & commendarorem Riveriæ, Senatorem Maieſtatis Catholicæ, ex altera parte: viſum eſt, vt principale illius inſtitutum de rebus tranſactis firmetur, & fundamento inſerviat ad pacem, ac perinde hic privatim concludatur, & ſecretò, quod Rex Chriſtianiſſimus promittit ſcripto, ſe porrò curaturum vei hactenus fecit, ne Rhætorum Dynaſtæ vllam aliam ligam cum quibuſcunque

principibus ineant, ſed vt ſuſtentent priſcam amicitiam, cum Corona Galliæ, ſecundum debitum fotam. Sic igitur Baſſompetra, promittit nomine Maieſtatis Chriſtianiſſimæ datum iri ratihabitionem Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, continuò poſt ſuum reditum, Mirabellano Conſiliario militari Maieſtatis Catholicæ. Actum Madriti quintodecimo die Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo primo.

Signatum.

BASSOMPETRA.

CAPVT. IV.

PACTA MUSONIANA,

Ad pacificanda negotia Rhætorum, & Vallis Tellinæ, quinto die Martij. Anno 1626.

LEgatus reverſus in Italiam ſine vlla tranſactione propoſitæ in Galliâ cauſæ, diverſis ſermonibus hinc inde præbuit occaſionem.

Orator igitur Galliæ ad aulam Hiſpaniæ perpetuus, in mandatis accipit, vt vadum tentaret, an difficultates illæ, quas legatus de ſuprema poteſtate Rhætorum (quo in gradu conſtitêre fructus evanidi negotiationis) ſuſcitaverat, proveniſſent ex motu & ſenſu Regis Hiſpanici: ſic itaque ſermonem cædit cum Comite, Duce San-Lucarij, vt amplius exponat & expendat, quàm directè iſtud caput impingeret in authoritatem regis Chriſtianiſſimi. Viciſſim ibi demonſtrat Comes Dux eodem modò, per verba pariter generalia, licet clariſſima, neque directè, neque indirectè actitatum aut propoſitum ex parte Maieſtatis Catholicæ ullam rem cum illo Legato inſereretur ineptum ex parte Hiſpaniæ in vllum caput quandocunque demum foret negotiationis Gallicanæ, neque vllatenus in formales ipſius propoſitiones. Vnde etiam, quod haberet certiſſimum, Maieſtas Catholica quam

ca quamcunque rem, verè & realiter adverſam authoritati Regis Chriſtianiſſimi, nullo vnquam tempore deſiderare poſſet, aut gratam habere. Sic igitur in rebus Vallem Telinam concernentibus, ſummum & vnicum ſcopum regis domini ſui eſſe ſecuritatem religionis Catholicæ per iſtam Vallem, & Comitatus Wormatiæ atque Clavenna, cum exercitio & vſu libero, adeoque perpetua tranquillitate eiuſdem religionis Catholicæ Romanæ, qui ſit principalis finis omnium, quas Maieſtas Catholica inſtituat actionum.

Reſpondet Orator; placere ſibi & laudari ex parte regis Chriſtianiſſimi reſponſum iſtud de negotio eo, & quantum intelligeret de deſiderio Maieſtatis Catholicæ, vt ne domini ſui, regis Chriſtianiſſimi authoritas lædatur in rebus, vbi maieſtas Catholica perſpicere poſſet diſpendij rationem: ſecundum quam mentem proponebat, ille idemque alter deſiderium conſopiendarum ſimultatum præſentium & jam ortarum. Sic conferunt vtrinque, & in hæc capita conſentiunt, poſtquam prius conſtituiſſent reciprocè, & tanquam immotum ſubſtraviſſent fundamentum mutuum, reverentiam, authoritatem & venerationem Pontificis Maximi, & Sedis Apoſtolicæ ut prima cauſa & motus iſtorum pactorum nomen ferat Pontificis *Maximi*.

I. Cum Maieſtates ipſæ deſiderent, amicitiam & concordiam (ſi forte vlla tenus imminuta foret ex caſibus inter Rhætos & Valleſes coortis) ad integram & reciprocam deducere ſatisfactionem conformitatis vnanimæ conſtituerunt, conſtituunt, concludunt, tranſigunt & promittunt reſtituere cauſam Rhætorum, Vallis Telinæ, Comitatuum VVormatiæ & Clavennæ in eum ſtatum, vbi fuerant, turbis hiſce poſtremis inter ipſos gliſcere incipientibus: id quod putatur coincidere in principium anni milleſimi, ſexcenteſimi, decimi-ſeptimi, adeò vt nihil immutetur, aut innovetur vllarum rerum ſecundum eum ſtatum, in quo tum temporis inveniebantur. Vnde nihili ſiunt in eum finem omnia pacta, ab anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo cum Rhætis, à quocunque demum inita, ad exceptionem cautelarum, quas præſens Capitulatio præber...

II. Vt per Vallem Telinam, & Comitatus VVormatiæ atque Clavennæ nulla vnquam ſacra præter Catholica], Apoſtolica & Romana vigere poſſint in perpetuum, cum clariſſimâ excluſione cuiuſcunque exercitij aut] vſus, quem diverſa ſecta aut religio quæcunque ſumeret; adeò quæ conſtitutio & obſervatio perpetua iſtius articuli per provinciam ſit momentum perpetuum Zeli & pietatis, quam vtraque Corona præſtiterit, cum vtraque ad obſervationem coniunctim obligetur.

III. Vt civilis Vallis Telinæ, & Comitatus VVormatienſis atque Clavennenſis liceat eligere per electionem propriam. Iudices, Gubernatores, & alios magiſtratus, omnes tamen Catholicos], ſive Rhæti ſint, ſive Vallenſes, adeò vt ad iſtiuſmodi electionem Dynaſtæ Rhæti ſeſe opponere non debeant, aut ipſorum approbatio fuerit neceſſaria, quemadmodum nec confirmatio. Non tamen hic dubitatur quin eandem ſint daturi; vbi verò recuſaverint, ſatisfactum cenſetur per ipſam petitionem. Quod ſi poſt tertiam petitionem non indulgeant, & octiduum elabantur poſt repræſentationem, Rhæti prima vice amittent in triennium jus illud, quod poſſident, & Vallenſes petunt: adeò vt illo octiduo præterito, poteſtas & exercitium magiſtratus ſoliti nec ſuſpendatur, nec interrumpatur, ſed ex adverſo vt quicunque electus exerceat munus, nihilominus ac ſi confirmationem, de quâ mentio eſt facta, obtinuiſſet. Quod ſi per aliam electionem Rhæti eandem prodant repulſam, jus illud in perpetuum perdent.

IV. ibi vt Iudices illi, Gubernatores & alii magiſtratus poſſint judicare definitivè, nec ex ulla vnquam ratione Rhæti queant ſententias illorum & deciſiones tollere, diſponere & exequi queant, quæcunque ſpectant ipſorum poteſtatem, munus & magiſtratum, bonumque religionis Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ.

V. Vt nihil eorum, quæ attingunt articulos præſentes, ſive quoad ſubſtantiam, ſive quoad formam, queat mutari à Rhætis, neque per particulares neque per generales actus: adeò vt ad obſervationem eorum ex hoc ipſo

ipſo momento, ſicuti tum, Rex uterque ſeſe declarat adit ictum etiam ad executionem p comiſſorum,ſive prævideri id queat,ſive non queat.

VI. Ut nullus Rex, Princeps aut dynaſta poſſit offendere alterutrum regem, attentare, retardare, impedire, aut tolleret rem quamcunque earum, quæ in gratiam iſtorum Rhætorum Vallenſium, & Comitatenſium fuere conſtitutæ, concluſæ & tranſactæ hoc ipſo die ſexto Martij, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto, inter vtramque Coronam, adeò vt teneatur vtraque corona conſeruare per omnes vias debitas & congruas rationi quicquid declaratum & concluſum fuit, ad conſervationem executionis perpetuæ, nulla ſuborienie vnquam mutatione,

VII. Vt dynaſtæ Rhæti promittant & jurent ſolenniter adeòque frequenti conventu, in optima forma & maximè authentica atque apud ipſos celebertrimâ, obſervationem perpetuam & inviolabilem iſtorum articulorum & capitulationum ipſique reges reciprocè & invicem quilibet eorum privatim promittent & iurabunt id ipſum, mutuòque ſatisfacient ſuis officiis & omnibus viis debitis & rationi congruis, adeoque licitis, ad integram & exactam obſervationem eorum, quæ in his præſentibus pactis exprimuntur.

VIII. Ut vtraque Corona procuret & det fiduciam perpetuæ amneſtiæ, qua obliterent ut omnia, quæcunque per tumultus omnes priores fuere patrata, adeò vt nemini eorum, qui complices fuerunt, ex ea cauſa lis aut negotium moveatur ſive in perſonis, ſive in familijs, aut facultatibus, ſive ex valle Telina, Comitatibus Wormatiæ & Clavennæ, ſive ex alijs locis fuerint.

IX. Ut vallenſes & Comitatenſes, veluti gaudentes ex vigore iſtorum pactorum novo jure electionis & habendi Iudices, Gubernatores, & Magiſtratus, annuatim ſolvant ſummam pecuniarum Rhætis, convenientem vtilitati publicæ & particulari, quæ publicè & particulariter reddebatur Rhetis ex adminiſtratione & magiſtratu vallis Telinæ & comitatuum, & conſtituatur ex arbitrio fiduciariorum mutuo, Ut denique Rhetis reddan-

tur promtiores & actiores ad obſervationem iſtorum pactorum, ſi fortè obſtinatio illorum eò vſque procederet vt loco executionis; publico conſilio ad arma convolarent, & publicè deregarent; vterque rex eos declarabunt, & declarant ab hoc ipſo momento, quemadmodum & tum, in perpetuum excluſos & privatos pecuniarum in primo articulo dictarum ſumma, quam Vallenſes & Comitatenſes ſolvere tenentur; ad eundem modum etiam iure confirmandi iudices, Gubernatores & Magiſtratus, quos illi Vallenſes & Comitatenſes electuri eſſent. Quod ſi nec hoc modo ſiſtatur libido contraveniendi, vterque rex pro arbitrio mutuo conſtituent ſimul pœnam graviorem, quam etiam ex condicto irrogare tenebuntur.

X. Ut Pontifex Maximus edoceat per Nūtios vtrumque regem, quàm enormiter peccent Rhæti in rebus religionem ſpectantibus: vbi etiam Pontifex Maximus contraventionem declarauerit, vterque Rex certior factus, eandem declarationem Rhætis ſignificari curabit, per Nuntium Apoſtolicum, in provinciis Helvetiorum Catholicorum commorantem, ne cauſam ignorantiæ prætendere queant, quin vt potius teneantur deſiſtere ab offenſa, & officium repetant: Quod ſi negligant intra quartum menſem poſtea, qui incipiant ab ipſo die perlatæ declarationis; tenebuntur Rex vterque coniunctâ opera vias debitas & rationi congruas, adeòque permiſſas inſiſtere, vt ſeſe Rhætis opponant, & Vallenſes protegant: Rex verò Galliæ particulariter officium faciet, ſi Zelum & pietatem exerat, potentiamque ſuam producat & authoritatem, vt eos ad officium redigat; multumque aberit à ſuppetiis ferendis vllis, ſive publicis, ſive clandeſtinis, quibus prævalere illi queant.

XI. Quod ſi forſ ferat, Rhætos, publica arma expedire in Vallenſes & Comitatenſes VVormatiæ atque Clavennæ, quacunque demum de cauſâ, ſive publicè, ſive particulariter; vtraque Corona certior facta, oratoribus ſuis regijs iniunget, vt promptè & ſine mora operam ſumant, ad eos pacificandos. Quod ſi eorum authoritas id minus obtineat, vterque Rex fidem interponit, de coniun-

jungenda invicem ſua authoritate, facultatibus & poteſtate, vt turbatores ſentiant pænæ gravitatem, quæ iſtiusmodi turbis debetur, juxta tenorem Capitulationis ſuperioris, cuius ſummum eſt caput, vt excluſi cenſeantur jure confirmandi electionem illorum judicum, Gubernatorum aut Magiſtratuum; quin etiam perdant ſortẽ annuam, quam in eum finem Vallenſes & Comitatenſes ipſis adnumerare tenentur: addita etiam graviſſima pæna, quæ vtrique regi videbitur, juxta articulum nonum, ſuperius ſcriptum. Præterea etiam notandum, declarationem vtriusque regis, quæ ſpectat illam pænam pro arbitrio & ſententia vtriusque ſepoſitam, exhibendam eſſe continuò poſt quatuor menſes, quorum ſuperius eſt facta mentio, ſine mora vlteriore præteritos.

XII. Ut quocunque tempore eveniat, Vallenſes & Comitatenſes VVormatiæ atque Clavennæ, frangere vniverſam obſervationem iſtorum pactorum, aut partem eorũ aliquam, quatenus Religionem Catholicam, aut articulos civiles ſpectant; quamprimum id fuerit manifeſtum, vterque Rex illos declarabit exutos privilegijs, quæcunque conſtituta fuerint in illorum gratiam per Maieſtatem vtriusque, quæ expediri voluit, & ipſis procurare tantum bonum, & iſtam tranquillitatem, non exigua ſollicitudine & opera: rexque Hiſpaniæ particulariter ſuſcitabit Zelum ſuum & pietatem, potentia atque authoritate in eis ad officium redigendis exertã, adeò vt longiſſimè ſit abfuturus ab omni ope ſive publica, ſive clandeſtina, qua illi fulciantur in contraventione,

XIII. Vt omnia quæcunque hactenus dicta & tranſacta ſunt intelligantur ad præſuppoſitionem, ſcilicet ante omnia, & primo loco munimenta per Telinam, & Comitatus Wormatiæ atque Clavennæ, & quidquid in locis illis fuerit occupatum per exercitus Ligæ, etiam illos Maieſtatis Catholicæ, in hiſce viciſſitudinibus, planè reſtituantur in manus Pontificis maximi.

XIV. Vt exercitus vtriuſque regis & fœderatorum vtrinque deducantur ex illis locis, vnde Rhætis nefas ſit, in limite, qui obiicitur Valli Telinæ, & Comitatibus VVormatiæ atque Clavennæ, habere præſidia inſolita, & numero-

mœroſiora, quam quæhabuère ante iſtas viciſſitudines, Rex idem pariter obſervabit in limite adverſus agrum Mediolanenſem; adeo ut particulariter conventum etiam ſit, ne Rhætis fas ſit militem, copias, præſidia in Vallem Telinam & Comitatum VVormariæ atque Clauenonæ immittere, ut vis & præſentia armorum quę Vallenſes exhorreſcerent, ne temeret liberum uſum religionis Catholicæ juſtitiæ auirationis gubernandiquæ hiſce pactis eſt conſtituta.

XV. Utpropter tumultum, qui aqud Genoveſates cæpit, uterque Rex, quiſque cum principe fæderato teneantur facere officium, continuo valeat armiſtitium inter ipſos; auxiliares vero ingreſſi nomine utriuſque legis utrique ſiſtantur ex hoc ipſo momento, quod ſolummodo moverint ut fæderatis opitularentur, Fidem ſic interponunt ſuā Maieſtates regiæ, ſeſe operam daturas, ſi forte caſum id ferat, ne ullæ iſtarum copiarum, quas ex ſubditis aut fæderati, contraxère faciant ullum progreſſum, aut nova facinora adverſus ſeſe invicem.

XVI. Quoniam vero per illud armiſtitium ad finem tranquillitatis publicæ propoſitum non pervenitur, quem tamen Zelus egregius vtriusque regis conſtituit, reciprocam dant fidem omnia pro viribus facere, quiſque vna cum Principe fœderato, vt conveniant in arbitros, & auferent atque componant quaſcunque lites ſub ortas, aut quæ præſenti hoc tempore obiiciantur aut objectæ fuerint ante hac, ob motus & ſtatuum viciſſitudinum præſentium. Ad que ex hoc ipſo momento vtraque Corona ſeſe componit, quemadmodum etiam compromittit & ſtipulatur in eum finem quatenus ſua intereſt.

XVII. Ut que vterque Rex de facultatibus ſubditorum corripuit, remittantur, adeo vt primo addatur ſatisfactio Londinenſis Galiſabtæa & Caletana, quæ diſceptetur ab Oratoribus advtramque aulam, aut ab ijs, quos Rex uterque negotio adhibendos cenſuerit.

XVIII. Rex Catholicus ſatis habet ex hoc ipſo momento, vt quæ hactenus ſunt tranſacta, ſignata & firmata ab vtroque rege, adeòque ſingula ad ipſum ſpectantia, vt quævis munimenta, per Vallem Telinam & Comi-

Comitatus VVormatiæ atque Clavennæ; nullo penitus excepto, extructa videlicet inde ab anno viceſimo, ſupra milleſimum ſexcenteſimum extemplò deſtruantur & ſolo æquentur à Pontifice Maximo adeòque Gubernatori Mediolanenſi, aut quicunque poteſtate & procuratione illa fuerit inſtructus, quicquid tormentorum, & apparatuum bellicorum Pontifici Maximo juxta indicem fuit traditum, reddatur: vnde non tantum conſentit in omnia ſuperiora *Maieſtas* Catholica, ſed etiam vehementer rogat Pontificem maximum, vt continuo iſta det executioni, cum hâc prætereà explicatione, vt ne munimenta à quoquam, per quemcunque prætextum fas ſit reſtaurari.

XIX. Quoniam verò ſæpius actum fuit de modo & formâ componendi iſtius negotii, transactionibus in eum finem ſuſceptis omnem effectum fugientibus, vterque Rex intelligit & declarat, præſentem hunc & ſolum actum in effectum eſſe deducendum, & executioni mandandum; quibuscunque alijs actibus transactionis in hac cauſa ſublatis, quatenus non penitiſſimè conveniunt huic actui, cuius declarationem in rebus dubiis, quæ religionem Catholicam ſpectant, ex hoc ipſo momento Pontifex Maximus ſibi, Sedi Apoſtolicæ & ſacro Collegio reſervat & ſeponit; reliquis rebus quibuscunque ad amicabilem declarationem & interpretationem vtriusque Coronæ remiſſis; quæ abundantius etiam conſenſêre in quatuor menſes, quorum exordium ducatur à ſexto die Martii menſis, hoc ipſo anno, vt hanc compoſitionem comprobent, quorum intereſt, cum ipſorum commodum in cauſâ hac communi verſetur.

Articuli iſti concluduntur & ſignantur vnanimiter & pariter à Comite Rupepotii, Conſiliario intimo regis Chriſtianiſſimi & oratore per Hiſpaniam; & à Comite San-Lucarii, conſiliario intimo regis Catholici, cuſtode corporis regii & protoſtabulario, adeo vt vterque ſe ſe adſtringat, virtute poteſtatis à regibus, dominis ſuis ſuſcepta, quò capita iſtius transactionis maneant firma & ſecura idque ad eundem modum data etiam fide, de tradenda reciprocè mutua ratihabitione transactionis iſtius,

ſtius, quam domini ſui approbaverint & ſignarint; in formâ ſolitâ,in ra patium quatuor menſium, ab hoc ipſo die ſcripto, ſublatis & revocatis utrinque quicunque caſus obrep'erint,aut porrò obrepere poſſint , vſque ad ratihab.tionem , & promulgationem iſtius tranſactionis & pacti.

Actum Muſonij,quinto die Martij. 1626.

Signatum.

DANGENNESIUS &
COMES, DUX SANLUCARII.

Articuli clandeſtini.

QUONIAM tranſactioni eiuſdem diei, quo tranſactum fuit,inſertum , non legitur. quod articulus ille comprehendit,propter certam & benevolam reverentiam , Comes Rupepotij , Conſiliarius intimus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ.& orator per Hiſpaniam : tum Comes Dux San-Lucarij , Conſiliarius intimus Maieſtatis Catholicæ,cuſtos corporis regij & protoſtabularius conſenſère, vt idem articulus , tametſi clandeſtinus, eandem vim habeat,ac ſi in hac tranſactione comprehenderetur , vnde & ratus habebitur ad eandem formam, qua ipſa tranſactio,& ſignabitur manu vtriuſque regis.

I. Poſtquam vterque Rex, propter certam & benevolam reverentiam ſeſe mutuo non ſatis explicaverint per verba clariſſima in articulo decimo ſexto tranſactionis Muſonianæ,qui in quintum diem Martij,anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, incidit , qua formâ tandem cauſa,rationes, & nomina , ex quibus poſtremi motus & viciſſitudines Genoveſates extitêre, adeòque reliquæ mutationes,quæ in idem tempus per ea loca incidêre hac ipſa transactione & articulo iſto clandeſtino concludâtur promittunt ſibi invicem primo loco , ſeſe ex iſta cauſa nullâ occaſionē faſtidij, nec benevolētiæ tepidioris ſumturos quin è contrario, cum omni ſinceritate proceſſuros , vt

deſti

deſtituant & pacificent duos illos Principes, quorum intereſt. Quod ſi fortè illi Principes nollent admittere viam arbitrij, aut aliam quamcunque proponendam & indagandam, aut etiam rem differrent, tum vterque Rex inter ſeſe medium apprehendent adeò æquum & certum, elapſis videlicet quatuor menſibus, qui in hac transactione memorantur, quod fœderati penitiſſimè cogantur amplecti,

Actum Muſonij, die quinto Martij. 1626.

Signatum.

Dangennesius &
Comes Dux Sanlucarii.

II. Quoniam articulus de munimentorum deſtructione tranſactioni inſertus, temporis rationem adeò definitam, non infert, nec etiam modum, quem vterque rex in illa deſtructione ſervari vellent. vterque rex, propter certam & benevolam reverentiam, ſibi invicem promittunt, omnem ſeſe operam navaturos, adeoque nulli operæ parſuros, quin extemplò & ſine vlla tergiverſatione, munimenta illa deſtruantur, rametſi omnis fiducia collocetur in ſanctam mentem Pontificis Maximi, qui ſecundum preces, in hac tranſactione conſtitutas, continuò effectui daret deſtructionem illam. Etiam ſecundum ratihabitionem iſtius tranſactionis vterque rex id vehementer petunt per ſuos Oratores, quicquid Pontificem Maximum verſantur à cuius benignitate ſibi promittunt omnem benevolam opem.

Actum *Muſonij*, quinto die Martii. 1626.

Signatum.

Dangednesius &
Comes Dux Sanlucarii.

III. Quoniam tranſactioni ejuſdem diei in hoc ipſo articu-

articulo non fuit inſertum , quod idem articulus contin
net, propter certam & benevolam reverentiam; Comes Rupepotii, Conſiliarius intimus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, & orator per Hiſpaniam; & Comes Dux San-Lucarij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Catholicæ, cuſtos corporis regij & protoſtabularius, conſensère, vt ille articulus, tametſi clandeſtinus, eandem vim habeat, ac ſi in ipſa hac tranſactione comprehenderetur, etiam ratus habeatur ad eandem formam, qua eadem tranſactio ſignatur ab vtroque rege.

Quod ſi Rhæti, Vallenſes & Comitatenſes VVormatiæ atque Clavennæ non tranſigant de ſumma ſorte pecuniarum, quam Vallenſes & Comitatenſes tenebuntur adnumerare Rhætis, quemadmodum illis conceditur per tranſactionem, quæ incidit in quintum diem Martij, anno viceſimo ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, vterque Rex apprehendent aliquod medium in hac lite quo partes redigant ad æquitatem: itaque ex hoc ipſo momento, quemadmodum & tum, vterque Rex declarant & promittunt, nunquam ſeſe conſenſuros, neque permiſſuros, vt vis ex alterutra parte adhibeatur in hac cauſa partium, neque etiam in poſterum ob quasvis lites, quę inter Rhætos & Vallenſes ſuboriri queant: lites autem eas vterque rex juxta iſtud promiſſum definient ex ſua authoritate & negotiatione, adeò vt minimè pariantur, partes ipſas, aut ſeſe propter easdem, ad arma decurrere, quacunque tandem ratione ſive ex occaſione litium, ſive per ſequentiam illius: in quo vterque Rex manent vnanimes & pares.

Actum Muſonij quinto die Martii. 1626.

Signatum.

Dangennesius &
Comes Dux Sanlucarii.

Quoniam verò Rex vterque, qui conſensère in tranſactione ejusdem diei, in hunc præſentem & clandeſti-

num

hum articulum „ procedunt ſinceré omninò & regiâ mente, cùm deſiderio pari pacis ſecuræ & ſtabilis, ad quam nòn liceret pervenire, niſi ea promitteretur & conſtitueretur clandeſtinè, propter tumultus, qui poſſunt exurgere ex auſis ſecretis & parum æquis, aut arma, quæ fœderati alterutrius Coronæ poſſunt corripere, conſentiunt, promittunt, & paciſcuntur fide & verbo regio atque publico, ne alteru ra Corona, ob quemvis caſum, diligentiam aut inſtigationem, armis turbet alteram, aut opem ferat clandeſtinam publicamve adverſus ullum fœderatorum, quem rex alterùter per Italiam foverit, quin prius, & ante omnia alterutet rex in aula alterius per Oratorem, aut quemvis particularem expoſuerit rationes, ob quas fœderati tu bentur: adeò ut benevolè agatur de compoſitione, & declinetur (ubicunque juſtitia cauſæ nihil flagitet, & præter illos caſus, in quibus compoſitio & temperamentum locum non queant invenire, poſt tranſactionem & communicationem ſuperius definitam) uſus armorum propriorum in favorem Auxiliarium, quoniam alia ratione pax firma & ſecura conſtare nequit, utroque rege ad eam neceſſitatem redacto, ut ſeſe ſemper expoſitos videant ad vindicandum, quicquid fœderati alterius Coronæ, quacunque demum de cauſa, patiantur aut infuturum ſufferre queant.

Actum Mo[illegible]onij quinto die Martij 1626.

Signatum.

DANGENNESIUS &
COMES DUX SANLUCARII.

Articuli de apparatu bellico.

Quoniam præteri poſſet, apparatum bellicum non reſtitui, qui ſecundum indicem Pontifici Maximo fuit traditus, cum depoſitum minu mentorum fieret ſciendum eſt, defectum, ſi quis in eo apparatu, quem uſus & tempus

tempus abſumpſit & imminuit, inveniatur, nihil remoratu-turum deſtructionem illorum munimentorum, quam Maieſtates ipſæ, & clariſſimè Catholica, promittunt præſtandam intra unius menſis ſpatium, poſteaquam ea munimenta fuerint concredita poteſtati Pontificis Maximi; adeò ut Rex Chriſtianiſſimus teneatur ſatisfacere regi Catholico, aut miniſtri ipſius de apparatu illo, qui deeſſe comperietur, modò res ſit alicujus momenti.

Actum Muſonij, quinto die Martij, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto.

CAPVT. V.

Declaratio regis Chriſtianiſſimi, qua explicantur aliqui articuli transactionis Muſonianæ facta in caſtris ad Rupellam die 6. Iunii Anno 1628.

LVdovicus, per gratiam Dei Rex Galliæ & Navarræ, omnibus præſentes haſce literas viſuris Salutem.

Motus, turbæ & diffidia, quæ ab aliquot annis curſum tenuere in provincijs clariſſimorum noſtrorum Amicorum primi ordinis, ſociorum & fæderatorum, dynaſtas trium Ligarum per Rhætiam, tam vehementer ſibi advocarunt & attraxerunt noſtram vigilantiam & ſollicitudinem, ut publicè teſtatum pateat nobis cauſam illius reipublicæ non minus fuiſſe cordi, quam compendium propriæ Coronæ, ubi primum certiores redderemur de propenſionibus & diffidijs, quæ corpus trium illarum ligarum corripuerant, Accurrimus igitur promtè miſſis familiaribus Oratoris noſtri in illis locis, ut ſiſteremus torrentem & impetum primi illius motus.

Quam-

Quamprimum itaque adverſus mentem noſtram, ad monitionem & conſilium pervaſiſſet violentia, ad mutationem, quam Vallis Telina ſenſit, nullum excogitari poteſt mediū, quod adhibeere præter miſerimus, nec officium optari, quod non expedierimus; ad tentandas vias amicabiles Negotiationis, ut repararentur innovationes, quæ in optimam illius reipublicæ partem incubaverant, etiam provinciis fæderatorum noſtrorum correptis.

Quod ſi in eo concurſu tempeſtatis extrema ſumus uſi patientia, judicandum perinde relinquimus, annon perdiderimus ſpem, exhibendi noſtris fæderatis per proceſſum hunc languidum & ſuſpenſum patrocinij noſtri effecta, quando vigore, fortitudine & ſumtū, opem ipſis tulerimus, cum principibus unitis, qui ex eodem nobiſcum inſtituto arma expediebant, uti ſeries rerum paruit. Quemadmodum verò in univerſo curſu rerum nullum alium ſcopum habuimus, præter reſtitutionem Rhetorum, de quibus agitur, noſtrorum utique federatorum, qua gaudere poſſent ſummo imperio & potentia eorum, que ante poſtremos hoſce modus tenebant, adeo ut ipſi cum ſubditis ſuis vivere queant in optatā pace, unione & concordia, quam nos deſideramus, & eo modo obſervate in publicum beneficium jura & emolumenta, que iſta Corona ſibi acquiſivit per fedus cum hac republica initum: libenter ſumus aſſenſi tranſactioni Muſonianæ, inſtitutæ & perfectæ quinto die Martii, anno vicesimo ſexto ſupra milleſimum ſexcenteſimum, inter nos dilectiſſimum noſtrum juxta & amantiſſimum fratrem ac affinem, regem Hiſpaniæ, eoque magis, quod ſine detrimento alterutrius Coronæ obtinuimus finem, quem nobis propoſueramus.

Cum autem poſtmodum in executione illius tranſactionis diverſæ opiniones & ſententiæ dirimerent Rhætos & vallenſes cū Comitatenſibus Wormatiæ atque Clavennæ, de genuino ſenſu quorundam articulorum, unde diſſidia priora poſſent reſuſcitari, poſtquam non ſine magno labore fuere extincta & definita, aſſenſimus, ſecundum tenorem articuli decimi noni, qui

 tea

tes dubias ad amicabilem declarationem & interpretationem utriuſque coronæ, remittit ſæpius exinde quæſitam, ut rex Hiſpaniæ, affinis noſter eas explanaret, aut nobiſcũ ordinaret, adeòque complures difficultates decideret, quæ intercurrere poſſent, ex ſerie illius tranſactionis, id quod dilatum fuerit.

Nos ſanè cupientes prævenire quoſcunque caſus, qui quieti communi noſtrorum fœderatorum, adeoq; tranquillitati publicæ officere poſſent, executionemque tranſactionis Muſonianæ maturare per eundem candorem juſtitiam & ſinceritatem, quam ſervavimus in eâ concludenda, in explicatione, quâ par eſt fide, genuini ſenſus per aliquos articulos, declaravimus & declaramus iſtis literis noſtrâ manu ſignatis, quæ ſequuntur.

Articulus Primus.

Ut ſecundum primum articulum illius tranſactionis Muſonianæ univerſa pacta, cum Rhætis ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto, adeòque die perfectæ tranſactionis, per quemcunque & nominatim Lindarienſia Mediolanenſia, Coyana atque alia quæcunque generatim, inita in eo tempore, ſine ulla exceptione relinquantur ſublata, revocata & annullata, tanquam nulla, & nunquam facta, ſervatis nihilominus juribus, quæ inveniuntur in Comitatu Tyrolenſi per Lenghadmæam inferiorem, & in linea directionum, ſecundum priſca conventa, quibus nihil detritum volumus. Cætera quæ de rebus Vallis Telinæ propoſita & diſputata fuère, relinquentur pariter annullata, quatenus non penitus concordant cum traſactione Muſoniana, juxta articulum decimum nonum.

II. Ut perinde ex ſerie ejuſdem articuli primi, uti patet in tranſactione Muſoniana, qui cauſam Rhætorum Vallenſium & Comitatenſium Wormatie atque Clavennæ in eum ſtatum reſtituit, in quo fuerint anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, adeò ut nihil prorſus mutetur aut innovetur, quin in temporis illius ſtu-

ta-

cum reſtituatur, præter reſervationem in eadem tranſactione comprehenſam; Rheti plene reſtituantur & ſtabiliantur in authoritatem, ſeperioritatem et ſupremam potentiam, quam in illas provincias Vallis Telinæ Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo habuerint Vt ipſis ſolis, tanquam ſupremis dominis, non vere incolis illorum locorū, ſubditis utique, competat paciſci de pace, fœribus et bello cum quocunque, aperire aut recuſare tranſitus per eandē patem, jus cudendi momenta, jus vectigalium, ſubſidiorū et tributorum, adeò ut nefas ſit Vallenſibus quicquam eorum imponere mercibus advectis et exportatis, ſive verſus regionem Rhætorum, ſive aliorſum, abſque literis et conſenſu Rhætorum, quibus generatim relinquetur diſpoſitio cæterorum jurium omnium, uſi illis prius fruebantur, ante annum milleſimum ſexcenteſimum decimum ſeptimum, ſine ullâ exceptione aut reſtrictione; niſi, quæ ſpectant bonum pacis, et recta rationem quietis et tranquillitatis mutuæ inter Rhetos et Vallenſes, et particulariter, adeò que denominatè comprehenduntur, declarantur et exprimuntur per articulos tranſactionis illius Muſonianæ.

III. Vt tranſactiones quæ Vallenſibus inter eſſent et cum Wormatienſibus per tempeſtatem [illegible] omnino; aliæque inter eos ſubditos forte initæ, nulla cenſeantur, & tanquam nunquam factæ, ut omnia reſtituantur in primum ſtatum.

IV. Vt omnes omninò ſententiæ latæ à præfectis Vallis Telinæ & Comitatuum, ab anno Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, in detrimentum Rhætorum annullatæ relinquantur & ſublatæ; quoniam reſtituendi ſunt in priora ſua jura, nomina, ratiōes & actiones in poſterum; exceptis & ſepoſitis attamen illis ſententiis, ubi partes fuere abditæ, & conſenſere.

V. Similiter ut omnes ſententiæ & deciſiones latæ per Vallenſes & Comitatenſes, ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, relinquantur annullatæ atq; ſublatæ: intelliguntur tamen univerſæ illæ, quæ per ipſos, aut judices ipſorum ſolitos, in locis ſolitis, in cauſis civilibus & crimi-

criminalibus tranſactiones & arbitria, quæ ante annum milleſimum ſexcenteſimum vigeſimum evenere, habere locum, et inviolabilem obſervationem, juxta propriam formam et tenorem, adeo ut ex nulla cauſa quæcunque demum ea fuerit, revocari queant.

VI. Ut ex ſerie ſecundi articuli, qui patet in tranſactione *Muſoniana*, nefas ſit per Vallem Telinam, et Comitatus Vormaiæ atque Clavennæ, ullo unquam tempore aliud exercitiũ religioni, præter quã Catholicæ Apo. & Romanæ ſeculis omnibus aliis haberi. Permittetur tamen Rhætis æque ac aboriginibus Vallis Telinæ & Comitatuum, proteſtantibus, qui in d verſa loca abiére habitatum, illuc liberè accedere, & per aliquot menſes commorari, ad colligendas fruges & cenſus, ſine exercitio ſuorum ſacrorum, & ſcandalo dato; adeo ut non queant turbari in perſonis, aut facultatibus, ex ratione fidei alienæ. Licebit etiam illis divendere aut alienare facultates ſuas, ſine ullo tumultu & impedimento: fiet etiam catalogus præfectorum, poteſtatum, qui præfuturi ſunt per vallem Tellinam & Comitatus Rhætorum ac vallenſium ab ipſis valenſibus, in bona & legitima forma extra ambitum & monopolia, adeo ut confirmatio eorundem indulgeatur à Rhætis in tempore, & ad formam tertio tranſactionis Muſonianæ articulo præſcriptam.

VII. poteſtates, præfecti, & alij electi atque mandatarii ad juſtitiæ adminiſtrationem, cuſtodient & obſervabunt priſcas leges. Deciſiones & Statuta vallis Telinæ, uti viguére anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo in forma, & perinde ab eo tempore, uſque ad annum milleſimum ſexcenteſimum vigeſimum in uſu fuere, adeo ut nefas ſit, eoſdem incolas vallis Telinæ & Comitatuũ novas leges & Conſtitutiones condere.

VIII. Ut ſors annua, quam vallenſes tenentur adnumerare Rhætis, loco utilitatis publicæ & particularis, quæ ex juſtitia, & magiſtratu à vallenſibus & Comitatenſibus ad eos redibat, revelaſolvatur, ad rationem

viceſimam

vicenarum ſextarum, viginti quatuor bacionibus in ſcutatos ſingulos, juxta curſum & uſum provinciæ computatis, per quemlibet annum, principio ſumto, à die munimentorum per vallem Telinam et Comitatus vvormatie atque Clavenne, deſtructorum et ſolo æquatorum, juxta tranſactionem particulatem, quæ nobis cum rege fratre noſtro et affine, decimo nono die Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto interceſſit, et formaliter fuit confirmata. In eum finem procedendum eſt, quamprimum fieri poterit, ut pecuniarum illarum collecta inſtituatur apud vallenſes et Comitatenſes, antequam, et donec ordo ſaciatur de ſolutione Rhætis certo preſtanda, non tenentur recipere et confirmare Præfectos atque poteſtates valles Telinæ et Comitatuum, qui exhiberi poſſent; minus etiam privari cenſu illo annuo viceſime ſexte et preteriti et futuri temporis, incipietque ſolutio ex ſerie tranſactionis ſuperioris, que facta eſt viceſimo ſecundo decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, die quinto Martij anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo, quo die munimenta deſtruenda ſunt, et copie ex illis locis deducende, ex quo adminiſtratio iuſtitie libera fuit relicta et in tranquilla poteſtate vallis Teline et Comitatuum, unde et continuatur huc uſque.

IX. Quoniam vero ſors illa annua viginti ſex librarum conceſſa eſt Rhaetis in locum utilitatis publicae & particularis, qua fruebantur anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, ex adminiſtratione juſtitiæ & magiſtratuum jure, fruentur præter ſortem dictam omnibus juribus dominicalibus, cenſibus, redditibus vectigalibus, tributis & alijs, quibus fruebantur in eodem anno per Vallem Telinam & Comitatus, quæ curabunt colligi per ſuos præfectos, exceptis juribus & emolumentis juſtitie, mulctarum & fiſci, que competent Vallenſibus, per omnia uti agebant in eodem anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, adeò ut neque turbari, neque impedirj ulla ratione & modo quocunque poſſint, aut Vallenſes & Comitatenſes

ra enſes Wormatiæ atque Clavennæ, cum prætextu ſo. veri ſe ſortis annue, pretendere queant jura illa ſibi competere

X. Cæteri articuli tranſactionis illius quorum ſenſus eſt a 'eòd u.idus ut ulterio e explicatione nihil egeat teneb.ntur, cuſt dientur & obſervabuntur à Rhætis V.llenſibus & incolis Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, pro ſua quilibet forma & tenore, unde nos promittimus fide et verbo regio, his æque ac illis omne ſubſi iu n aux lium & patrocinium, ut fruantur, conſerven & tovi labi iter ſuſtentent tranſactionem illam in ſuo vigo e quam etiam Rhæti tenebuntur acceptare, ſiue ulteriore terg verſatione, juxta tenorem explicitum. Hæc enim e nostra volunt.s in cuius rei teſtimonium juſſimus noſtrum ſignum a, pendi ad iſtas literas. Datæ in caſt is au Rupellam, d.e ſexto Junij, anno gratiæ 1628. regni noſtri XIX.

CAPVT VI.

Tranſactio Ligain unda inter pontificem Maximum regem G.llie, Ducem Sabaudiæ Venet. s & Mantu mani. Facta 8. Mar ii 1629. approvata a Duce Sabaudia 20. Martii 1629

Poſtquam oppreſſio, quam Hiſpani intulerunt Duci Mantuan Regem coegit ſuam rem neg igere, ut præſens tranſiret cum trigin a millibus ped tum, & tribus millibus equitum, oppitulatum Duci, quemadmodum a pluribus Orbis Chriſtiani Principibus, & principaliter 1s, qui potiores dynaſtias Italiæ poſſident, & re... vires & arma neceſſam ... com-

munnem adhibere Pontifex Maximus Rex. & Sereniſſima Venetorum Reſpublica, quia ad opem Duci ferdinandi ſeſe univerunt, nullâ alia de cauſa ea olum ... ve, niſi ut ſe dera... tos protegerent & Italiæ quietem procurarent, imò univerſo Orbi Chriſtiano conſiderantes *nihil* ab... um iri, ſi præſer ... hoc rerum ſt tu arma ſua conjungerent, ut aſſerant provincias Duci Mantuano cum p ... ſus ... ceſſum ſit, occaſiones iſtiuſmodi incommodorum, ne in poſterum reciprocentur, in detrimentum ſecuritatis, quæ omnes Italiæ Principes ſpectat, & pacis, quam univerſus orbis Chriſtianus expetit, arceri, ... imum & ultimum eſtimarunt Ligam & unionem perpetuam inter ſeſe & Ducem Mantuanum ſancire, juxta conſenſum in articulos ſequentes.

I. Omnes tenentur & obligantur, ſi aliquis ipſorum in provin ... ijs ſuis vim hoſtilem patiatur a quocunque malevolo, & principaliter ab a ... is ex tenore præſentis Unionis adhibere vires ſuas, in defenſionem ... unque quam nemo deſereret donec oppreſſus ab *hoſti* ... invaſione penitus liberetur.

II. In eum finem Pontifex Maximus contribuet octies mille pedites, & octingentos equites: Rex vicies mille pedites & bis mille equites: Reſpublica venetorum, duodecies mille pedites & mille ducentos equites et Dux Mantuanus quinquies mille pedites & quingentos equites.

III Quod ſi Gallia ſuppeditet potiorem exercitum quemadmodum id apparet per hanc occaſionem, uniti vires itidem adducent copioſiores, ad rationem ſuperioris numeri.

IV. Univerſæ iſtæ copiæ alentur & rebus neceſſarijs inſtruentur, utpote annonâ, tormentis et apparatu bellico eorum ſumtibus, à quibus ſcribendæ ſunt, idque couſque, dum *hoſt*ilia exercentur, et quicunque invaditur, in ſtatum rerum ſuarum præſentem reddat.

V. Quod ſi tanto militis numero opus non ſit ad effectum optatum, quilibet Unitorum imminuet numerum quem tenebatur ad rationem ſuperiorem præſtare, idque ex communi conſenſu.

tur promtiores & actiores ad obſervationem iſtorum pactorum, ſi fortè obſtinatio illorum eò vſque procederet vt loco executionis; publico conſilio ad arma convolarent,& publicè deregarent; vterque rex eos declarabunt,& declarant ab hoc ipſo momento, quemadmodum & tum,in perpetuum excluſos & privatos pecuniarum in primo articulo dictarum ſumma, quam Vallenſes & Comitatenſes ſolvere tenentur; ad eundem modum etiam jure confirmandi judices, Gubernatores & Magiſtratus, quos illi Vallenſes & Comitatenſes electuri eſſent. Quod ſi nec hoc modo ſiſtatur libido contraveniendi, vterque rex pro arbitrio mutuo conſtituent ſimul pœnam graviorem,quam etiam ex condicto irrogare tenebuntur.

X. Ut Pontifex Maximus edoceat per Nũtios vtrumque regem, quàm enormiter peccent Rhæti in rebus religionem ſpectantibus: vbi etiam Pontifex Maximus contraventionem declarauerit, vterque Rex certior factus,eandem declarationem Rhætis ſignificari curabit, per Nuntium Apoſtolicum, in provinciis Helvetiorum Catholicorum commorantem, ne cauſam ignorantiæ prætendere queant, quin vt potius teneantur deſiſtere ab offenſa,& officium repetant: Quod ſi negligant intra quartum menſem poſtea, qui incipiant ab ipſo die perlatæ declarationis; tenebuntur Rex vterque coniunctâ opera vias debitas & rationi congruas, adeòque permiſſas inſiſtere, vt ſeſe Rhætis opponant, & Vallenſes protegant: Rex verò Galliæ particulatiter officium faciet, ſi Zelum & pietatem exerat,potentiamque ſuam producat & authoritatem, vt eos ad officium redigat; multumque aberit à ſuppetiis ferendis vllis,ſive publicis,ſive clandeſtinis,quibus prævalere illi queant.

XI. Quod ſi forſan ferat. Rhætos, publica arma expedire in Vallenſes & Comitatenſes VVormatiæ atque Clavennæ,quacunque demum de causâ, ſive publicè, ſive particulariter; vtraque Corona certior facta, oratoribus ſuis regiis iniunget, vt promptè & ſine mora operam ſumant,ad eos pacificandos. Quo ſi eorum authoritas id minus obtineat, vterque Rex fidem interponit, de con-

jun-

jungenda invicem ſua authoritate,] facultatibus & poteſtate, vt turbatores ſentiant pœnæ gravitatem, quæ iſtiusmodi turbis debetur, juxta tenorem Capitulationis ſuperioris, cuius ſummum eſt caput, vt excluſi cenſeantur jure confirmandi electionem illorum judicum, Gubernatorum aut Magiſtratuum; quin etiam perdant ſortē annuam, quam in eum finem Vallenſes & Comitatenſes ipſis adnumerare tenentur: addita etiam graviſſima pœna, quæ vtrique regi videbitur, juxta articulum nonum, ſuperius ſcriptum. Præterea etiam notandum, declarationem vtriusque regis, quæ ſpectat illam pœnam pro arbitrio & ſententia vtriusque ſepoſitam, exhibendam eſſe continuò poſt quatuor menſes, quorum ſuperius eſt facta mentio, ſine mora vlteriore præteritos.

XII. Ut quocunque tempore eveniat, Vallenſes & Comitatenſes VVormatię atque Clavennę, frangere vniverſam obſervationem iſtorum pactorum, aut partem eorū aliquam, quatenus Religionem Catholicam, aut articulos civiles ſpectant; quamprimum id fuerit manifeſtum, vterque Rex illos declarabit exutos privilegijs, quęcunque conſtituta fuerint in illorum gratiam per Maieſtatem vtriusque, quæ expediri voluit, & ipſis procurare tantum bonum, & iſtam tranquillitatem, non exigua ſollicitudine & opera: rexque Hiſpaniæ particulariter ſuſcitabit Zelum ſuum & pietatem, potentia atque authoritate in eis ad officium redigendis exertā, adeò vt longiſſimè ſit abſfuturus ab omni ope ſive publica, ſive clandeſtina, qua illi fulciantur in contraventione,

XIII. Vt omnia quęcunque hactenus dicta & tranſacta ſunt intelligantur ad prępſuppoſitionem, ſcilicet ante omnia, & primo loco munimenta per Telinam, & Comitatus Wormatiæ atque Clavennæ, & quidquid in locis illis fuerit occupatum per exercitus Ligæ, etiam illos Maieſtatis Catholicæ, in hiſce viciſſitudinibus, planè reſtituantur in manus Pontificis maximi.

XIV. Vt exercitus vtriusque regis & fœderatorum vtrinque deducantur ex illis locis, vnde Rhætis nefas ſit, in limite, qui obiicitur Valli Telinæ, & Comitatibus VVormatiæ atque Clavennæ, habere præſidia inſolita, & numero-

moroſiora, quam quæ habuère ante iſtas viciſſitudines, Rex idem pariter obſervabit in limite adverſus agrum Mediolanenſem; adeo ut particulariter conventum etiam ſit, ne Rhætis fas ſit militem, copias, præſidia in Vallem Telinam & Comitatum VVormatiæ atque Clauennæ immittere, ut vis & præſentia armorum quæ Vallenſes exhorreſcerent, ne temeret liberum uſum religionis Catholicæ juſſitiæ aurationis gubernandique quæ hiſce pactis eſt conſtituta.

XV. Utpropter tumultum, qui apud Genoveſates cæpit, uterque Rex, quiſque cum principe fœderato teneantur facere officium, continuo valeat armiſtitium inter ipſos; auxiliares vero ingreſſi nomine utriuſque legis utrique ſiſtantur ex hoc ipſo momento, quod ſolummodo moverint ut fœderatis opitularentur. Fidem ſic interponunt ſuâ Maieſtates regiæ, ſeſe operam daturas, ſi forte caſum id ferat, ne ullæ iſtarum copiarum, quas ex ſubditis aut fœderati, contraxère faciant ullum progreſſum, aut nova facinora adverſus ſeſe invicem.

XVI. Quoniam vero per illud armiſtitium ad finem tranquillitatis publicæ propoſitum non pervenitur, quem tamen Zelus egregius vtriusque regis conſtituit, reciprocam dant fidem omnia pro viribus facere, quiſque vna cum Principe fœderato, vt conveniant in arbitros, & auferent atque componant quascunque lites ſub ortas, aut quæ præſenti hoc tempore obiiciantur aut objectæ fuerint ante hac, ob motus & ſtatuum viciſitudinum præſentium. Ad que ex hoc ipſo momento vtraque Corona ſeſe componit, quemadmodum etiam compromiſit & ſtipulatur in eum finem quatenus ſua intereſt.

XVII. Ut que vterque Rex de facultatibus ſubditorum corripuit, remittantur, adeo vt primo addatur ſatisfactio Londinenſis Galiſabtæa & Caletana, quæ diſceptetur ab Oratoribus ad vtramque aulam, aut ab ijs, quos Rex uterque negotio adhibendos cenſuerit.

XVIII. Rex Catholicus ſatis habet ex hoc ipſo momento, vt quæ hactenus ſunt tranſacta, ſignata & firmata ab vtroque rege, adeòque ſingula ad ipſum ſpectantia, vt quævis munimenta, per Vallem Telinam & Comi-

Comitatus VVormatiæ atque Clavennæ; nullo penitus excepto, extructa videlicet inde ab anno viceſimo, ſupra milleſimum ſexcenteſimum, extemplò deſtruantur & ſolo æquentur à Pontifice Maximo adeòque Gubernatori Mediolanenſi, aut quicunque poteſtate & procuratione illa fuerit inſtructus, quicquid tormentorum, & apparatuum bellicorum Pontifici Maximo juxta indicem fuit traditum, reddatur: vnde non tantum conſentit in omnia ſuperiora *Maieſtas* Catholica, ſed etiam vehementer rogat Pontificem maximum, vt continuo iſta det executioni, cum hâc prætterea explicatione, vt ne munimenta à quoquam, per quemcunque prætextum fas ſit reſtaurari.

XIX. Quoniam verò ſæpius actum fuit de modo & formâ componendi iſtius negotii, transactionibus in eum finem ſuſceptis omnem effectum fugientibus, vterque Rex intelligit & declarat, præſentem hunc & ſolum actum in effectum eſſe deducendum, & executioni mandandum; quibuscunque alijs actibus transactionis in hac cauſa ſublatis, quatenus non penitiſſimè conveniunt huic actui, cuius declarationem in rebus dubiis, quæ religionem Catholicam ſpectant, ex hoc ipſo momento Pontifex Maximus ſibi, Sedi Apoſtolicæ & ſacro Collegio reſervat & ſeponit; reliquis rebus quibuscunque ad amicabilem declarationem & interpretationem vtriuſque Coronæ remiſſis; quæ abundantius etiam conſenſêre in quatuor menſes, quorum exordium ducatur à ſexto die Martii menſis, hoc ipſo anno, vt hanc compoſitionem comprobent, quorum intereſt, cum ipſorum commodum in causâ hac communi verſetur.

Articuli iſti concluduntur & ſignantur vnanimiter & pariter à Comite Rupepotii, Conſiliario intimo regis Chriſtianiſſimi & oratore per Hiſpaniam; & à Comite San-Lucarii, conſiliario intimo regis Catholici, cuſtode corporis regii & protoſtabulario, adeo vt vterque ſe ſe adſtringat, virtute poteſtatis à regibus, dominis ſuis ſuſcepta, quò capita iſtius transactionis maneant firma & ſecura idque ad eundem modum data etiam fide, de tradenda reciprocè mutua ratihabitione transactionis iſtius,

ſtius, quam domini ſui approbaverint & ſignarint; in formâ ſolitâ, in ſpatium quatuor menſium, ab hoc ipſo die ſcripto, ſublatis & revocatis utrinque quicunque caſus obrepſerint, aut porrò obrepere poſſint, vſque ad ratihabitionem, & promulgationem iſtius tranſactionis & pacti.

Actum Muſonij, quinto die Martij. 1626.

Signatum.

Dangeddesius &
Comes, Dux Sanlucarii.

Articuli clandeſtini.

Quoniam tranſactioni eiuſdem diei, quo tranſactum fuit, inſertum, non legitur, quod articulus ille comprehendit, propter certam & benevolam reverentiam, Comes Rupepotij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, & orator per Hiſpaniam: tum Comes Dux San-Lucarij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Catholicæ, cuſtos corporis regij & protoſtabularius conſenſère, vt idem articulus, tametſi clandeſtinus, eandem vim habeat, ac ſi in hac tranſactione comprehenderetur, vnde & ratus habebitur ad eandem formam, qua ipſa tranſactio, & ſignabitur manu vtriuſque regis.

I. Poſtquam vterque Rex, propter certam & benevolam reverentiam ſeſe mutuo non ſatis explicaverint per verba clariſſima in articulo decimo ſexto tranſactionis Muſonianæ, qui in quintum diem Martij, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, incidit, qua formâ tandem cauſa, rationes, & nomina, ex quibus poſtremi motus & viciſſitudines Genoveſates extitêre, adeòque reliquæ mutationes, quæ in idem tempus per ea loca incidêre hac ipſa tranſactione & articulo iſto clandeſtino concludãtur promittunt ſibi invicem primo loco, ſeſe ex iſta cauſa nullã occaſionẽ faſtidij, nec benevolẽtiæ tepidioris ſumturos quin è contrario, cum omni ſinceritate proceſſuros, vt

deſti

deſtituant & pacificent duos illos Principes, quorum in tereſt. Quod ſi fortè illi Principes nollent admittere viam arbitrij, aut aliam quamcunque proponendam & indagandam, aut etiam rem differrent, tum vterque Rex inter ſeſe medium apprehendent adeò æquum & certum, elapſis videlicet quatuor menſibus, qui in hac transactione memorantur, quod fæderati penitiſſimè cogantur amplecti,

Actum Muſonij, die quinto Martij. 1626.

Signatum.

DANGENNESIUS &
COMES DUX SANLUCARII.

II. Quoniam articulus de munimentorum deſtructione transactioni inſertus, temporis rationem adeò definitam, non infert, nec etiam modum, quem vterque rex in illa deſtructione ſervari vellent. vterque rex, propter certam & benevolam reverentiam, ſibi invicem promittunt, omnem ſeſe operam navaturos, adeoque nulli operæ parſuros, quin extemplò & ſine vlla tergiverſatione, munimenta illa deſtruantur, tametſi omnis fiducia colloceturin ſanctam mentem Pontificis Maximi, qui ſecundum preces, in hac transactione conſtitutas, continuò effectui daret deſtructionem illam. Etiam ſecundum ratihabitionem iſtius transactionis vterque rex id vehementer petunt per ſuos Oratores, quicquid Pontificem Maximum verſantur à cuius benignitate ſibi promittunt omnem benevolam opem.

Actum Muſonij, quinto die Martii. 1626.

Signatum.

DANGEDNESIUS &
COMES DUX SANLUCARII.

III. Quoniam transactioni ejusdem diei in hoc ipſo articu-

articulo non fuit inſertum, quod idem articulus contin-
net, propter certam & benevolam reverentiam; Co-
mes Rupeporii, Conſiliarius intimus Maieſtatis Chri-
ſtianiſſimæ, & orator per Hiſpaniam; & Comes Dux San-
Lucarij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Catholicæ, cu-
ſtos corporis regij & protoſtabularius, conſensêre, vt
ille articulus, tametſi clandeſtinus, eandem vim habeat,
ac ſi in ipſa hac tranſactione comprehenderetur, etiam
ratus habeatur ad eandem formam, quâ eadem tranſactio
ſignatur ab vtroque rege.

Quod ſi Rhæti, Vallenſes & Comitatenſes VVormatiæ
atque Clavennæ non tranſigant de ſumma ſorte pe-
cuniarum, quam Vallenſes & Comitatenſes tenebuntur
adnumerare Rhætis, quemadmodum illis conceditur
per tranſactionem, quæ incidit in quintum diem Martij,
anno viceſimo ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, vter-
que Rex apprehendent aliquod medium in hac lite quo
partes redigant ad æquitatem: itaque ex hoc ipſo mo-
mento, quemadmodum & tum, vterque Rex declarant
& promittunt, nunquam ſeſe conſenſuros, neque permiſ-
ſuros, vt vis ex alterutra parte adhibeatur in hac cauſâ par-
tium, neque etiam in poſterum ob quasvis lites, quę inter
Rhætos & Vallenſes ſuboriri queant: lites autem eas vter-
que rex juxta iſtud promiſſum definient ex ſua authorita-
te & negotiatione, adeò vt minimè patiantur, partes ipſas,
aut ſeſe propter easdem, ad arma decurrere, quacunque
tandem ratione ſive ex occaſione litium, ſive per ſequen-
tiam illius: in quo vterque Rex manent vnanimes & pares.

Actum Muſonij quinto die Martii. 1626.

Signatum.

DANGENNESIUS &
COMES DUX SANLUCARII.

Quoniam verò Rex vterque, qui conſensêre in trans
actione ejusdem diei, in hunc præſentem & clandeſti-

num

bum articulum, procedunt ſinceré omninò & regiâ mente, cùm deſiderio pari pacis ſecuræ & ſtabilis, ad quam nòn liceret pervenire, niſi ea promitteretur & conſtitueretur clandeſtinè, propter tumultus, qui poſſunt exurgere ex auſis ſecretis & parum æquis, aut arma, quæ fœderati alterutrius Coronæ poſſunt corripere, conſentiunt, promittunt, & paciſcuntur fide & verbo regio atque publico, ne alteru ra Corona, ob quemv s caſum, diligentiam aut inſtigationem, armis tribet alt ram, aut opem ferat clandeſtinam publicam ve adverſus ullum fœderatorum, quem rex alterutrer per Italiam foverit, quin prius, & ante omnia alteruter rex in aula alterius per Oratorem, aut quemvis particularem expoſuerit rationes, ob qu s fœderati tu bentur: adeò ut benevolè agatur de compoſitione, & declinetur (ubicunque juſtit à cauſæ nihil fla itet, & præter illos caſus, in quibus compoſitio & temperamentum locum non queant invenire, poſt tranſactionem & communicationem ſuperius definitam) uſus armorum propriorum in favorem Auxiliarium, quoniam alia ratione pax firma & ſecura conſtare nequit, utroque rege ad eam neceſsitatem redacto, ut ſeſe ſemper expoſitos videant ad vindicandum, quicquid fœderati alterius Coronæ, quacun qu demum de cauſa, patiantur aut in futurum ſufferre queant.

Actum Mõſonij quinto die Martij 1626.

Signatum.

DANGENNESIUS &
COMES DUX SANLUCARII.

Articuli de apparatu bell co.

Quoniam præteri poſſet, apparatum bellic m non reſtitui, qui ſecundum ind cem Pontifici Maximo fuit traditus, cum depoſitum mun mentorum fieret ſciendum eſt, defectum, ſi quis in eo apparatu, quem uſus &

tempus

Quàmprimùm itaque adverſus mentem noſtram ; ad monitionem & conſilium pervaſiſſet violentia ; admuatationem, quam Vallis Telina ſenſit, nullum excogitari poteſt mediū, quod adhibeere præter miſerimus, nec officium optari, quod non expedierimus ; ad tentandas vias amicabiles Negotiationis, ut repararentur innovationes, quæ in optimam illius reipublice partem incubaverant, etiam provinciis fœderatorum noſtrorum correptis.

Quod ſi in eo concurſu tempeſtatis extrema ſumus usi patientia, judicandum perinde relinquimus, annon perdiderimus ſpem, exhibendi noſtris fœderatis per proceſſum hunc languidum & ſuſpenſum patrocinij noſtri effecta, quando vigore, fortitudine & ſumtu, opem ipſis tulerimus, cum principibus unitis, qui ex eodem nobiſcum inſtituto arma expediebant, uti ſeries rerum patuit: Quemadmodum verò in univerſo curſu rerum nullum alium ſcopum habuimus, præter reſtitutionem Rhetorum ; de quibus igitur, noſtrorum utique fœderatorum, qua gaudere poſſent ſummo imperio & potentia eorum, que ante poſtremos hoſce modus tenebant, adeo ut ipſi cum ſubditis ſuis vivere queant in optata pace, unione & concordia ; quam nos deſideramus, & eo modo obſervare in publicum beneficium jura & emolumenta, que iſta Corona ſibi acquiſivit per fedus cum hac republica initum ; libenter ſumus aſſenſi tranſactioni Muſonianæ, inſtitute & perfecte quinta die Martii, anno viceſimo ſexto ſupra milleſimum ſexcenteſimum, inter nos dilectiſſimum noſtrum juxta & amantiſſimum fratrem ac affinem, regem Hiſpaniæ, eoque regis. quod ſine detrimento alterutrius Corone obtinuimus finem, quem nobis propoſueramus

Cum autem poſtmodum in executione illius tranſactionis diverſæ opiniones & ſententiæ dirimerent Rhætos & vallenſes cū Comitatenſibus Wormariæ atque Claveniæ, de genuino ſenſu quorundam articulorum, unde alia priora poſſent reſuſcitari, poſtquam non ſigno labore fuere extincta & definita, aſſenſimus, ſecundum tenorem articuli decimi noni, qui

tes dubias ad amicabilem declarationem & interpretatio-nem utriuſque coronæ, remittit ſæpius exinde quæſitam, ut rex Hiſpaniæ, affinis noſter eas explanaret, aut nobiſcũ ordinaret, adeòque complures difficultates decideret, quæ intercurrere poſſent, ex ſerie illius tranſactionis, id quod dilatum fuerit.

Nos ſanè cupientes prævenire quoſcunque caſus, qui quieti communi noſtrorum fœderatorum, adeoq; tranquillitati publicæ officere poſſent, executionemque tranſactionis Muſonianæ maturare per eundem candorem juſtitiam & ſinceritatem, quam ſervavimus in eâ concludenda, in explicatione, quâ par eſt fide, genuini ſenſus per aliquos articulos, declaravimus & declaramus iſtis literis noſtrâ manu ſignatis, quæ ſequuntur.

Articulus Primus.

Ut ſecundum primum articulum illius tranſactionis Muſonianæ univerſa pacta, cum Rhætis ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto, adeòque die perfectæ tranſactionis, per quemcunque & nominatim Lindarienſia Mediolanenſia, Coyana atque alia quæcunque generatim, inita in eo tempore, ſine ulla exceptione relinquantur ſublata, revocata & annullata, tanquam nulla, & nunquam facta, ſervatis nihilominus juribus, quæ inveniuntur in Comitatu Tyrolenſi per Lenghadmæam inferiorem, & in linea directionum, ſecundum priſca conventa, quibus nihil detritum volumus. Cætera quæ de rebus Vallis Telinæ propoſita & diſputata fuere, relinquentur pariter annullata, quatenus non penitus concordant cum traſactione Muſoniana, juxta articulum decimum nonum.

II. Ut perinde ex ſerie ejuſdem articuli primi, uti patet in tranſactione Muſoniana, qui cauſam Rhætorum Vallenſium & Comitatenſium Wormatie atque Clavennæ in eum ſtatum reſtituit, in quo fuerint anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, adeò ut nihil prorſus mutetur aut innovetur, quin intemporis illius ſtu-

cum reſtituatur, præter reſervationem in eadem tranſa-ctione comprehenſam; Rheti plene reſtituantur & ſtabiliantur in authoritatem, ſeperioritatem et ſupremam potentiam, quam in illas provincias Vallis Telinæ Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, anno millesimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo habuerint. Vt ipſis ſolis, tanquam ſupremis dominis, non vere incolis illorum locorũ, ſubditis utique, competat paciſci de pace, fœribus et bello cum quocunque, aperire aut recuſare tranſitus per eandẽ pacem, jus cudendi momenta, jus vectigalium, ſubſidiorũ et tributorum, adeò ut nefas ſit Vallenſibus quicquam eorum imponere mercibus advectis et exportatis, ſive verſus regionem Rhætorum, ſive aliorſum, abſque literis et conſenſu Rhætorum, quibus generatim relinquetur diſpoſitio cæterorum jurium omnium, uti illis prius fruebantur, ante annum milleſimum ſexcenteſimum decimum ſeptimum, ſine ullâ exceptione aut reſtrictione; niſi quæ ſpectant bonum pacis, et recta rationem quietis et tranquillitatis mutuæ inter Rhetos et Vallenſes, et particulariter, adeò que denominatè comprehenduntur, declarantur et exprimuntur per articulos tranſactionis illius Muſonianæ.

III. Vt tranſactiones quæ Vallenſibus inter ceſſerunt cum Wormatienſibus per tempeſtatem rebellionis, aliæque inter eos ſubditos factæ, nulla cenſeantur, & tanquam nunquam factæ, ut omnia reſtituantur in primum ſtatum.

IV. Vt omnes omninò ſententiæ latæ à præfectis Vallis Telinæ & Comitatuum, ab anno Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, in detrimentum *R*hætorum annullatę relinquantur & ſublatę; quoniam reſtituendi ſunt in priora ſua jura, nomina, ratiões & actiones in poſterum; exceptis & ſepoſitis attamen illis ſententiis, ubi partes fuere abditæ, & conſenſere.

V. Similiter ut omnes ſententiæ & deciſiones latæ per Vallenſes & Comitatenſes, ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, relinquantur annullatæ atq; ſublatæ: intelliguntur tamen univerſæ illæ, quæ per ipſos, aut iudices ij ſ[illegible]rum ſolites, in locis ſolitis, in cauſis civilibus & crimi-

criminalibus tranſactiones & arbitria, que ante annum milleſimum ſexcenteſimum viceſimum evenere, habere locum, et inviolabilem obſervationem, juxta propriam formam et tenorem, adeo ut ex nulla cauſa quecunque demum ea fuerit, revocari queant.

VI. Ut ex ſerie ſecundi articuli, qui patet in tranſactione Muſoniana, ne fas ſit per Vallem Telinam, et Comitatus Vvormatiæ atque Clavennæ, ullo unquam tempore aliud exercitiũ religionis, præter quã Catholicæ Apo. & Romanæ ſeculis omnibus aliis haberi. Permittetur tamen Rhætis atque ac aboriginibus Vallis Telinie & Comitatuum, proteſtantibus, qui in diverſa loca abjére habitatum, illuc liberè accedere, & per aliquot menſes commorari, ad colligendas fruges & cenſus, ſine exercitio ſuorum ſacrorum, & ſcandalo dato; adeo ut non queant turbari in perſonis, aut facultatibus, ex ratione fidei alienæ. Licebit etiam illis divendere aut alienare facultates ſuas, ſine ullo tumultu & impedimento: fiet etiam catalogus præfectorum, poteſtatum, qui præfuturi ſunt per vallem Tellinam & Comitatus Rhætorum ac vallenſium ab ipſis valenſibus, in bona & legitima forma extra ambitum & monopolia, adeo ut confirmatio eorundem indulgeatur a Rhætis in tempore, & ad formam tertio tranſactionis Muſoniane ariculo præſcriptam.

VII. poteſtates, præfecti, & alij electi atque mandatarii ad juſtitiæ adminiſtrationem, cuſtodient & obſervabunt priſcas leges, Deciſiones & Statuta vallis Telinæ, uti viguère anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo in forma, & perinde ab eo tempore, uſque ad annum milleſimum ſexcenteſimum viceſimum in uſu fuere, adeo ut nefas ſit, eoſdem incolas vallis Telinæ & Comitatuũ novas leges & Conſtitutiones condere.

VIII. Ut ſors annua, quam vallenſes tenentur adaumetare Rhætis, loco utilitatis publice & particularis, que ex juſtitia, & magiſtratu à vallenſibus & Comitatenſibus ad eos redibat, revera ſolvatur, ad rationẽ

viceнam

vicenarum ſextarum, viginti quatuor bacionibus in ſcutatos ſingulos, juxta curſum & uſum provinciæ computatis, per quemlibet annum, principio ſumto, à die munimentorum per vallem Telinam et Comitatus vvormatie atque Clavenne, deſtructorum et ſolo æquatorum, juxta tranſactionem particularem, quæ nobis eum rege fratre noſtro et affine, decimo nono die Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto interceſſit, et formaliter fuit confirmata. In eum finem procedendum eſt, quamptimum fieri poterit, ut pecuniarum illarum collecta inſtituatur apud vallenſes et Comitatenſes, antequam, et donec ordo ſaciatur de ſolutione Rhætis certo preſtanda, non tenentur recipere et confirmare Præfectos atque poteſtates valles Telinæ et Comitatuum, qui exhiberi poſſent; minus etiam privari cenſu illo annuo viceſime ſexte et preteriti et futuri temporis, incipietque ſolutio ex ſerie tranſactionis ſuperioris, que facta eſt viceſimo ſecundo decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, die quinto Martij anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo, quo die munimenta deſtruenda ſunt, et copie ex illis locis deducende, ex quo adminiſtratio iuſtitie libera fuit relicta et in tranquilla poteſtate vallis Teline et Comitatuum, unde et continuatur huc uſque.

IX. Quoniam vero ſors illa annua viginti ſex librarum conceſſa eſt Rhaetis in locum utilitatis publicae & particularis, qua fruebantur anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, ex adminiſtratione juſtitiæ & magiſtratuum jure, fruentur præter ſortem dictam omnibus juribus dominicalibus, cenſibus, redditibus vectigalibus, tributis & alijs, quibus fruebantur in eodem anno per Vallem Telinam & Comitatus, quæ curabunt colligi per ſuos præfectos, exceptis juribus & emolumentis juſtitie, mulctarum & fiſci, que competent Vallenſibus, per omnia uti agebant in eodem anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, adeòut neque turbari, neque impediri ulla ratione & modo quocunque poſſint, aut Vallenſes & Comitatenſes

ta enſes Wormatiæ atque Clavennæ, cum prætextu ſolven de ſortis annue, pretendere queant jura illa ſibi competere

X. Cæteri articuli tranſactionis illius quorum ſenſus eſt a ſeò d ucidus ut ulterio e explicatione nihil egeat tenebuntur, cuſtodientur & obſervabuntur à Rhætis Vallenſibus & incolis Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, pro ſua quilibet forma & tenore, unde nos promittimus fide et verbo regio, his æque ac illis omne ſubſi ium n aux lium & patrocinium, ut fruantur, conſervent & invi labi iter ſuſtentent tranſactionem illam in ſuo vigo e quam etiam Rhæti tenebuntur acceptare, ſiue ulteriore terg verſatione, juxta tenorem explicitum. Hæc enim e i noſtra voluntas in cuius rei teſtimonium juſſimus noſtrum ſignum a; pendi ad iſtas literas. Datæ in caſt is ad Rupellam, d e ſexto Junij, anno gratiæ 1628. regni noſtri XIX.

CAPVT VI.

Tranſactio Ligaiu unda inter pontificem Maximum regem Galliæ, Ducem Sabaudiæ-Venet s & Mantu inum. Facta 8. Mar ii 1629. approvata a Duce Sabaudiæ 20. Martii 1629

POſt quam oppreſſio, quam Hiſpani intulerunt *Duci* Mantuani Regem coegit ſuam rem neg igere, ut præſens tranſiret cum trigin a millibus ped tum, & tribus mi libus equitum, oppitulatum *Duci*, quemadmodum a pluribus Orbis Chriſtiani Principibus, & principaliter i s qui potiores dynaſtias Italiæ poſſident, & re... [illegible] vires & arma ... com-

:n : . .n

munnem adhibere. Pontifex Maximus Rex. & Sereniſſima Ventorum Reſpublica, qui ad opem Duci ferendam ſeſe univerunt, nullâ alia de cauſa emolumentove, niſi ut fœderatos protegerent & Italiæ quietem procurarent, imò univerſo Orbi Chriſtiano; conſiderantes nihil abſurdum iri, ſi præſenti hoc rerum ſitu arma ſua coniungerent, ut aliquant provincias Duci Mantuano cum propius neceſſarium ſit, occaſiones iſtiuſmodi incommodorum, ne in poſterum reciprocentur, in detrimentum ſecuritatis, quæ omnes Italiæ Principes ſpectat, & pacis, quam univerſus orbis Chriſtianus expetit, arceri, optimum & ultimum æſtimarunt Ligam & unionem perpetuam inter ſeſe & Ducem Mantuanum ſancire, juxta conſenſum in articulos ſequentes.

I. Omnes tenentur & obligantur, ſi aliquis ipſorum in provinciis ſuis vim hoſtilem patiatur à quocunque malevolo, & principaliter ab aliis ex tenore præſentis Unionis adhibere vires ſuas, in defenſionem ejuſcunque quam nemo deſeret donec oppreſſus ab *hoſtili* invaſione penitus liberetur.

II. In eum finem Pontifex Maximus contribuet octies mille pedites, & octingentos equites: Rex vicies mille pedites & bis mille equites: Reſpublica Venetorum, duodecies mille pedites & mille ducentos equites et Dux Mantuanus quinquies mille pedites & quingentos equites.

III. Quod ſi Gallia ſuppeditet potiorem, exercitum quemadmodum id apparet per hanc occaſionem; uniti vires itidem adducent copioſiores, ad rationem ſuperioris numeri.

IV. Univerſæ iſtæ copiæ alentur & rebus neceſſarijs inſtruentur, utpote annonâ, tormentis et apparatu bellico eorum ſumtibus, à quibus ſcribendæ ſunt, idque eouſque, dum *hoſt*ilia exercentur, et quicunque invaditur, in ſtatum rerum ſuarum præſentem reddat.

V. Quod ſi tanto militis numero opus non ſit ad effectum optatum, quilibet Unitorum imminuet numerum quem tenebatur ad rationem ſuperiorem præſtare, idque ex communi conſenſu.

VI. Vt autem is, qui vim patitur, maturiori gaudeat ope, propinquiores ipſi ſuppeditabunt ſine mora quaſcunque poterunt ſuppetias propterea, quae ſuperius ſunt recenſita, nempe militem, annonam tormenta apparatum bellicum aurum argentum non exſpectatis auxilijs eorum, qui longius abſunt, qui tamen ipſi nihil ominus tenebuntur contribuere omni diligentia, pro viribus quæ debent.

VII. Quod ſi acceidat, ut in progreſſu armorum, quae propter ipſos ceperint, cogantur defenſionem convertere in invaſionem, atque adeo locum aliquem occupent, aut provinciam, partieatur luerum invicem, prout ipſi aut maior pars ipſorum id iudicaverint equum, expenſa opera inæquali.

VIII. Vt denique iſtæc Unio, cuius fundamentum cauſas habet adeò juſtas & ad tranquillitatem publicam attinentes maioris ſit authoritatis, & rectius perveniat ad inſtituti finem, quando maiori numero Principum & Dynaſtarum fulgebit, ita vnit invitabunt cæteros Principes, quorum communiter inter eſt, ut quàm propiſſime & potentiſſimè poterunt, accedant: qua de cauſa recipiendi fuerint intra ſex menſes, ex conditionibus contribuendi ad finem propoſitum, pro ratione definienda.

IX. Rex, & Dux Sabaudiæ conſenſêre, ut pergant, & ſignent ligam ſuperius conſignatam, ubi Rex pro ratione temporis præſentis acquieſcit promiſſis Principis Pedemontani, quæ in nomine, et ex mandato Sabaudi parentis præſtitit, quod videlicet Dux Sabaudiæ parens & ipſus ſignabunt, quamprimum tres aut quatuor, in Liga nominati, utpote Pontifex maximus, Rex, veneti & mantuanus, ſignaverint & ratam invicem habuerint, tum eandem velint obſervare inviolabiliter, & bona fide Actum Suſæ, undecimo die *Martij*, 1629. per Cardinalem Richelium, nomine regiæ Maieſtatis, & per principem pedemontanum nomine Ducis Sabaudici.

X. Quod ſi uniti malint Ligam prorogare in tertium aut ſextum annum, quam in perpetuum, Gallia ipſis hanc optionem relinquit, id quod decidetur pe potiora

ra Collegij ſuffragia , que conſultiſſimum quodque eligent.

Princeps Pedemontanus, uti ſuperius , conſenſit, ut Dux Sabaudie ingrediatur *hanc* Ligam ad eundem numerum militum et ſumtuum, pro ratione poſtreme Lige, inter regem, Venetos, et ipſum inſtitute.

ſignatum.

ARMANDVS Cardinalis Richelij
& V. AMEDEUS.

Poſtquam vidi articulos ſuperiores, quos ſignarunt Cardinalis Richelius nomine regis , et meus dilectiſſimus atque amantiſsimus filius Princeps Pedemontanus, meo nomine, gratos habui et approbavi ; ſic gratos habeo et approbo promitto fide et verbo Principis adimplere, que illis continentur , in rei teſtimonium ſignavi preſentes literas manu mea propria , et obſignari feci per aliquem meorum Secretariorum , adeóque firmari ſigillo meorum inſignium.

Actum Angliane. 20. die Martij, 1629.

Signatum

C. EMANUEL,

& inferius

MEYDERIUS

& obſignatum.

CAPVT

CAPVT VII.

Articuli pacis inter duas Coronas, Galliæ & Angliæ anno 1629. 24. Aprilis.

I. Primò rex vterque conſentiunt, ut renoventur priſca fœdera inter duas Coronas. & cuſtodiantur inviolabiliter. cum permiſſione commercij ſecuri & liberi: quod in commercio addendum aut diminuendum fuerit, id ex utraque parte fiet, ad voluntatem partium, quemadmodum videbitur commodiſſimum.

II. Quoniam verò difficile foret, reſtitui, quæ utrinque diverſis vicibus, fervente bello ſunt capta, utraque Corona conſensêre, ut nulla fiat reſtitutio, nullæ etiam repræſaliæ per mare, aut alio modo ullo concedantur, ob ea, quæ inter utrumque regem & ſubditos ipſorum, fervente hoc bello contigêre.

III. Articuli & pacta matrimonij, quod filia Galliæ cum rege Magnæ Britanniæ inivit, confirmabuntur bonâ fide: Etiam domicilium reginæ, ſi qui, quam deſideret aut alicubi redunder, utrinque et placidè ex partium conſenſu bono conſtrueretur, quemadmodum conſultum videbitur ad cultum reginæ.

IV. Omnia priſca fœdera utriuſque Coronæ in ſuo relinquentur vigore, nec hac transactione ullam mutationem patientur.

V. Cum per iſtam tranſactionem uterque Rex redintegraverint propenſiones benevolas et concordiam mutuam, quam prius coluerant; porro ſuppetias præſtabunt fœderatis et ſociis quisque ſuis, quantum Conſtitutione rerum ſuarum, et bonum publicum eas requirent et permittere poterunt, ex eo maximè inſtituto, unde quies Orbi Chriſtiano obtineatur; cuius gratia Legati et

Curato

Oratores utriuſque Coronæ in mandatis accipient propoſitiones quaſdam & præludia

VI. Poſtquam igitur univerſa iſta ſunt conſtituta & utrinque comprobata, legati extra ordinem, viri graves mittentur reciprocè, cum ratihabitione iſtius tranſactionis; qui itidem referent nomina legatorum extra ordinem, qui hanc & illam commorantur aulam, ut iſta unione omnia firmentur, & omnes occaſiones turbandi reijciantur.

VII. Quoniam verò complura navigia per mare decurrunt, cum litteris Exemtionis & poteſtatis pugnandi in hoſtes, quibus iſta pax non poterit ſatis citò innoteſcere, aut mandatum de abſtinendis hoſtilibus deferri, nec benevolentia utriuſque Coronæ mutua ſignificari, hinc conſtitutum, ut quicquid intra duos menſes fuerit captum, poſt obſignatam han tranſactionem, reſtituatur utrinque.

VIII. Rex uterque ſignabunt præſentes articulos vigeſimo quarto die iſtius menſis Aprilis, qui eodem tempore conſignabuntur ex ipſorum mandato in manus legatorum Venetorum, ut eos reciprocè exhibeant regi utrique ad diem condictum, quamprimum uterque illorum reſciverit articulos illos eſſe traditos. Et eodem die quo ſignabuntur, omnes actus hoſtilitatis terrâ marique ceſſabunt, & promulgationes neceſſariæ ad eum effectum fient voce præconis viceſimo primo Maij per utrumque regnum, & intra primum diem Junij proximi Rex uterque amabunt ſuos legatos, hic Caletum, ille Doveram qui eodem tempore hic in Angliam, ille in Galliam transfretent.

Actum Suſæ, viceſimo quarto die Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo nono.

Articuli iſti promulgati fuêre in caſtris ad Privaſium.

CA-

ſtius, quam domini ſui approbaverint & ſignarint, in formâ ſolitâ, in ra patium quatuor menſium, ab hoc ipſo die ſcripto, ſublatis & revocatis utrinque quicunque caſus obrepſerint, aut porrò obrepere poſſint, vſque ad ratihabitionem, & promulgationem iſtius tranſactionis & pacti.

Actum Muſonij, quinto die Martij. 1626.

Signatum.

Dangenbestus &
Comes, Dux Saalucarii.

Articuli clandeſtini.

Quoniam transactioni eiuſdem diei, quo tranſactum fuit, inſertum, non legitur. quod articulus ille comprehendit, propter certam & benevolam reverentiam, Comes Rupepotij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ. & orator per Hiſpaniam: tum Comes Dux San-Lucarij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Catholicæ, cuſtos corporis regij & protoſtabularius conſenſère, vt idem articulus, tametſi clandeſtinus, eandem vim habeat, ac ſi in hac transactione comprehenderetur, vnde & ratus habebitur ad eandem formam, qua ipſa tranſactio, & ſignabitur manu vtriuſque regis.

I. Poſtquam vterque Rex, propter certam & benevolam reverentiam ſeſe mutuo non ſatis explicaverint per verba clariſſima in articulo decimo ſexto tranſactionis Muſonianæ, qui in quintum diem Martij, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, incidit, qua formâ tandem cauſa, rationes, & nomina, ex quibus poſtremi motus & viciſſitudines Genoveſates extitêre, adeòque reliquæ mutationes, quæ in idem tempus per ea loca incidêre hac ipſa transactione & articulo iſto clandeſtino concludãtur promittunt ſibi invicem primo loco, ſeſe ex iſta cauſa nullã occaſionẽ faſtidij, nec benevolẽtiæ tepidioris ſumturos quin è contrario, cum omni ſinceritate proceſſuros, vt

deſti

deſtituant & pacificent duos illos Principes, quorum in tereſt. Quod ſi fortè illi Principes nollent admittere viam arbitrij, aut aliam quamcunque proponendam & indagandam, aut etiam rem differrent, tum vterque Rex inter ſeſe medium apprehenderet adeò æquum & certum, elapſis videlicet quatuor menſibus, qui in hac transactione memorantur, quod fœderati peniſſimè cogantur amplecti,

Actum Muſonij, die quinto Martij. 1626.

Signatum,

Dangennesius &
Comes Dux Sanlucarii.

II. Quoniam articulus de munimentorum deſtructione transactioni inſertus, temporis rationem adeò definitam, non infert, nec etiam modum, quem vterque rex in illa deſtructione ſervari vellent. vterque rex, propter certam & benevolam reverentiam, ſibi invicem promittunt, omnem ſeſe operam navaturos, adeoque nulli operæ parſuros, quin extemplò & ſine vlla tergiverſatione, munimenta illa deſtruantur, tamerſi omnis fiducia collocetur in ſanctam mentem Pontificis Maximi, qui ſecundum preces, in hac transactione conſtitutas, continuò effectui daret deſtructionem illam. Etiam ſecundum ratihabitionem iſtius transactionis vterque rex id vehementer petunt per ſuos Oratores, quicquid Pontificem Maximum verſantur à cuius benignitate ſibi promittunt omnem benevolam opem.

Actum *Muſonij*, quinto die Martii. 1626.

Signatum.

Dangennesius &
Comes Dux Sanlucarii.

III. Quoniam transactioni ejuſdem diei in hoc ipſo

articu-

articulo non fuit inſertum, quod idem articulus continet, propter certam & benevolam reverentiam; Comes Rupepotii, Conſiliarius intimus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, & orator per Hiſpaniam; & Comes Dux San-Lucarij, Conſiliarius intimus Maieſtatis Catholicæ, cuſtos corporis regij & protoſtabularius, conſensère, vt ille articulus, tametſi clandeſtinus, eandem vim habeat, ac ſi in ipſa hac tranſactione comprehenderetur, etiam ratus habeatur ad eandem formam, quâ eadem tranſactio ſignatur ab vtroque rege.

Quod ſi Rhæti, Vallenſes & Comitatenſes VVormatiæ atque Clavennæ non tranſigant de ſumma ſorte pecuniarum, quam Vallenſes & Comitatenſes tenebuntur adnumerare Rhætis, quemadmodum illis conceditur per tranſactionem, quæ incidit in quintum diem Martij, anno viceſimo ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, vterque Rex apprehendent aliquod medium in hac lite quo partes redigant ad æquitatem: itaque ex hoc ipſo momento, quemadmodum & tum, vterque Rex declarant & promittunt, nunquam ſeſe conſenſuros, neque permiſſuros, vt vis ex alterutra parte adhibeatur in hac causâ partium, neque etiam in poſterum ob quasvis lites, quę inter Rhætos & Vallenſes ſuboriri queant lites autem eas vterque rex juxta iſtud promiſſum definient ex ſua authoritate & negotiatione, adeò vt minimè patiantur, partes ipſas, aut ſeſe propter easdem, ad arma decurrere, quacunque tandem ratione ſive ex occaſione litium, ſive per ſequentiam illius: in quo vterque Rex manent vnanimes & pares.

Actum *Muſonij* quinto die Martii. *1626.*

Signatum.

DANGENNESIUS &
COMES DUX SANLUCARII.

Quoniam verò Rex vterque, qui conſensère in tranſactione ejusdem diei, in hunc præſentem & clandeſti-

num

ſum articulum, procedunt ſincerè omninò & regiâ mente, cùm deſiderio pari pacis ſecuræ & ſtabilis, ad quam non liceret pervenire, niſi ea promitteretur & conſtitueretur clandeſtine, propter tumultus, qui poſſunt exurgere ex auſis ſecretis & parum æquis, aut arma, quæ fœderati alterutrius Coronæ poſſunt corripere, conſentiunt, promittunt, & paciſcuntur fide & verbo regio atque publico, ne alterutra Corona, ob quemvis caſum, diligentiam aut inſtigationem, armis turbet alteram, aut opem ferat clandeſtinam publicamve adverſus ullum fœderatorum, quem rex alterutrer per Italiam foverit, quin prius, & ante omnia alteruter rex in aula alterius per Oratorem, aut quemvis particularem expoſuerit rationes, ob quas fœderati turbentur: adeò ut benevolè agatur de compoſitione, & declinetur (ubicunque juſtitia cauſæ nihil flagitet, & præter illos caſus, in quibus compoſitio & temperamentum locum non queant invenire; poſt tranſactionem & communicationem ſuperius definitam) uſus armorum propriorum in favorem Auxiliarium, quoniam alia ratione pax firma & ſecura conſtare nequit, utroque rege ad eam neceſſitatem redacto, ut ſeſe ſemper expoſitos videant ad vindicandum, quicquid fœderati alterius Coronæ, quacunque demum de cauſa, patiantur aut infuturum ſufferre queant.

Actum Monſonij quinto die Martij 1626.

Signatum.

DANGENNESIUS &

COMES DUX SANLUCARII.

Articuli de apparatu bellico.

Quoniam prætexi poſſet, apparatum bellicum non reſtitui, qui ſecundum indicem Pontifici Maximo fuit traditus, cum depoſitum munimentorum fieret ſciendum eſt, defectum, ſi quis in eo apparatu, quem uſus & tempus

Quamprimum itaque adverſus mentem noſtram, ad monitionem & conſilium pervaſiſſet violentia; admutationem, quam Vallis Telina ſenſit, nullum excogitari poteſt mediũ, quod adhibeere præter miſerimus, nec officium optari, quod non expedierimus; ad tentandas vias amicabiles Negotiationis, ut repararentur innovationes, quæ in optimam illius reipublicæ partem incubaverant, etiam provinciis fœderatorum noſtrorum correptis.

Quod ſi in eo concurſu tempeſtatis extrema ſumus uſi patientia, judicandum perinde relinquimus, annon perdiderimus ſpem, exhibendi noſtris fœderatis per proceſſum hunc languidum & ſuſpenſum patrocinij noſtri effecta, quando vigore, fortitudine & ſumtu, opem ipſis tulerimus, cum principibus unitis, qui ex eodem nobiſcum inſtituto arma expediebant, uti ſeries rerum patuit. Quemadmodum verò in univerſo curſu rerum nullum alium ſcopum habuimus, præter reſtitutionem Rhetorum; de quibus agitur, noſtrorum utique federatorum, qua gaudere poſſent ſummo imperio & potentia eorum, que ante poſtremos hoſce modus tenebant, adeo ut ipſi cum ſubditis ſuis vivere queant in optata pace, unione & concordia; quam nos deſideramus, & eo modo obſervare in publicum beneficium jura & emolumenta, que iſta Corona ſibi acquiſivit per fedus cum hac republica initum: libenter ſumus aſſenſi tranſactioni Muſoniani, inſtitute & perfecte quinto die Martii, anno viceſimo ſexto ſupra milleſimum ſexcenteſimum, inter nos dilectiſſimum noſtrum justa & amantiſſimum fratrem ac affinem, regem Hiſpaniæ, eoque magis, quod ſine detrimento alterutrius Corone obtinuimus finem, quem nobis propoſueramus.

Cum autem poſtmodum in executione illius tranſactionis diverſæ opiniones & ſententiæ dirimerent Rhætos & vallenſes cũ Comitatenſibus Wormatiæ atque Clavenne, de genuino ſenſu quorundam articulorum, unde diſſidia priora poſſent reſuſcitari, poſtquam non ſine magno labore fuere extincta & definita, aſſenſimus, ſecundum tenorem articuli decimi noni, qui

 res

tes dubias ad amicabilem declarationem & interpretatio-nem utriuſque coronæ, remittit ſæpius exinde quæſitam, ut rex Hiſpaniæ, affinis noſter eas explanaret, aut nobiſcū ordinaret, adeòque complures difficultates decideret, quæ intercurrere poſſent, ex ſerie illius tranſactionis, id quod dilatum fuerit.

Nos ſanè cupientes prævenire quoſcunque caſus, qui quieti communi noſtrorum fæderatorum, adeoq; tranquillitati publicæ officere poſſent, executionemque tranſactionis Muſonianæ maturare per eundem candorem juſtitiam & ſinceritatem, quam ſervavimus in eâ concludenda, in explicatione, quâ par eſt fide, genuini ſenſus per aliquos articulos, declaravimus & declaramus iſtis literis noſtra manu ſignatis, quæ ſequuntur.

Articulus Primus.

Ut ſecundum primum articulum illius tranſactionis Muſonianæ univerſa pacta, cum Rhætis ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto, adeòque die perfectæ tranſactionis, per quemcunque & nominatim Lindarienſia Mediolanenſia, Coyana atque alia quæcunque generatim, intra in eo tempore, ſine ulla exceptione relinquantur ſublata, revocata & annullata, tanquam nulla, & nunquam facta, ſervat s nihilominus juribus, quæ inveniuntur in Comitatu Tyrolenſi per Lenghadmæam inferiorem, & in linea directionum, ſecundum priſca conventa, quibus nihil detritum volumus. Cætera quæ de rebus Vallis Telinæ propoſita & diſputata fuêre, relinquentur pariter annullata, quatenus non penitus concordant cum traſactione Muſoniana, juxta articulum decimum nonum.

II. Ut perinde ex ſerie ejuſdem articuli primi, uti patet in tranſactione Muſoniana, qui cauſam Rhætorum Valenſium & Comitatenſium Wormatie atque Claven æ in eum ſtatum reſtituit, in quo fuerint anno milleſi o ſexcenteſimo deci mo ſeptimo, adeò ut nihil prorſus mutetur aut innovetur, quia in temporis illius ſtu-

tum reſtituatur, præter reſervationem in eadem tranſactione comprehenſam; Rhæti plene reſtituantur & ſtabiliantur in authoritatem, ſuperioritatem et ſupremam potentiam, quam in illas provincias Vallis Telinæ Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo habuerint. Ut ipſis ſolis, tanquam ſupremis dominis, non vere incolis illorum locorũ, ſubditis utique, competat paciſci de pace, ſæribus et bello cum quocunque, aperte aut recuſati animitus per eandẽ pacem, jus cudendi momenta, jus vectigalium, ſubſidiorũ et tributorum, adeò ut nefas ſit Vallenſibus quicquam eorum imponere mercibus advectis et exportatis, ſive verſus regionem Rhætorum, ſive alior ſum, abſque literis et conſenſu Rhætorum, quibus generatim relinquetur diſpoſitiò cæterorum jurium omnium, uti illis prius fruebantur, ante annum milleſimum ſexcenteſimum decimum ſeptimum, ſine ullâ exceptione aut reſtrictione; niſi quæ ſpectant bonum pacis, et rectam rationem quietis et tranquillitatis mutuæ inter Rhætos et Vallenſes, et particulariter, adeò que denominatè comprehenduntur, declarantur et exprimuntur per articulos tranſactionis illius Muſſonianæ.

III. Ut tranſactiones quę Vallenſibus inter ceſſerunt cum Wormatienſibus per tempeſtatem malorum motuum, aliæque inter eos ſubditos forte initæ, nulla cenſeantur, & tanquam nunquam factæ, ut omnia reſtituantur in primum ſtatum.

IV. Ut omnes omninò ſententiæ latæ à præfectis Vallis Telinæ & Comitatuum, ab anno Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, in detrimentum Rhætorum annullatę relinquantur & ſublatę; quoniam reſtituendi ſunt in priora ſua jura, nomina, ratiões & actiones in poſterum; exceptis & ſepoſitis attamen illis ſententiis, ubi partes fuere abditæ, & conſenſere.

V. Similiter ut omnes ſententiæ & deciſiones latæ per Vallenſes & Comitatenſes, ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, relinquantur annullatæ atq; ſublatæ: intelliguntur tamen univerſæ illæ, quæ per ipſos, aut indices ipſorum ſolites, in locis ſolitis, in cauſis civilibus &

crimi-

vicenatum ſextarum, viginti quatuor bacionibus in ſcutatos ſingulos, juxta curſum & uſum provinciæ computatis, per quemlibet annum; principio ſumto, à die munimentorum per vallem Telinam et Comitatus vvormatic atque Clavenne, deſtructorum et ſolo æquatorum, juxta tranſactionem particularem, quæ nobis cum rege fratre noſtro et affine, decimo nono die Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto intercesſit, et formaliter fuit confirmata. In eum finem procedendum eſt, quamptimum fieri poterit, ut pecuniarum illarum collecta inſtituatur apud vallenſes et Comitatenſes, antequam, et donec ordo ſiatur de ſolutione Rhætis certo preſtanda, non tenentur recipere et confirmare Præfectos atque poteſtates valles Telinæ et Comitatuum, qui exhiberi poſſent; minus etiam privari cenſu illo annuo viceſime ſexte et preteriti et futuri temporis, incipietque ſolutio ex ſerie tranſactionis ſuperioris, que facta eſt viceſimo ſecundo decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, die quinto Martij anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo, quo die munimenta deſtruenda ſunt, et copie ex illis locis deducende, ex quo adminiſtratio iuſtitie libera fuit relicta et in tranquilla poteſtate vallis Teline et Comitatuum, unde et continuatur hùc uſque.

IX. Quoniam vero ſors illa annua viginti ſex librarum conceſſa eſt Rhaetis in locum utilitatis publicae & particularis, qua fruebantur anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, ex adminiſtratione juſtitiæ & magiſtratuum jure, fruentur, præter ſortem dictam omnibus juribus dominicalibus, cenſibus, redditibus vectigalibus, tributis & alijs, quibus fruebantur in eodem anno per Vallem Telinam, & Comitatus, quæ curabunt colligi per ſuos præfectos, exceptis juribus & emolumentis juſtitie, mulctarum & fiſci, que competent Vallenſibus, per omnia uti agebant in eodem anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, adeò ut neque turbari, neque impediri ulla ratione & modo quocunque poſſint, aut Vallenſes & Comitatenſes

ta enſes Wormatiæ atque Clavennæ, cum prætextu ſolvendi ſortis annuæ, pretendere queant jura illa ſibi competere.

X. Cæteri articuli tranſactionis illius quorum ſenſus eſt à [illegible] ut ulterior explicatione nihil egeat tenebuntur, cuſtodientur & obſervabuntur à Rhætis Vallenſibus & incolis Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, pro ſua quilibet forma & tenore, unde nos promittimus fide et verbo regio, his æque ac illis omne ſubſidium [illegible] & patrocinium, ut fruantur, conſervent & [illegible] labi [illegible] ſuſtentent tranſactionem illam in ſuo vigore quam etiam Rhæti tenebuntur acceptare, ſine ulteriore tergiverſatione, juxta tenorem explicitum. Hæc enim eſt noſtra voluntas in cujus rei teſtimonium juſſimus noſtrum ſignum appendi ad iſtas literas. Datæ in caſtris ad Rupellam, die ſexto Junij, anno gratiæ 1628. regni noſtri XIX.

CAPUT VI.

Tranſactio Ligaiu: unda inter pontificem Maximum regem Galliæ, Ducem Sabaudiæ, Veneti s & Mantu [illegible] Facta 8. Martii 1629. approbata à Duce Sabaudiæ 20. Martii 1629

POſtquam oppreſſio, quam Hiſpani intulerant Duci Mantuam, Regem coegit ſuam rem negligere, ut præſens tranſiret cum triginta millibus peditum, & tribus millibus equitum, oppitulatum Duci, quemadmodum à pluribus Orbis Chriſtiani Principibus, & principaliter iis, qui potiores dynaſtias Italiæ poſſident, & [illegible] vires & arma [illegible]

mna

munnem adhibere Pontifex Maximus Rex. & Sereniſſima Venetorum Reſpublica, quia ad opem Duci ferendam ſeſe univerunt, nullâ alia de cauſa, ni ſolummodo ut eius ditionem protegerent & Italiæ quietem procurarent, imò univerſo Orbi Chriſtiano, conſiderantes nihil abſolutum iri, ſi præſertim hoc rerum ſtatu arma ſua conjungerent, ut afferant provincias Duci Mantuano cum pluribus neceſſariis, occaſiones iſtiuſmodi incommodorum, ne in poſterum recipro centur, in detrimentum ſecuritatis, quæ omnes Italiæ Principes ſpectant, & pacis, quam univerſus orbis Chriſtianus expetit, arceri, ... unum & ultimum eſtimarunt Ligam & unionem perpetuam inter ſeſe & Ducem Mantuanum ſancire, juxta conſenſum in articulos ſequentes.

I. Omnes tenentur & obligantur, ſi aliquis ipſorum in provinciis ſuis vim hoſtilem patiatur à quocunque malevolo, & principaliter ab auſtriacis ex tenore præſentis Unionis adhibere vires ſuas, in defenſionem usque quam nemo deſereret donec oppreſſus ab hoſtili invaſione penitus liberetur.

II. In eum finem Pontifex Maximus contribuet octies mille pedites, & octingentos equites: Rex vicies mille pedites & bis mille equites: Reſpublica Venetorum, duodecies mille pedites & mille ducentos equites et Dux Mantuanus quinquies mille pedites & quingentos equites.

III. Quod ſi Gallia ſuppeditet potiorem, exercitum quemadmodum id apparet per hanc occaſionem; uniti vires itidem adducent copioſiores, ad rationem ſuperioris numeri.

IV. Univerſæ iſtæ copiæ alentur & rebus neceſſarijs inſtruentur, utpote annonâ, tormentis et apparatu bellico eorum ſumtibus, à quibus ſcribendæ ſunt, idque eouſque, dum hoſtilia exercentur, et quicunque invaditur, in ſtatum rerum ſuarum præſentem reddat.

V. Quod ſi tanto militis numero opus non ſit ad effectum optatum, quilibet Unitorum imminuet numerum quem tenebatur ad rationem ſuperiorem præſtare, idque ex communi conſenſu.

N 5 V. Ut

VI. Vt autem is, qui vim patitur, maturiori gaudeat ope, propinquiores ipſi ſuppeditabunt ſine mora quaſcunque poterunt ſuppetias propterea, quae ſuperius ſunt recenſita, nempe militem, annonam tormenta apparatum bellicum aurum argentum non exſpectatis auxilijs eorum, qui longius abſunt, qui tamen ipſi nihil ominus tenebuntur contribuere omni diligentia, pro viribus quæ debent.

VII. Quod ſi acceidat, ut in progreſſu armorum, quae propter ipſos ceperint, cogantur defenſionem convertere in invaſionem, atque adeo locum aliquem occupent, aut provinciam, partientur lucrum invicem, prout ipſi aut maior pars ipſorum id iudicaverint equum, expenſa opera inæquali.

VIII. Vt denique iſtæc Unio, cuius fundamentum cauſas habet adeò juſtas & ad tranquillitatem publicam artinentes maioris ſit authoritatis, & rectius perveniat ad inſtituti finem, quando maiori numero Principum & Dynaſtarum fulgebit, ita vnit invitabunt cæteros Principes, quorum communiter intereſt, ut quàm propriſſime & potentiſſimè poterunt, accedant: qua de cauſa recipiendi fuerint intra ſex menſes, ex conditionibus contribuendi ad finem propoſitum, pro ratione definienda.

IX. Rex, & Dux Sabaudiæ conſenſêre, ut pergant, & ſignent ligam ſuperius conſignatam, ubi Rex pro ratione temporis præſentis acquieſcit promiſſis Principis Pedemontani, quæ in nomine, et ex mandato Sabaudi parentis præſtitit, quod videlicet Dux Sabaudiæ parens & ipſus ſignabunt, quamprimum tres aut quatuor, in Liga nominari, utpote Pontifex maximus, Rex, veneti & mantuanus, ſignaverint & ratam invicem habuerint, tum eandem veline obſervare inviolabiliter, & bona fide Actum Suſæ, undecimo die *Martij*, 1629. per Cardinalem Richelium, nomine regiæ Maieſtatis, & per principem pedemontanum nomine Ducis Sabaudici.

X. Quod ſi uniti malint Ligam prorogate in tertium aut ſextum annum, quam in perpetuum, Gallia ipſis hanc optionem relinquit, id quod decidetur pe potiora

ra Collegij ſuffragia , quæ conſultiſſimum quodque eligent.

Princeps Pedemontanus, uti ſuperius, conſenſit, ut Dux Sabaudiæ ingrediatur *h*anc Ligam ad eundem numerum militum et ſumtuum, pro ratione poſtremæ Ligæ, inter regem, Venetos, et ipſum inſtitutæ.

ſignatum.

ARMANDVS Cardinalis Richelij
& V. AMEDEUS.

Poſtquam vidi articulos ſuperiores, quos ſignarunt Cardinalis Richelius nomine regis, et meus dilectiſſimus atque amantiſsimus filius Princeps pedemontanus, meo nomine, gratos habui et approbavi: ſic gratos habeo et approbo promitto fide et verbo Principis, adimplere, quæ illis continentur, in rei teſtimonium ſignavi præſentes literas manu mea propria, et obſignari feci per aliquem meorum Secretariorum, adeóque firmari ſigillo meorum inſignium.

Actum Angliane. 20. die Martij, 1629.

Signatum

C. EMANUEL,

& inferius

MEYDERIUS

& obſignatum.

CAPVT

CAPVT VII.

Articuli pacis inter duas Coronas, Galliæ & Angliæ anno 1629. 24. Aprilis.

I Primò rex vterque conſentiunt, ut renoventur priſca fœdera inter duas Coronas, & cuſtodiantur inviolabiliter, cum permiſſione commercij ſecuri & liberi: quod in commercio addendum aut diminuendum fuerit, id ex utraque parte fiet, ad voluntatem partium, quemadmodum videbitur commodiſſimum.

II. Quoniam verò difficile foret reſtitui, quæ utrinque diverſis vicibus, fervente bello ſunt capta, utraque Corona conſensêre, ut nulla fiat reſtitutio, nullæ etiam repræſaliæ per mare, aut alio modo ullo concedantur, ob ea, quæ inter utrumque regem & ſubditos ipſorum, fervente hoc bello contigêre.

III. Articuli & pacta matrimonij, quod filia Galliæ cum rege Magnæ Britanniæ inivit, confirmabuntur bonâ fide; Etiam domicilium reginæ, ſi qui, quam deſideret aut alicubi redundet, utrimque et placide ex partium conſenſu bono conſtitueretur, quemadmodum conſultum videbitur ad cultum reginæ.

IV. Omnia priſca fœdera utriuſque Coronæ in ſuo relinquentur vigore, nec hac transactione ullam mutationem patientur.

V. Cum per iſtam tranſactionem uterque Rex redintegraverint propenſiones benevolas et concordiam mutuam, quam prius coluerant, porro ſuppetias præſtabunt fœderatis et ſociis quisque ſuis, quantum Conſtitutione rerum ſuarum, et bonum publicum eas requirent et permittere poterunt, ex eo maximè inſtituto, unde quies Orbi Chriſtiano obtineatur, cuius gratia Legati et

Chriſto-

Oratores utriuſque Coronæ in mandatis accipient propoſitiones quaſdam & præludia.

VI. Poſtquam igitur univerſa iſta ſunt conſtituta & utrinque comprobata, legati extra ordinem, viri graves mittentur reciprocè, cum ratihabitione iſtius tranſactionis; qui itidem referent nomina legatorum extra ordinem, qui hanc & illam commorantur aulam, ut iſta unione omnia firmentur, & omnes occaſiones turbandi reijciantur.

VII. Quoniam verò complura navigia per mare decurrunt, cum litteris Exemtionis & poteſtatis pugnandi in hoſtes, quibus iſta pax non poterit ſatis citò innoteſcere, aut mandatum de abſtinendis hoſtilibus deferri, nec benevolentia utriuſque Coronæ mutua ſignificari, hinc conſtitutum, ut quicquid intra duos menſes fuerit captum, poſt obſignatam hanc tranſactionem, reſtituatur utrinque.

VIII. Rex uterque ſignabunt præſentes articulos viceſimo quarto die iſtius menſis Aprilis, qui eodem tempore conſignabuntur ex ipſorum mandato in manus legatorum Venetorum, ut eos reciprocè exhibeant regi utrique ad diem condictum, quamprimum uterque illorum reſciverit articulos illos eſſe traditos. Et eodem die quo ſignabuntur, omnes actus hoſtilitatis terrâ mariq; ceſſabunt, & promulgationes neceſſariæ ad eum effectum fient voce præconis viceſimo primo Maij per utrumque regnum, & intra primum diem Iunij proximi Rex uterque amabunt ſuos legatos, hic Caletum, ille Doveram qui eodem tempore hic in Angliam, ille in Galliam transfretent.

Actum Suſæ, viceſimo quarto die Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo nono.

Articuli iſti promulgati fuêre in caſtris ad Privaſium.

CA-

C A P V T. VIII.

Pacta inter regem Hiſpaniæ & Ducem Rohanium, nomine per duellium Gallorum inita Madriti in Hiſpania 13. *Maij Anno* 1629

QUemadmodum compertum fuit à Rohanio Clauſelium, procuratorem ipſius in Hiſpaniam, ubi à rupe nuncupari avebat, miſſum, qui etiam benè exceptus ſpem faciebat diſtrahendis per fœdus cum perduellibus Gallis inſcendum, regis Chriſtianiſſimi viribus, dum Duci *Mantuano* ſuppetias ferret, ita negotiationem hanc apponimus. Clauſelius, ubi ad aulam pervenit nomine Ducis Rohanii, ut Maieſtati Catholicæ exponeret ſummam rerū quam partes cum ſociis tuerentur, et deſiderium erga cultum Maieſtatis Catholicæ, alia petiit, alia obtulit, ubi docebimus.

I. Dux Rohanius ſuppliciter rogat Maieſtatem Catholicam, perſuaſus utique, rationem gubernandi id permittere, ſuppetias, et aliquam grandem pecuniam, ad fovendum bellum, quod à proximis aliquot annis in Gallia gerit: voti compos, obſequium humillimum offert Maieſtati Catholicæ, cuius opera queat uti, quandocunque et quomodocunque videretur.

II. Rohanius ſpondet bellum alere, et quandocunque tempore, ad lubitum Maieſtatis Catholicæ propellere, modò ſexcenties mille Ducatis aureis fulciatur, qui præſentes duabus vicibus adnumerentur; et quidem prima vice præ manibus, ut ſic teneatur ſuſtentare duodecies mille pedites, et mille ducentos equites perpetuò, quibus deſtrahat Gallos ad nutum Majeſtatis Catholicæ,

ſive

ſive per alterutram Occitaneam, provinciam Romanam aut delphinatum, prout libuerit Maieſtati Catholicæ,

III. Offert etiam Rohanius Maieſtati Catholicæ ſtudium ſuum et operam, ad promovendam inſtituta ſuæ Maieſtatis quocunque tempore, pro virili.

IV. Promittit præterea Rohanius conſervare, & plenam integramque conſcientiæ libertatem, tam in oppidis, quæ ipſi et complicibus parent, quam quæ in poſterum acquirere poſſent etiam in omnibus Burgis, vicis et aliis locis quæ hoc ipſo tempore poſſidet, & ipſius aut compli ces in poſterum poſſidere poſſunt.

V. Promittit porrò Rohanius conſervare Monaſteria monachorum in eo, quo ſunt ſtatu, adeò ut fruantur pacatè Eccleſiis ſuis, bonis, redditibus cenſibus, fructibus & pari modo omnes omninò alios Eccleſiaſticos, protegere ut nihil prorſus turbentur.

VI. Quod ſi eveniat, Rohanium & complices eo viriũ creſcere, ut rempublicam ſingularem forment, tum promittunt eo rerum ſtatu libertatem conſcientiæ, & liberum exercitium religionis Catholicis, in quem finem idem exercitium poſſent vigere per omnia omninò oppida, pagos & alia loca, quae poſſident, quemadmodum etiam per illa, quae acquiſituri ſunt.

VII. Catholici fruentur omnibus ſuis bonis, præſentibus & futuris, habebuntur etiam in omnibus oneribus & tributis æqualibiliter cum cæteris, qui licet ſacrorum adverſorum, tenebuntur conſervare omnes Monachorum familias & ſacrarum Virginum cenobia in bonis ſuis dignitatibus & honoribus.

VIII. Catholicis patebit aditus ad omnia munia per oppida, admiſſis utique ſint diſcrimine; conſtituetur æqualitas judiciorum, & recipientur Catholici ad omnia Præſidia, Præfecturas, Parlamenta, Rationes, & quævis alia munia Juſtitiæ; ſuſtentabuntur deniq ue in omnibus ſuis bonis, honoribus & dignitatibus, quemadmodum illi partium adverſarum, præter fiduciam illam partium & ſecuritatem.

IX. Ad hæc ſpondet Rohanius præſtare quamvis operam pro virili, cum ſummâ propenſione animi, Maieſtati Catholicæ.

X. Quod

X. Quod ſi forte rebus ſic ferentibus Rohaniùs de pace agat, ſciente & conſentiente Maieſtate Catholica; tenebitur negotiationem abrumpere ad nutum Maieſtatis Catholicæ, & bellum alere per eoſdem favores et eadem ſubſidia ſexcenties mille Ducatorum aureorum, quæ annuatim ſolvantur, quamdiu Maieſtati Catholicæ videbitur.

XI. In eum finem ſuppliciter rogat Maieſtatem Catholicam, ut gratia & favore per bella ſuperiora oblatum auferre queat, ſtipendium nempe annuum, quo poſſit alere duces, Nobiles, & Gubernatores [illegible] unimento [illegible], eoſque ſuos habere, attragediam ordinantur quando voluerit, & compendium Maieſtatis Catholicę id requiret.

XII. Quoniam verò eadem ſtipendia honores et beneficia fidelem clientem in perpetuum devinciunt, ut tantum Regem et Principem Externum incolat id verò pe[illegible] ulo non vacet, ſi negotium emanaret, ſed crimen læſę Maieſtatis, et jacturam facultatum omnium trahat penitiſſimè; Clauſelius humillimè ſupplicat Maieſtati Catholicæ, Rohanij ut ipſi augeatur ſtipendium, quod quadraginta millia ducatorum aureorum æquabat auctario quinquies aut octies mille, illud verò Subſidij à numero octonario tranſiret ad denarium, et quod præfectis Nobilibus atque Gubernatoribus deſtinabatur, eodem modo creſceret in primis eo ipſo tempore, quo operam ſuam Maieſtati Catholicæ longè maiori cum ſucceſſu eſſent præſtiturі, quam fortaſſis unquam per occaſiones præteritas.

XIII. Clauſelius ob iſta omnia obligat verbum Principis illuſtris et exactæ fidei, obſignatum à viro equeſtri, per Rohanium miſſo qui Maieſtatem Catholicam obnixè rogat ut fides habeatur ſibi, de articulata obſervatione iſtorum pactorum, quod nomine Rohanij ſpondeat, qui ſem etipſum nuncupet humilem ſubditum et clientem Maieſtatis Catholicæ in æternum.

Signatum.

CLAUSELIUS.

Ubi

Ubi Rex vidit propoſitiones, & quæ nomine Rohanij offerentur, per Clauſelium, recordatus, quantopere teneretur procurare conſervationem ſuarum rerum publicarum & regnorũ, quæ Deus benignè indulſiſſet, vndè vtendum eſſet quibuſcunque mediis aptis, licitis & neceſſarijs, ſi quæ ſeſe darent; expenſis pariter immanibus jacturis & damnis, quæ, in ſuos redundâſſent hactenus, & quotidie exundarent ex ſiniſtro favore & auxilio, quod reges Galliæ à plurimis annis præſtitère; & præ-ſtant Vaſallis Majeſtatis Catholicæ per Hollandiam; adverſus dominum naturalem ac legitimum; animadverſo præterea, eoſdem reges ad hunc vnicè ſcopum collineare, quod appareat cuivis mediocriter ſagaci vt quovis tempore vbivis locorum protegant adverſus Majeſtatem Catholicam omnes eos, in quos ipſa cogitur ex recta ratione, & juſtitiâ communi authoritatem & potentiam ſummam expedire, vt ſuum cuique tribuat, nullo alio emolumento, niſi vt omnia referantur ad majorem gloriam Dei; vbi poſt omnia pateat, nullam Galliæ præbitam fuiſſe occaſionem tam perverſi proceſſus, nec prætextum ullum invenire, quaſi aliena detinerentur, ipſi legitimè debita, quod ſanè non probatur; aut Majeſtas Catholica cupere tiniutiam inferre fœderatis Galliæ quod Numen propitium avertat.

Cùm igitur Maieſtas Catholica omnia iſta retuliſſet ad Senatum ſacrum, quem Conſcientiæ nuncupant, ex viris grauiſſimis & integerrimis compoſitum; æquum duxit, juſtæ defenſioni ſuorum invigilare, adverſus auſa tam iniqua, quæ rex Galliæ nullâ iuris & juſtitiæ habitâ ratione ſuſcipit. Ex his igitur cauſis conſtituit, quæ offerebantur, gratia habere, & de ſingulis cum Rohanio & complicibus ipſius, vti petebatur, paciſci, in hæc nempè capita.

1. Maieſtas Catholica non ingrata habet, quæ Rohanius offert, videlicet ut bellum alatur, quod hac tempeſtate per Galliam geritur, quam diu voluerit Majeſtas Catholica, quæ annuatim ſolvet in eum finem Rohanio trecenta millia ducatorum, ſingulos vndecim regalium

Caſtilianorum, quæ duabus vicibus, à ſexto quoque menſe adnumerentur.

II. Majeſtas Catholica paritergrata habet, quæ Rohanius offert, nempe militem alere pro ratione pecuniarum iſtarum, ſexies mille pedites, & ſexcentos equites, quos Rohanij complices ſuſtentant ad idem bellum fovendum, quod ad diſtractionem armorum trahent in Provinciam Romanam, Occitaniam, Delphinatum, aut quemvis alium locum, qui videatur opportunus æquo huic inſtituto & defenſioni convenientiſſimus, quam Majeſtas Catholica parat; & denominabit commodè cum hac diſertiſſima appendice & conditione, quomodo Ipſa neutiquam vult aut intelligit, Chatholicos turbari aut opprimi quacunque in re â complicibus Rohanij, quoad uſũ ſuorum ſacrorum.

III. Quod ſi ſors faveat, ut complices valeant conſtituere rempublicam, tum Majeſtas Catholica vult & intelligit, eoſdem obligari ad obſervationem omnium eorum, quæ modo dicta ſunt in commodum Catholicorum.

IV. Nefas ſit Rohanio & complicibus, agitare aut inire pacem inſciâ & invitâ Majeſtate Catholica. Quod ſi pax fiat, tametſi conſentiente Majeſtate Catholica Rohanius utique & complices tenebuntur, quicquid ante fuerit actum, negotiationem illam abrumpere, & bellum, reſtaurare, quotieſcunque Majeſtati Catholicę fuerit viſum quandocunque trecenta illa millia Ducatorum, & quę præterea indulgentur, adnumerabuntur: qua ratione Rohanius & Compliceſ ſervabunt & ducent bellum, quouſq; Majeſtas Catholica voluerit, per æquiſſimas iſtas cauſas pergendi.

V. Majeſtas Catholica indulget, & ſolui jubet Rohanio quadraginta millia Ducatorum in ſtipendium annuum, & Subiſio fratri octo millia Ducatorum pariter annũa, & totidem Rohanio, quæ pro lubitu diſtribuat inter præfectos, Nobiles & Gubernatores.

VI. Adnumerabuntur etiam præ manibus jam nunc ex ſorte ſuperiori centum quinquaginta millia Ducatorum, ubicunque locorum voluerit Rohanius, ſive nu-

mis

mis præſentibus, ſive cambijs , quamprimum Rohanius tranſactionem iſtam jureiurando ſancitam , & ſuâ manû ſignatam , ſigilloque roboratam ſuorum inſignium reddet fiduciario mittendo.

VIII. Declarat Maieſtas Catholica , hæc pacta fore cuſtodienda & obſervanda inviolabiliter ex utraque parte, adeò vt effectum ſortiantur ex eo die, quo Rohanius ea ſignabit; cui Majeſtas Catholica ſtipulatur ſatisfactionem, executioni pactorum iſtorum intenta. Cùm autem fieri poſſit per tempeſtatem rerũ præſentium, aliquem intimum ab ipſo ad Maieſtatem Catholicam legari , qui Oratoris obeat munus, omninò Catholicus Romanus ſit is oportet; ſic etiam Maieſtas Catholica, ſi videatur, poſſet ex ſuis aliquem mittere in eum finem qui Rohanio ſemper adſit.

Superiora iſta omnia fuêre concluſa & firmata ex mandato Majeſtatis Catholicæ cum Clauſelio & Domino Johanne Billelano, Conſiliario intimo *Majeſtatis* Catholicæ & proto ſecretario omnium Senatuum, qui etiam tranſactionem iſtam ſignavit nomine Maieſtatis Catholicæ, quemadmodum Clauſelius nomine Rohanij, quam etiam idem Dux ratam habebit, jurabit & ſignabit, prout ſuperius recenſuimus.

Actum Madriti, tertio die Maij. 1629.

Signatum.

DOMINVS JOANNES BILLELANVS
pro Maieſtate Catholica.

ET

CLAVSELIUS pro Domino
ROHANIO.

tes dubias ad amicabilem declarationem & interpretatio-nem utriuſque coronæ, remittit ſæpius exinde quæſitam, ut rex Hiſpaniæ, affinis noſter eas explanaret, aut nobiſcū ordinaret, adeòque complures difficultates decideret, quæ intercurrere poſſent, ex ſerie illius tranſactionis, id quod dilarum fuerit.

Nos ſanè cupientes prævenire quoſcunque caſus, qui quieti communi noſtrorum fœderatorum, adeoq; tranquillitati publicæ officere poſſent, executionemque tranſactionis Muſonianæ maturare per eundem candorem juſtitiam & ſinceritatem, quam ſervavimus in eâ concludenda, in explicatione, quâ par eſt fide, genuini ſenſus per aliquos articulos, declaravimus & declaramus iſtis literis noſtrâ manu ſignatis, quæ ſequuntur.

Articulus Primus.

Ut ſecundum primum articulum illius tranſactionis Muſonianæ univerſa pacta, cum Rhætis ab anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto, adeòque die perfectæ tranſactionis, per quemcunque & nominatim Lindarienſia Mediolanenſia, Coyana atque alia quæcunque generatim, inita in eo tempore, ſine ulla exceptione relinquantur ſublata, revocata & annullata, tanquam nulla, & nunquam facta, ſervatis nihilominus juribus, quæ inveniuntur in Comitatu Tyrolenſi per Lengbadmæam inferiorem, & in linea directionum, ſecundum priſca conventa, quibus nihil detritum volumus. Cætera quæ de rebus Vallis Telinæ propoſita & diſputata fuere, relinquentur pariter annullata, quatenus non penitus concordant cum traſactione Muſoniana, juxta articulum decimum nonum.

II. Ut perinde ex ſerie ejuſdem articuli primi, uti patet in tranſactione Muſoniana, qui cauſam Rhætorum Valleſium & Comitatenſium Wormatiæ atque Clavennæ in eum ſtatum reſtituit, in quo fuerint anno milleſimo ſexcenteſimo deci nō ſeptimo, adeò ut nihil prorſus mutetur aut innovetur, quia in temporis illius ſtatu-

cum reſtituatur, præter reſervationem in eadem tranſactione comprehenſam; Rheti plene reſtituantur & ſtabiliantur in authoritatem, ſeperioritatem et ſupremam potentiam, quam in illas provincias Vallis Telinæ Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo habuerint. Vt ipſis ſolis, tanquam ſupremis dominis, non vere incolis illorum locorũ, ſubditis utique, competat paciſci de pace, fæderibus et bello cum quocunque, aperire aut recuſare tranſitus per eandẽ pacem, jus cudendi momenta, jus vectigalium, ſubſidiorũ et tributorum, adeò ut nefas ſit Vallenſibus quicquam eorum imponere mercibus advectis et exportatis, ſive verſus regionem Rhætorum, ſive aliorſum, abſque literis et conſenſu Rhætorum, quibus generatim relinquetur diſpoſitio cæterorum jurium omnium, ut illis prius fruebantur, ante annum milleſimum ſexcenteſimum decimum ſeptimum, ſine ullâ exceptione aut reſtrictione; niſi quæ ſpectant bonum pacis, et rectam rationem quietis et tranquillitatis mutuæ inter Rhetos et Vallenſes, et particulariter, adeò que denominatè comprehenduntur, declarantur et exprimuntur per articulos tranſactionis illius Muſonianæ.

III. Vt tranſactiones quæ Vallenſibus interceſſerunt cum Wormatienſibus per tempeſtatem malorum [illegible], alieque inter eos ſubditos forte initæ, nulla cenſeantur, & tanquam nunquam factæ, ut omnia reſtituantur in primum ſtatum.

IV. Vt omnes omninò ſententiæ latæ à præfectis Vallis Telinæ & Comitatuum, ab anno Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo, in detrimentum Rbætorum annullatę relinquantur & ſublatę; quoniam reſtituendi ſunt in priora ſua jura, nomina, rationes & actiones in poſterum; exceptis & ſepoſitis attamen illic ſententiis, ubi partes fuere abditæ, & conſenſere.

V. Similiter ut omnes ſententiæ & deciſiones latæ per Vallenſes & Comitatenſes, ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, relinquantur annullatæ atq; ſublatæ: intelliguntur tamen univerſæ illæ, quæ per ipſos, aut iudices ipſorum ſolitos, in locis ſolitis, in cauſis civilibus & crimi-

vicenarum ſextarum, viginti quatuor bacionibus in ſcu-
tatos ſingulos , juxta curſum & uſum provinciæ com-
putatis , per quemlibet annum , principio ſumto, à die
munimentorum per vallem Telinam et Comitatus
vvormatie atque Clavenne , deſtructorum et ſolo æ-
quatorum, juxta tranſactionem particularem , quæ no-
bis, eum rege fratre noſtro et affine , decimo nono die
Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſex-
to interceſſit, et formaliter fuit confirmata. In eum fi-
nem procedendum eſt, quamprimum fieri poterit, ut pe-
cuniarum illarum collecta inſtituatur apud vallenſes et
Comitatenſes, antequam, et donec ordo ſaciatur de ſo-
lutione Rhætis certo preſtanda , non tenentur recipere
et confirmare Præfectos atque poteſtates valles Telinæ
et Comitatuum, qui exhiberi poſſent ; minus etiam pri-
vari cenſu illo annuo viceſime ſexte et preteriti et fu-
turi temporis, incipietque ſolutio ex ſerie tranſactionis
ſuperioris , que facta eſt viceſimo ſecundo decembris,
anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, die quinto Martij
anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo , quo
die munimenta deſtruenda ſunt , et copie ex illis locis de-
ducende, ex quo adminiſtratio iuſtitie libera fuit reli-
cta et in tranquilla poteſtate vallis Teline et Comita-
tuum, unde et continuatur hucuſque.

IX. Quoniam vero ſors illa annua viginti ſex librarum
conceſſa eſt Rhaetis in locum utilitatis publicae &
particularis , qua fruebantur anno milleſimo ſexcen-
teſimo decimo ſeptimo , ex adminiſtratione juſtitiæ &
magiſtratuum jure , fruentur præter ſortem dictam o-
mnibus juribus dominicalibus, cenſibus , redditibus ve-
ctigalibus, tributis & alijs , quibus fruebantur in eodem
anno per Vallem Telinam & Comitatus , quæ cura-
bunt colligi per ſuos præfectos , exceptis juribus & e-
molumentis juſtitie , mulctarum & fiſci , que com-
perent Vallenſibus , per omnia uti agebant in eo-
dem anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo,
adeò ut neque turbari , neque impediri ulla ratio-
ne & modo quocunque poſſint , aut Vallenſes & Comi-
[illegible]tatenſes

ta enſes Wormatiæ atque Clavennæ, cum prætextu ſolvendæ ſortis annuæ, prætendere queant jura illa ſibi competere.

X. Cæteri articuli tranſactionis illius quorum ſenſus eſt adeò lucidus ut ulterioré explicatione nihil egeat tenebuntur, cuſtodientur & obſervabuntur à Rhætis Vallenſibus & incolis Comitatuum Wormatiæ atque Clavennæ, pro ſua quilibet forma & tenore, unde nos promittimus fide et verbo regio, his æque ac illis omne ſubſidium, auxilium & patrocinium, ut fruantur, conſervent & inviolabiliter fulcient tranſactionem illam in ſuo vigore quam etiam Rhæti tenebuntur acceptare, ſine ulteriore tergiverſatione, juxta tenorem explicitum. Hæc enim eſt noſtra voluntas in cujus rei teſtimonium juſſimus noſtrum ſignum appendi ad iſtas literas. Datæ in caſtris ad Rupellam, die ſexto Junij, anno gratiæ 1628. regni noſtri XIX.

CAPVT VI.

Tranſactio Ligaiu unda inter pontificem Maximum regem G..iæ, Ducem Sabaudiæ, Venet s & Mantu num. Facta 8. Mar 1629. approbata a Duce Sabaudiæ 20. Martii 1629

POſtquam oppreſſio, quam Hiſpani intulerant *Duci* Mantuano Regem coegit ſuam rem negligere, ut præſens tranſiret cum triginta millibus peditum, & tribus millibus equitum, oppitulatum *Duci*, quemadmodum à pluribus Orbis Chriſtiani Principibus, & principaliter iis, qui potiores dynaſtias Italiæ poſſident, & re... [illegible] vires & [illegible]

[illegible]

munnem adhibere Pontifex Maximus Rex. & Sereniſſima Venetorum Reſpublica, qui ad opem Duci Ferdinandi ſeſe univerunt, nullâ alia de cauſa emolumentove, niſi ut fœderatos protegerent & Italiæ quietem procurarent, imò univerſo Orbi Chriſtiano; conſiderantes nihil abſolutum iri, ſi præſerti hoc rerum ſtatu arma ſua contingerent, ut adictant provincias Duci Mantuano cum poſſeſſus neceſſum ſit, occaſiones iſtiuſmodi incommodorum, ne in poſterum reciprocentur, in detrimentum ſecuritatis, quæ omnes Italiæ Principes ſpectat, & pacis, quam univerſus orbis Chriſtianus expetit, arceri, optimum & ultimum æſtimarunt Ligam & unionem perpetuam inter ſeſe & Ducem Mantuanum ſancire, juxta conſenſum in articulos ſequentes.

I. Omnes tenentur & obligantur, ſi aliquis ipſorum in provinciis ſuis vim hoſtilem patiatur a quocunque malevolo, & principaliter ab auſtriacis ex tenore præſentis Unionis adhibere vires ſuas, in defenſionem ejuſcunque quam nemo deſereret donec oppreſſus ab hoſtium invaſione penitus liberetur.

II. In eum finem Pontifex Maximus contribuet octies mille pedites, & octingentos equites: Rex vicies mille pedites & bis mille equites: Reſpublica Venetorum, duodecies mille pedites & mille ducentos equites et Dux Mantuanus quinquies mille pedites & quingentos equites.

III Quod ſi Gallia ſuppeditet potiorem, exercitum quemadmodum id apparet per hanc occaſionem; uniti vires itidem adducent copioſiores, ad rationem ſuperioris numeri

IV. Vniverſæ iſtæ copiæ alentur & rebus neceſſarijs inſtruentur, utpote annonâ, tormentis et apparatu bellico eorum ſumtibus, à quibus ſcribendæ ſunt, idque eouſque, dum hoſtilia exercentur, et quicunque invaditur, in ſtatum rerum ſuarum præſentem reddat.

V. Quod ſi tanto militis numero opus non ſit ad effectum oportunum, quilibet Unitorum imminuet numerum quem tenebatur ad rationem ſuperiorem præſtare, idque ex communi conſenſu.

VI, Vt autem is, qui vim patitur, maturiori gaudeat ope, propinquiores ipſi ſuppeditabunt ſine mora quaſcunque poterunt ſuppetias propterea, quae ſuperius ſunt recenſita, nempe militem, annonam tormenta apparatum bellicum aurum argentum non exſpectatis auxilijs eorum, qui longius abſunt, qui tamen ipſi nihil ominus tenebuntur contribuere omni diligentia, pro viribus quæ debent.

VII, Quod ſi accidat, ut in progreſſu armorum, quae propter ipſos ceperint, cogantur defenſionem convertere in invaſionem, atque adeo locum aliquem occupent, aut provinciam, partientur lucrum invicem, prout ipſi aut maior pars ipſorum id iudicaverint equum, expenſa opera inæquali.

VIII. Vt denique iſtæc Unio, cuius fundamentum cauſas habet adeò juſtas & ad tranquillitatem publicam attinentes maioris ſit authoritatis, & rectius perveniat ad inſtituti finem, quando maiori numero Principum & Dynaſtarum fulgebit, ita vnit invitabunt cæteros Principes, quorum communiter intereſt, ut quàm propriſſime & potentiſſimè poterunt, accedant: qua de cauſa recipiendi fuerint intra ſex menſes, ex conditionibus contribuendi ad finem propoſitum, pro ratione definienda.

IX. Rex, & Dux Sabaudiæ conſenſêre, ut pergant, & ſignent ligam ſuperius conſignatam, ubi Rex pro ratione temporis præſentis acquieſcit promiſſis Principis Pedemontani, quæ in nomine, et ex mandato Sabaudi parentis præſtitit, quod videlicet Dux Sabaudiæ parens & ipſus ſignabunt, quamprimum tres aut quatuor, in Liga nominati, utpote Pontifex maximus, Rex, veneti & mantuanus, ſignaverint & ratam invicem habuerint, tum eandem velint obſervare inviolabiliter, & bona fide Actum Suſæ, undecimo die *Martij*, 1629. per Cardinalem Richelium, nomine regiæ Maieſtatis, & per principem pedemontanum nomine Ducis Sabaudici.

X. Quod ſi uniti malint Ligam prorogare in tertium aut ſextum annum, quam in perpetuum, Gallia ipſis hanc optionem relinquit, id quod decidetur pe potiora

C. 1

ra Collegij ſuffragia, quæ conſultiſſimum quodque eligent.

Princeps Pedemontanus, uti ſuperius, conſenſit, ut Dux Sabaudiæ ingrediatur hanc Ligam ad eundem numerum militum et ſumtuum, pro ratione poſtremæ Ligæ, inter regem, Venetos, et ipſum inſtitutæ.

ſignatum.

ARMANDVS Cardinalis Richelij
& V. AMEDEUS.

Poſtquam vidi articulos ſuperiores, quos ſignarunt Cardinalis Richelius nomine regis, et meus dilectiſſimus atque amantiſsimus filius Princeps Pedemontanus, meo nomine, gratos habui et approbavi: ſic gratos habeo et approbo promitto fide et verbo principis adimplere, quæ illis continentur, in rei teſtimonium ſignavi præſentes literas manu mea propria, et obſignari feci per aliquem meorum Secretariorum, adeôque firmari ſigillo meorum inſignium.

Actum Angliane. 20. die Martij, 1629.

Signatum

C. EMANUEL.

& inferius

MEYDERIUS

& obſignatum.

CAPVT

Oratores utriuſque Coronæ in mandatis accipient propoſitiones quasdam & præludia.

VI. Poſtquam igitur univerſa iſta ſunt conſtituta & utrinque comprobata, legati extra ordinem, viri graves mittentur reciprocè, cum ratihabitione iſtius tranſactionis; qui itidem referent nomina legatorum extra ordinem, qui hanc & illam commorantur aulam, ut iſta unione omnia firmentur, & omnes occaſiones turbandi reijciantur.

VII. Quoniam verò complura navigia per mare decurrunt, cum litteris Exemtionis & poteſtatis pugnandi in hoſtes, quibus iſta pax non poterit ſatis citò innoteſcere, aut mandatum de abſtinendis hoſtilibus deferri, nec benevolentia utriuſque Coronæ mutua ſignificari, hinc conſtitutum, ut quicquid intra duos menſes fuerit captum, poſt obſignatam hanc tranſactionem, reſtituatur utrinque.

VIII. Rex uterque ſignabunt præſentes articulos viceſimo quarto die iſtius menſis Aprilis, qui eodem tempore conſignabuntur ex ipſorum mandato in manus legatorum Venetorum, ut eos reciprocè exhibeant regi utrique ad diem condictum, quamprimum uterque illorum reſciverit articulos illos eſſe traditos. Et eodem die quo ſignabuntur, omnes actus hoſtilitatis terrâ marique ceſſabunt, & promulgationes neceſſariæ ad eum effectum fient voce præconis viceſimo ptimo Maij per utrumque regnum, & intra primum diem Junij proximi Rex uterque amabunt ſuos legatos, hic Caletum, ille Doveram qui eodem tempore hic in Angliam, ille in Galliam transfretent.

Actum Suſæ, viceſimo quarto die Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo nono.

Articuli iſti promulgati fuêre in caſtris ad Privaſium.

CA-

C A P V T. VIII.

[Pacta inter regem Hiſpaniæ & Ducem Rohanium, nomine per duellium Gallorum inita Madriti in Hiſpania 13. Maij Anno 1629

QUemadmodum compertúm fuit à Rohanio Clauſelium, procuratorem ipſius in Hiſpaniam, ubi à rupe nuncupari avebat, miſſum, qui etiam benè exceptus ſpem faciebat diſtrahendis per fedus cum perduellibus Gallis ineundum, regis Chriſtianiſſimi viribus, dum Duci Mantuano ſuppetias ferret, ita negotiationem hanc appon mus. Clauſelius, ubi ad aulam pervenit nomine Ducis Rohanij, ut Maieſtati Catholicæ exponeret ſummam rerũ quam partes cum ſociis tuerentur, et deſiderium erga cultum Maieſtatis Catholicæ, alia petijt, alia obtulit, ubi docebimus.

I. Dux Rohanius ſuppliciter rogat Maieſtatem Catholicam, perſuaſus utique, rationem gubernandi id permittere, ſuppetias, et aliquam grandem pecuniam, ad fovendum bellum, quod à proximis aliquot annis in Gallia gerit: voti compos, obſequium humillimum offert Maieſtati Catholicæ, cuius opera queat uti, quandocunque et quomodocunque videretur.

II. Rohanius ſpondet bellum alere, et quandocunque tempore, ad lubitum Maieſtatis Catholicæ propellere, modò ſexcenties mille Ducatis aureis fulciatur, qui preſentes duabus vicibus adnumerentur; et quidem prima vice præ manibus, ut ſic teneatur ſuſtentare duodecies mille pedites, et mille ducentos equites perpetuò, quibus deſtrahat Gallos ad nutum Majeſtatis Catholicæ,

ſive

ſive per alterutram Occitaneam, provinciam Romanam aut delphinatum, prout libuerit Maieſtati Catholicæ,

III. Offert etiam Rohanius Maieſtati Catholicæ ſtudium ſuum et operam, ad promovendam inſtituta ſuæ Maieſtatis quocunque tempore, pro virili.

IV. Promittit præterea Rohanius conſervare, & plenam integramque conſcientiæ libertatem, tam in oppidis, quæ ipſi et complicibus parent, quam quæ in poſterum acquirere poſſent etiam in omnibus Burgis, vicis et alijs locis quæ hoc ipſo tempore poſſidet, & ipſius aut complices in poſterum poſſidere poſſunt.

V. Promittit porrò Rohanius conſervare Monaſteria monachorum in eo, quo ſunt ſtatu, adeò ut fruantur pacatè Eccleſiis ſuis, bonis, redditibus cenſibus, fructibus & pari modo omnes omninò alios Eccleſiaſticos, protegere ue nihil prorſus turbentur.

VI. Quod ſi eveniat, Rohanium & complices eo viri creſcere, ut rempublicam ſingularem forment, tum promittunt eo rerum ſtatu libertatem conſcientiæ, & liberum exercitium religionis Catholicis, in quem finem idem exercitium poſſent vigere per omnia omninò oppida, pagos & alia loca, quae poſſident, quemadmodum etiam per illa, quae acquiſituri ſunt.

VII. Catholici fruentur omnibus ſuis bonis, præſentibus & futuris, habebuntur etiam in omnibus oneribus & tributis æqualibiliter cum cæteris, qui licet ſacrorum adverſorum, tenebuntur conſervare omnes Monachorum familias & ſacrarum Virginum cenobia in bonis ſuis dignitatibus & honoribus.

VIII. Catholicis patebit aditus ad omnia munia per oppida, admiſſis utique ſine diſcrimine; conſtituetur æqualitas judiciorum, & recipientur Catholici ad omnia Præſidia, Præfecturas, Parlamenta, Rationes, & quævis alia munia Juſtitiæ; ſuſtentabuntur denique in omnibus ſuis bonis, honoribus & dignitatibus, quemadmodum illi partium adverſarum, præter fiduciam illam partium & ſecuritatem.

IX. Ad hæc ſpondet Rohanius præſtare quamvis operam pro virili, cum ſummâ propenſione animi, *Maieſtati* Catholicæ.

X. Quod

X. Quod ſi forte rebus ſic ferentibus Rohanius de pace agat, ſciente & conſentiente Maieſtate Catholica; tenebitur negotiationem abrumpere ad nutum Maieſtatis Catholicæ, & bellum alere per eoſdem favores et eadem ſubſidia ſexcenties mille Ducatorum aureorum, quæ annuatim ſolvantur, quamdiu Maieſtati Catholicæ videbitur.

XI. In eum finem ſuppliciter rogat Maieſtatem Catholicam, ut gratiam & favorē per bella ſuperiora oblatum auferre queat, ſtipendium nempe annuum, quo poſſit alere duces ſNobiles, & Gubernatores munimentorum, eoſque ſuos habere, at tragediam ordinantur quando voluerit, & compendium Maieſtatis Catholicę id requiret.

XII. Quoniam verò eadem ſtipendia honores et beneficia fidelem clientem in perpetuum devinciunt, ut tantum Regem et Principem Externum incolat id verò pe iculo non vacet, ſi negotium emanaret, ſed crimen læſę Maieſtatis, et jacturam facultatum omnium trahat penitiſſimè; Clauſelius humillimè ſupplicat Majeſtati Catholicæ, Rohanij ut ipſius augeatur ſtipendium, quod quadraginta millia ducatorum aureorum æquabat auctario quinquies aut octies mille, illud verò Subſidijà numero octonario tranſiret ad denarium, et quod præfectis Nobilibus atque Gubernatoribus deſtinabatur, eodem modo creſceret in primis eo ipſo tempore, quo operam ſuam Maieſtati Catholicæ longè maiori cum ſucceſſu eſſent præſtituri, quam fortaſſis unquam per occaſiones prætéritas.

XIII. Clauſelius ob iſta omnia obligat verbum Principis illuſtris et exactæ fidei, obſignatum à viro equeſtri, per Rohanium miſſo qui Maieſtatem Catholicam obnixè rogat ut fides habeatur ſibi, de articulata obſervatione iſtorum pactorum, quod nomine Rohanij ſpondeat, qui ſemet ipſum nunc iper humilem ſubditum et clientem Maieſtatis Catholicæ in æternum.

Signatum.

CLAUSELIUS.

Vbi

Ibi Rex vidit propoſitiones, & quæ nomine Roha-
:rentur, per Clauſelium, recordatus,quantopere
:ur procurare conſervationem ſuarum rerum pu-
ım & regnorũ,quæ *D*eus benignè indulſiſſet, vndè
ım eſſet quibuſcunque mediis aptis, licitis & ae-
s, ſi quæ ſeſe darent; expenſis pariter immanibus
s & damnis, quæ, in ſuos redundâſſent hactenus,
tidie exundarent ex ſiniſtro favore & auxilio,
:eges Galliæ à plurimis annis præſtitère; & præ-
aſallis *M*ajeſtatis Catholicæ per Hollandiam; ad
dominum naturalem ac legitimum; animadver-
terea, eoſdem reges ad hunc vnicè ſcopum colli-
, quod appareat cuivis mediocriter ſagaci vt quo-
ıpore vbivis locorum protegant adverſus Maje-
Catholicam omnes eos, in quos ipſa cogitur ex
ıtione, & juſtitiâ communi authoritatem & po-
n ſummam expedire, vt ſuum cuique tribuat, nul-
emolumento, niſi vt omnia referantur ad majo-
oriam Dei; vbi poſt omnia pateat, nullam Galliæ
am fuiſſe occaſionem tam perverſi proceſſus, nec
tum ullum invenire, quaſi aliena detinerentur, i-
timè debita, quod ſanè non probatur; aut *M*aje-
ıtholica cupere t iniuriam inferre fæderatis Galliæ
Numen propitium avertat.

Cùm igitur Maieſtas Catholica omnia iſta retuliſſet
atum ſacrum, quem Conſcientiæ nuncupant, ex
rauiſſimis & integerrimis compoſitum; æquum
juſtæ defenſioni ſuorum invigilare, adverſus auſa
iqua, quæ rex Galliæ nullâ iuris & juſtitiæ habitâ
ſuſcipit. Ex his igitur cauſis conſtituit, quæ offe-
ur, gratia habere, & de ſingulis cum Rohanio &
icibus ipſius, vti petebatur, paciſci, in hæc nempè

Maieſtas Catholica non ingrata habet, quæ Roha-
fert, videlicet ut bellum alatur, quod hac tempe-
er Galliam geritur, quam diu voluerit Majeſtas
lica, quæ annuatim ſolvet in eum finem Rohanio
ta millia ducatorum, ſingulos vndecim regalium

Caſtilianorum, quæ duabus vicibus, â ſexto quoque menſe adnumerentur.

II. Majeſtas Catholica paritergrata habet, quæ Rohanius offert, nempe militem alerę pro ratione pecuniarum iſtarum, ſexies mille pedites, & ſexcentos equites, quos Rohanij complices ſuſtentant ad idem bellum fovendum, quod ad diſtractionem armorum trahent in Provinciam Romanam, Occitaniam, Delphinatum, aut quemvis alium locum, qui videatur oportunus æquo huic inſtituto & defenſioni convenientiſſimus, quam Majeſtas Catholica parat; & denominabit commodè cum hac diſertiſſima appendice & conditione, quomodo Ipſa neutiquam vult aut intelligit, Chatholicos turbari aut opprimi quacunque in re â complicibus Rohanij, quoad uſū ſuorum ſacrorum.

III. Quod ſi ſors faveat, ut complices valeant conſtituerę rempublicam, tum Majeſtas Catholica vult & intelligit, eoſdem obligari ad obſervationem omnium eorum, quæ modo dicta ſunt in commodum Catholicorum.

IV. Nefas ſit Rohanio & complicibus, agitare aut inire pacem inſciâ & invitâ Majeſtate Catholica. Quod ſi pax fiat, tametſi conſentiente Majeſtate Catholica Rohanius utique & complices tenebuntur, quicquid ante fuerit actum, negotiationem illam abrumpere, & bellum, reſtaurare, quotiescunque Majeſtati Catholicę fuerit viſum quandocunque trecenta illa millia Ducatorum, & quę præterea indulgentur, adnumerabuntur: qua ratione Rohanius & Complices ſervabunt & ducent bellum, quouſqꝫ Majeſtas Catholica voluerit, per æquiſſimas iſtas cauſas pergendi.

V. Majeſtas Catholica indulget, & ſolui jubet Rohanio quadraginta millia Ducatorum in ſtipendium annuum, & Subiſio fratri octo millia Ducatorum pariter annùa, & totidem Rohanio, quæ pro lubitu diſtribuat inter præfectos, Nobiles & Gubernatores.

VI. Adnumerabuntur etiam præ manibus jam nunc ex ſorte ſuperiori centum quinquaginta millia Ducatorum, ubicunque locorum voluerit Rohanius, ſive nu-

mis

mis præſentibus, ſive cambijs, quamprimum Rohanius tranſactionem iſtam iureiurando ſancitam, & ſuâ manû ſignatam, ſigilloque roboratam ſuorum inſignium reddet fiduciario mittendo.

VIII. Declarat Maieſtas Catholica, hæc pacta fore cuſtodienda & obſervanda inviolabiliter ex utraque parte, adeò vt effectum ſortiantur ex eo die, quo Rohanius ea ſignabit; cui Majeſtas Catholica ſtipulatur ſatisfactionem, executioni pactorum iſtorum intenta. Cùm autem fieri poſſit per tempeſtatem rerũ præſentium, aliquem intimum ab ipſo ad Maieſtatem Catholicam legari, qui Oratoris obeat munus, omninò Catholicus Romanus ſit is oportet; ſic etiam Maieſtas Catholica, ſi videatur, poſſet ex ſuis aliquem mittere in eum finem qui Rohanio ſemper adſit.

Superiora iſta omnia fuêre concluſa & firmata ex mandato Majeſtatis Catholicæ cum Clauſelio & Domino Johanne Billelano, Conſiliario intimo *Majeſtatis* Catholicæ & protoſecretario omnium Senatuum, qui etiam tranſactionem iſtam ſignavit nomine Maieſtatis Catholicæ, quemadmodum Clauſelius nomine *Rohanij*, quam etiam idem Dux ratam habebit, jurabit & ſignabit, prout ſuperius recenſuimus.

Actum Madriti, tertio die Maij. 1629.

Signatum.

Dominvs Joannes Billelanvs
pro Maieſtate Catholica.

ET

Clavselius pro Domino
Rohanio.

CAPUT IX.

Tranſactio inita Hagæ Comitis abs Legato Galliæ, 17. Iunij, 1630.

CUm conſtat, honoratiſſimum noſtrum Dominum & Parentem, regem defunctum, quem Deus abſolvat, conſtituiſſe anno 1608. ligam defenſivam ſancire cum ordinibus generalibus Provinciarum unitarum per Belgium, vt ad inducias cum Archiducibus pangendas inducerentur, à quibus abhorrebant, niſi ſponſorem & defenſorem habuiſſent noſtrum Dominum & Parentem; & ea Liga exigeret perpetuitatem inter noſtras provincias & Ordines illos; nunquam autem non voluerit, negotium à nobis confirmari & continuari: & alioqui cupientes in omnibus rebus ſequi exemplum noſtri Domini & Parentis, & ad voluntatem ipſius conformari, conſideravimus, quanto maiorem fiduciam noſtri ſint habituri Ordines illi, minus eos ſecuritatis quæſituros in alijs rationibus, quæ communem quietem turbare poſſent; deſiderantes etiam conſervare, quantum in noſtris fuerit facultatibus, pacem inter omnes omninò Principes.

Nominavimus, elegimus & mandavimus Baugyum, Conſiliarium Senatus intimi, noſtrum legatum in provincijs Vnitis, qui ex virtute poteſtatis collatæ, cuius copia tranſſcripta inſeretur ſub finem iſtarum litterarum, poſt complures diſceptationes convenit & concluſit, quæ ſequuntur, cum Deputatis eorundem Ordinum, etiam ex virtute poteſtatis ipſi collatæ, cuius copia pariter tranſſcripta inſeretur ad finem iſtarum literarum.

I. Vt regia Maieſtas ſuppeditet Ordinibus dono, per ſeptem annos, millionem librarum quotannis, ſolutione in ſenos quotannis menſes diſtributâ ſi bellum, quod ipſis

ipſis nunc infertur,tandũdem duret, principio in Calendas Januarij proximè elapſas rejecto.

II. Ex eâ ſorte millionis annui,quam regiaMajeſtas indulget Ordinibus, ſeponentur quinquagies mille libræ,ut diſtribuantur Ducibus Gallis per ipſum legatum.

III. Spatio illius ſeptennij Ordines neque pacem, neque inducias cum hoſtibus facient, directè aut indirectè, præter Majeſtatis regię ſententiam, quemadmodum etiam ex parte Majeſtatis regiæ nulla fient pacta, in detrimentum Ordinum.

IV. Præterea conventum eſt, ut, ſi rex fervente bello invadatur, & vim patiatur, ad mediam partem ſuppetiarum tantummodò obligetur, adeòque alteram partem pro libitu impendat in militem & naves, quæ à ducentis ad ſexcentas tonnas ferant, uſque ad ſortis illius exæquationem: quo caſu tranſigendum foret de ſtipendio militum, & naulo, juxta rationem ſolitam, & in provincia uſitatam, quia imò ex hoc ipſo momento fiet computus particularis, qui locum articuli in iſta tranſactione teneat; quemadmodum Ordines dabunt per occaſionem memoratam, nec directè, nec indirectè, quocũnque colore & figmento, nullas ſuppetias vel auxilia adverſus regiam Majeſtatem.

V. Quod ſi accidat prætereа, Majeſtatem regiam indigere navibus, ad aſſerenda littora ſui regni adverſus piratas aut etiam ad avertendam vim & impetum in regnum ingruentem, aut aliam ſimilem quandam cauſam; fas erit *M*ajeſtati regiæ pretio emere aut cõducere per Provincias Unitas ad quindecim uſque naves, ubi Ordines ſpondent, ſeſe bonâ fide inſtitutum regiæ *M*ajeſtatis promoturos, ut navium propediem campos evadat, pretio æquo, & per provincias ſolito.

VI. Ordines cum rege intra ſex menſes tranſigent de mari Occiduo aſſerendo adverſus excurſiones & deprædationes Algiranorum & Tunetanorum; ubicunque verò in portubus Ordinum reperiantur ullæ naves aut merces Gallis ereptæ, ex mandato eorundem Ordinum reſtituentur ad primam petitionem, ſive ea fiat per legatum

O 3

tum regis,ſive perMercatores, ſubditos illius, qui opem implorabunt.

VII, Nefas ducenr ſubditi regij, æque ac illi Ordinum ullum actum hoſtilitatis exercere in ſeſe invicem, ſive mari, ſive terrâ, aut per fluviorum decurſus, quocunque demum prætextu; & ordines jubebunt, ut quæ rimoniæ regiorum ſubditorum definiantur intra tertium menſem, ſi tardiſſimè, à conſiliarijs maritimis, poſtquam legatus, aut alius quiſpiam illius nomine fuerit auditus, qui nullã partem poterunt habere aut commodum ex navibus bellicis aut alijs, capturisue, de quibus judicabunt.

VIII. Quod ſi partes alterutræ poſtulent reviſionem ſententiç à Conſulibus Ordinem latæ, conſtituent viros graves & neutiquam ſuſpectos, qui cum conſiliariis maritimis litem decidant finaliter, capturis interea rectè aſſervatis & benè cuſtoditis, nullã adeò venditione concesſâ; niſi cum legato de tempore illius conventum ſit id quod Majeſtas regia pariter indulget in commodum eorum, quos ſubditos agnoſcunt Ordines, in caſibus paribus.

IX, Duces, centuriones & reliqui præfecti militares legionum Gallicarum pro more hactenus uſitato recenſiti nominabuntur.

X. Si Majeſtas regia bello preſſa, indigeat operâ illarum legionum Gallicarum, quæ per Provincias Unitas verſantur, Ordines tenebuntur eaſdem ſecurè deducere Caletum aut Diepam, modo ijdem ordines pace tum fruantur, aut inducijs.

XI. Jus Avenæ (alibi natorum) ceſſabit ex ſerie iſtorum pactorum per omnia, adeò ut Majeſtas regia ad Parlamenta omnia & ſingula ſit perſcriptura, ut eo jure Ordines poſſint frui purè & ſimpliciter, citra ullam aliam juſtitiæ formam, etiam neceſſitatem de impetrandis literis Naturalitatis: quemadmodum & ex ſua parte Ordinis tenebuntur paria mandata expedire in commodum ſubditorum regiorum.

XII. Univerſæ literç Repræſaliarum, notæ, retentiones & ſimiles, nullius effectus declarantur per iſtæc pacta, juſtitia autem adminiſtrabitur omnibus & ſingulis, uti par eſt

XIII

XIII. Subditi & inquilini provinciarum regiarum & Ordinum Vnitorum colent ex ſerie iſtorum pactorum mutuam atque ſinceram amicitiam, utentur commercio libero invicem, & per univerſas partium provincias reciprocè, terrâ marique, mercium quarumcunque non prohibitarum aut rejectarum per ſtatuta cujusque provinciæ adeò ut nec teneantur ſolvere majora jura de ijsdem mercibus, quæ invehentur in illa regna & provincias, aut quæ exportabuntur, quàm uti genuini incolæ & ſubditi eorum locorum, ubi negotiatio & commercium fervet, ſolvunt.

XIV. Quæcunque pacta à Majeſtate regia & Ordinibus cum alijs regibus, Principibus & Rebuspublicis inita, in vi ſua & vigore manebunt, niſi quantum iiſdem hiſce ipſis pactis derogatur.

XV. Poteſtas tradetur legato regio, qui Oratoris munere apud Ordines Provinciarum Unitarum perfungitur, & reciprocè legato, quem ijdem Ordines per Galliam habebunt, ut bona fide & debito modo de omnibus rebus, quæ commercium & navigationem inter Majeſtatis regiæ ſubditos, & illos Ordinum promovere queant, conſultent & agant.

Qui articuli & pacta, in ſeptennium iſtud concluſa, ſi bellum eàtenus producatur, ex hoc ipſo momento rectè & ritè ratificabuntur ab Ordinibus, ut cum ratibabitione illorum transmittantur ad Majeſtatem regiam à legato ipſo, & pariter ratificentur atque tradantur Ordinibus ab eodem legato, intra alterum menſem ab hoc ipſo die concluſionis.

CAPUT X.

Tranſactio Ratisbonenſis de Ducatu Mantuano, & Marchionatu Monferratenſi, facta 13. Oct. anno 1630.

POntifex Maximus, tanquam Paſtor univerſalis Eccleſiæ, & Pater communis Principum Chriſtianorum interpoſuerat admodum ſollicitè & efficaciter ſua officia erga Imperatorem, Reges & Principes, quorum res agebatur in eo bello, quod ex controverſa ſucceſſione Ducatus Mantuani & Marchionatus Monferratenſis ſubortum, ut illi permitterent litem omnem amicabili negotiationi. Cum autem Majeſtas Imperialis & Rex Chriſtianiſſimus, quiſque ex ſuâ parte & nomine utrinque ſociorum æquâ reverentiam deferrent Pontifici Maximo, quam debere ſeſe agnoſcebant, uti deſiderio flagrabant conſtituendæ pacis & quietis univerſalis, poſtquam conſideraſſent ſollicita illa officia & toties iterata Collegij Electoralis, & Magni per Tuſciam Ducis, quæ ad promovendam pacem & quietem publicam adhibuêre, in hoſce pacis articulos conſensêre.

I. Promittit Rex Chriſtianiſſimus, ſeſe neque ex ſuâ, aut alienâ parte directè aut indirectè, aliove quovis modo invaſurum eſſe Imperatorem Imperium, Status, Ordines, regna, Dynaſtias & Provincias hæreditarias, neq; ſuppetias laturum, conſilio, argento, armis, añonâ, apparatuque bellico, nulla denique ratione adfuturum perduellibus & hoſtibus Imperatoris, imperijque, quicunque jam ſint profeſſi, & in poſterum prodibunt, ſed é contrario eoſdem adhortabitur ad æquitatem, reverentiam & obſequium debitum.

Imperator pariter promittit, ſeſe, neque ex ſuâ, aut aliena parte directè aut indirectè, aliove quovis modo, invaſurum

vaſurum eſſe regem Chriſtianiſſimum, regnum Galliæ, aut ullos ſtatus, Dynaſtias Provinciasue, neq; ſuppetias laturum, conſilio, argento, exercitu, annonâ apparatu bellico, nullâ denique ratione adfuturum perduellibus & hoſtib⁹ regis Chriſtianiſſimi, & regni Gallici, quicunque jam ſint profeſſi, aut qui in poſterum prodibunt.

II. Ut autem deſæviat bellum per Italiam excitatum ob ſucceſſionem controverſam Ducatuum Mãtuani & Monferratenſis, cum ante omnia neceſſum ſit curari prætenſiones & nomina eorum, qui ſibi jus aliquid illic quærũt; Majeſtas Cæſarea declarat, complacetque regi Chriſtianiſſimo, ut Duci Sabaudiæ attribuatur loco omnium nominum, quæ intentare queat in Ducatum Monferratenſẽ aut alias provincias (ſi quę expectet) quemadmodum tranſactum & concluſum fuit nuperrimè in Italia, inter Ducem Sabaudiæ & Ducem Carolum Gonſagam Niverniam, neq; ex eò tempore retractatum fuit, Trinum & alia loca in agro Monferratenſi, quorum redditus annui conſtantes & antiqui accedant ad ſortem octodecies mille ſcutatorum; quæ loca in indicem referentur & æſtimabuntur in Italia per induſtriam Comitis Collatenſis, poteſtatem utique plenam negotij adepti, aut aliorum fiduciariorum, quos Majeſtas Cæſarea, & Rex Chriſtianiſſimus committent quorum fuerit etiam partes conciliare, niſi jam ante concordent, ſuper ratione & antiquitate redditum conſtantium, qui attribuentur, prout ſuperius dicitur, adeòque pretio & materiâ illorum ſcutatorum, an aurei ſignati, aut aurei in aurum mutabiles, alij ue ſint.

III. Nomina Duciſſæ Lotharingicæ placet Majeſtati Cæſareæ, ne pacis negotiatio impediatur, aut retardetur, ſeponi amicabili compoſitioni, aut tranſactioni e-bitrariç; ex voluntate partium, denique cognitioni juridiciali Majeſtatis Cæſareę & deciſioni, quæ perficiatur intra ſex menſes proximè venturos, initio à die inveſtituræ ſumpto, ſed ut acta prius communicentur Principibus Electoribus Imperii, & illorum ſententiæ de iſta lite perferantur, qua pendente jura tamen non poterunt transferri aut alienari ab alterutra parte, Dux Ca-

rolus Gonſaga tenebitur, juxta Conſtitutiones Imperiales & leges de caſibus iſtiusmodi ſancitas exactè ſatisfacere, ſine oppoſitione aut ulla tergiverſatione, omnibus ijs, quæ per amicabiles arbitros fuerint tranſacta, & à partibus collaudata, aut quæcunque attribuentur & addicentur Duciſſæ Lotharingieę, ſive per eas perſonas in quas utrinque fuerit conſenſum, ſive per ſententiam juridicã, quo judicio partes utrinque ſtare cogentur.

Quod ſi Dux Carolus aliter agat, quàm acturus creditur, expectabit executionem Imperialium, ſine cujuscunque interceſſione, adeò ut pax præſens propterea neutiquam frangatur.

IV. Majeſtas Cæſarea attribuit Duci Gaſtallæ (ut abdicet ſeſe in commodum Ducis Caroli & ſobolis maſculæ quibuscunque nominibus quæ in Ducatum Mantuanum habet (ſexies mille ſcutatos annui redditus, ſingulos, ad valorem gemini floreni Rhenani; in quorum certiſſimam ſolutionem ipſi aſſignabantur cum omni ſuperioritate & Iuriſdictione, uti eos poſſidebant Duces Mantuani, unus aut plures diſtrictus iſtorum locorum, Doſolui, Luſſarę, Suraſſæ, & Beggioli, donec redditus illorum diſtrictuum perficiant illam ſortem, adeò ut uno non ſufficiente, reliqui ſuccedant ſingulatim, aut omnes tandem quatuor ſimul.

Ut autem removeatur omnis difficultas, partes nominabunt ſibi perſonas fidiſſimas, & Imperator Commiſſarium dicet Ducem Parmenſem, ut per aliquem miniſtrum prudentem & induſtrium, qui nulla apud partes laborans ſuſpicione, ſed quantum fieri poteſt, gratus, æſtimet illos diſtrictus ex conſuetudine provinciæ, & calculos revocet ſummam fructuum & redituum ordinariorum atque ſtabilium, æquè ex feudalibus, ac allodialibus, cujuscunq; demum ſint generis, animadversâ nihilominus ratione feudalium & allodialium, & quæ ſunt diverſi generis; ut ſic Ducem Gaſtallæ conſtituant Dominum unius, aut plurium diſtrictuum.

Bona autem allodialia ad minimum debent comprehendi in dictis diſtrictibus, ab oppignerationibus libera, nec hæredibus allodialium propria aut oneri cuicunque ſubjecta, ſed penitus franca & immunia; & ubi red-

dictus unius aut alterius diſtrictus, qui Duci Gaſtallæ aſſignabuntur, ſortem ſuperiorem aliquatenus ſuperent, redundabit id ex ſuperioritate per proportionem ad Ducem Carolum.

V. Dux Carolus acquiret ſibi gratiam Majeſtatis Cęſareę, literis adformam ſubmiſſionis, & congruæ deprecationis compoſitis.

VI. Tunc ad petitionem decentem Ducis Caroli Majeſtas Cæſarea, per virum ampliſſimâ poteſtate & mandato inſtructum ſufficiente, ad interceſſionẽ Majeſtatis illius & regis Chriſtianiſſimi, quę ſcripta interveniet, ex gratiâ & elemẽtia imperiali concedet Duci Carolo intra ſex ſeptimanas, ex hoc ipſo die, quo hæc fiunt, inveſtituram Ducatuum Mantuani & Mouferratenſis: intra quẽ terminum non tantum res, quę per iſtam tranſactionem attribuendę ſunt, definientur & præſtabuntur ad invicem, tum per operam Commiſſariorum lectorum, tum earum perſonarum, quibus fides, uti ſuperius dictum, habebitur adeòq; ut partibus non convenientibus, Comiſſarij Imperiales, ex propria authoritate, eos in poſſeſſionem immittent eorũ, quę attribuenda fuerant. Quod ſi ex eaſu aliquo inopinato, aut impedimento inevitabili Comiſſarij non definiverint aut terminaverint ſuperiora intra ſex ſeptimanas, inveſtitura immediatè & poſſeſſio conferetur Duci Carolo juxta articulos nonũ decimũ & ũdecimũ. Poſt conceſſã veſtiturã Comiſſarij Imperiales tenebũtur intra quintũ decimum diem, ut tardiſſimè partibus nempè Duci Sabaudiæ & Gaſtallæ ſine ullâ remorâ cõſignare quicquid ipſis attribuendum fuerit, adeò ut poſſeſſionem adeant,

VII, Ex virtute illius inveſtituræ Majeſtas Cæſarea pręſtabit quibuscunq; modis protectionem Imperialẽ Duci, exinde inveſtito & fideli Vaſallo, adverſus quoſcunque qui contra tenorem inveſtiturarum conceſſarum, & ex ſerie belli iſtius poſtremi conabuntur eum turbare, aut ei negotium vi armatâ & de facto faceſſere.

VIII. Quamprimum iſta tranſactio fuerit ſignata in hac aula Cęſarea Commiſſarijs utrinque lectis, & in Italiam renunciabitur ducibus exercituum, ceſſabũt omnia utrinque hoſtilia,

IX. In-

IX, Inveſtitura Ducatuum Mantuani & Monferrateaſis Duci Caroli Gonſagę collata Maieſtas Cæſarea intra quintum decimum diem ſequentem, aut terminum à partibus in Italiâ conſtituendum, revocabit omnes ſuas copias præter illas, quę urbem & Citadellam Mantuę, tùm Canettam in ripâ Oglij tenent, prout ipſi videbitur adeò ut præſidium congruum illic relinquat, cæteris omnibus locis, in Ducatu Mantuano liberè & plenè permiſſis diſpoſitioni Ducis Caroli. Eodem tempore univerſę regis Catholici copiæ exibunt urbe & caſtellis Caſalæ, etiam ex univerſo Ducatu Monferratenſi & principatu Pedemontij.

Pari modo, & circa idem tempus rex Chriſtianiſſimus tenebitur revocare omnes ſuas copias ex Citadellâ Caſalæ, & ex univerſo Ducatu Monferratenſi, Pedemontio, Sabaudiâ & universâ Italiâ præter Pinierolam, Bricaraſiũ, Suſam, & Auilianam, ubi integrum ipſi fuerit habere pręſidia congrua, reliquis omnibus locis Ducatus Sabaudici & principatus Pedemontani plenæ & liberę Ducis Sabaudici diſpoſitioni permiſſis; qui itidem revocabit ex agro Monferratenſi ſuas copias, præter Trinum, quod proprium retinet, juxta trãſactionem, ineo, quo invenitur ſtatu, etiam propter munimenta addita: Omnes denique ſubditi id præſtabunt, ut propter arma & vires ex ſerie iſtius belli, nullam juſtam ſiniſtrè ſuſpicandi occaſionem ſibi invicem præbeant,

X. Deinde Caſtellum, Urbs & Citadella Caſalæ, aliaque per agrum Monferratenſem loca præter ea, quæ Duci Sabaudiæ ceſſerunt, reſtituentur Duci Carolo, cui integrum fuerit, commodum imponere præſidium, quod ipſum ſolum veneretur, ſecundum conſuetudinem ſuperiorum Ducum Monferratenſium ut evitet occaſionem datæ per hanc ſeriem bellorum vicinis ſuſpicionis. Quod ſi ante ſignatam hanc transactionem, quicquam concludatur & ſignetur inter duces exercituum per Italiam, de demolitione Citadellæ Caſalanæ, ratum fuerit & inviolabile, nihil obſtante articulo ſuperiore.

XI, Confectis iſtis omnibus, & armis undequaq; uti dictum eſt, ſublatis, Majeſtas Cæſarea ex virtute inveſti-

turę conſignari mandabit in manus Ducis Caroli vrbem Mantuæ, & Caſtrum Poſti cum omnibus munimentis, etiam Canettam in ripâ Oglij, adeò vt deductis præſidijs, liberæ & plenariæ Ducis permittantur diſpoſitioni.

Quemadmodum etiam *Rex* Chriſtianiſſimus eodem tempore deductis ſuis præſidijs, reſtituet Pinierolam, Bricaraſium, Suſam & *Auilianam*, quæ loca cedent poſſeſſioni & liberæ diſpoſitioni *Ducis Sabaudici*, ſic tamen ut vndiquaque deſtruantur munimenta nuper iſtis locis occupatis addita.

XII. Ubi iſta omnia fuerint peracta, Maieſtas Cæſarea declarat ex effectu huius pacis, & ex virtute promiſſorum, quæ Rhætis fecit, ſeſe relicturam quaſcunque per Vallem Telinam occupatas anguſtias, adeoque vniverſam Rhætiam, cum omnibus locis & fortalitijs, vbi miles etiamnum hæret, adeò vt in priſtinum ſtatum reponantur, in quo verſabantur ante iſtos bellorum motus; ſolo etiam æquabit quamprimum munimenta recentiora, ad hanc tamen legem, vt eadem loca nequeant occupari aut muniri à quopiam, quocunque colore & prætextu; ſalvis etiam quoad hunc articulum, juribus tranſactionibus & pactis quorumcunque.

XIII. Ut autem executio ſuperiorum ſit certior, Maieſtas Cæſarea, & Rex Chriſtianiſſimus obſides tradent vtrinque patis conditionis Pontifici maximo, & *Magno* Tuſciæ Duci, aut cuivis Principi Catholico per Germaniam, qui eos cuſtodiri & ſervari curet, vti decet, donec ſuperiora adimpleantur, & Griſonum anguſtiæ, adeòque vniverſa Rhætia reſtituantur; reddatque promiſſis ſatisfacienti obſides, retineat verò, qui propter temporis compendium non pœnitus ſatisfecerit, donec pleniſſimè ſit ſatisfactum. Quod ſi alterutra pars ſublectioris fidei nolit ſtare pactis patietur, ſuos obſides in poteſtatem partis adverſæ tranſire. Summis belliducibus permittetur arbitrium obſidum, reciprocè conſtituendorum, & cuſtodiæ ipſiſſimæ, etiam ratum & firmum fuerit, quicquid illi maioris ſecuritatis & decoris ergò in hoc maximè negotio præſtiterint.

XIV. Majeſtas Cæſarea præterea dat diligentiſſimæ petitiæ

petitioni regis Chriſtianiſſimi, vt Reſpublica Venetorum beneficio iſtius pacis queat frui, adeoque reſtituantur quæ occupata fuêre in iſtoc bello uſque ad executionem iſtius tranſactionis, omni metu in poſterum turbandi, ſublato, ex occaſione rerum per hoc bellum geſtarũ, modo eadem Reſpublica fidem det, de neutiquã offendendo ex occaſione iſtius belli, *Maieſtatem Cæſaream* Sacrum imperium Romanum in ſuis *Statibus* & Ordinibus, nec dynaſtias & provincias hæreditarias Maieſtatis Cæſareæ: Reſpublica denique eodem tempore, quod ſuperius dicitur, ſuas copias revocet, & ad eum numerum reducat, ne ex ſerie iſtius belli ulla ſuſpicio vicinis relinquatur. Quod ſi per Italiam conſtituatur, concludatur & ſignetur quicquam à ſummis ducibus exercituum ex vtraque parte; de excludendis ex hac tranſactione Venetis, idque antequam ſigna apponantur, firmum vtique & inviolabile permanebit, non obſtante articulo ſuperiore.

XV. Ut autem pax hæc vniuerſalis, inter Cæſaream Maieſtatem & regem Chriſtianiſſimum inita, eò firmior ſit, Deputati Cæſareæ *Maieſtatis* indicarunt, ſupereſſe quædam diſſidia, & quaſdam invocationes, quæ territoria vrbium & Epiſcopatuum imperialium Metenſis, Tullenſis & *Verodunenſis*, & abbatiam Gorſiæ, aliaſque anguſtias in locis illis occupatas, aliaque loca & feuda imperialia ſpectant, vnde novi poſſent motus exurgere: ad ea legatus regis Chriſtianiſſimi reſpondit, nihil ſibi de iſtis rebus conſtare, neque vlla mandata eſſe; vnde *Maieſtas* Cæſarea conſultum duxit, Commiſſarios vtrinque conſtitui, qui intra tempus definitum & loco congruo tranſigant, & componant omnia illa per viam amicabilem: interim tamen declarat, longè vlteriora in illis regionibus adverſus jus Imperij fuiſſe commiſſa, cum alibi de feudis Imperij nihil tranſigatur aut componatur.

Vrget tamen legatus regis Chriſtianiſſimi, vt copiæ deducantur ex limite Gallicano, adeoque munimentum, Mediovici nuper exſtructum complanetur. Reſponſum à Cæſaris *Deputatis*; munimentum illud *Medio-*

vici

vici ex iuſſu *I*mperatoris in ſolo imperij conſtructum, id quod per omnia jura liceret; adeo ut à præſidio congruo porrò, ſit ſervandum : cum hac appendice, Citadellas potius à Gallis in vrbibus Imperialibus ; *V*eroduni & *M*etis, conſtructas, aliorumque locorum, quæ occupaverint & muniferint, demoliendas fore. Repoſuit Gallus Citadellas iſtas & munimenta, ſi quę ſint, legitimè fuiſſe conſtructas, cæteraque à Deputatis Cęſaris prolata, juſtā conquerendi cauſam non prębere, iterata ſępius petitione de Mediovici munimēto complanando quod nuperrimè in territorio Epiſcopatu Metenſis, invito rege, eſſet conſtructum, & Deputatis Cæſareis eadem quæ ſuperius regerentibus.

Id igitur declarat Cæſar, ut munimentum Mediovici relinquatur intactum & præſidium congruum ſuſcipiat, donec per colloquium, de rebus iſtis controverſis inſtituendum, aliter conſtituatur. Legatus autem Gallię, propoſiti tenax, addebat, nihil ſeſe de colloquio in mandatis habere, neque mentem regis didiciſſe, ſcripturum tamen, ut quamprimum particulariter de ſingulis inſtruatur. Convenit inde utrinque ut copiæ à limite deducantur, & nihil obſtantibus ſuperioribus, effectus pacis neque impediatur, neque poſtea turbetur.

XVI. Quoniam verò Dux Lotharingię per occaſionem poſtremorum tumultuum, militem ſcripſit, ad conſervandum ſuum imperium, placuitque Majeſtati Cæſareę & regi Chriſtianiſſimo, ut Dux ille cum dynaſtiis in hac pacis tranſactione comprehendatur, nec à quoquā poſſit aut debeat turbari; copiæ utrinque per hunc litem coerceantur, ne ulla juſtæ ſuſpicioni detur occaſio.

XVII. Amneſtia ſancietur generalis, & reciproca abolitio prætéritorum, pro omnibus principibus, & quibuſcunque in hoc bello militantibus ex utraque parte; aut etiam ſubſidia quæcunque ſuppeditantibus; adeò ut in bona immobilia reſtituantur, qualia nunc inveniuntur, etiam in priorem ſtatum honoris, dignitatis & iurium. Reddenda etiam fuerint pariter undiquaque poſſeſſoribus priſcis omnia bona immobilia, quæ ad ipſos ſpectans

ſtant & ipſis obrigête, licet fiſco ſint illata quocunquè prætextu, per hanc belli tempeſtatem, & alienis data. Ex utraque parte reſtituentur captivi, ſine ullâ exceptione & prout duces exercituum de ſumptibus atque alimentis conſtituent.

XVIII. Quod ſi ab eo tempore, quo legatus regis Chriſtianiſſimi cæpit agere ad hanc aulam, per Italiam diverſum quid foret concluſum inter ſummos Duces exercituum, qui mandata ſufficientia habuerint, ex perfectâ & integrâ tranſactione pacis, & concluſerint, conſtituerint ac ſignaverint antequam iſta per Commeſſarios vtriuſque partis perficiatur; illa in Italia concluſa, conſtituta & ſignata manebit firma & inviolabilis. Si verò ex adverſo per idem tempus nihil fuerit concluſum, & ſignatum in italia, vtrinque ſequenda erit iſtęc tranſactio per omnia & ſingula.

XIX. Quæ omnia & ſingula Majeſtas Cæſarea & Rex Chriſtianiſſimus ſibi invicem promittunt verbo Cæſareo & regio reciprocè, bonâque fide, ita tamen, ut Maieſtas Cæſarea ſuo nomine, Rex Catholicus Hiſpaniæ nomine Ducis Sabaudici & auxiliarium; Rex Chriſtianiſſimus ſuo nomine promittunt, ut omnia & ſingula ſuperiora, uti continentur in hac tranſactione ſincerè & inviolabiliter conſervent.

XX In fidem horum omnium ſuperiorum bina exemplaria iſtius tranſactionis confecta ſunt eiuſdem tenoris & ſubſcriptionis, tum per Deputatos Maieſtatis Cæſareæ conſiliarios, plenam poteſtatem habentes; Anthonium Abbatem Kremiſ Monaſterienſem, Secretarium Majeſtatis Cęſarę; & Othonem Baronem ab Hoſtitz in Falchemariâ, Camerarium Majeſtatis Cæſareæ, Cubicularium, Conſiliarium imperialis aulę, & procancellarium regni Bohemici; & Hermannum, liberum, Baronem à Queſtemberg in Coleſcharia, conſiliarium itidem Cæſareum in eodem regno rum per legatum & Conſiliarium intimum regis Chriſtianiſſimi, Carolum Leonium Brulardum, ex virtute poteſtatis ampliſſimę, cum adjuncto, Patre Joſepho Capucino, Ratisbonę, tertio decimo die Octobris, anno ſupra milleſſimum ſexcenteſimum,

CA-

CAPUT XI.

Pacta confœderationis & ſocietatis quinquennalis, inter Ludovicum XIII. regem Galliæ, & Guſtavum II. regem Sueciæ, inita pro reſtitutione Principum & Statuum per Germaniam; Bernvvaldi in Neomarchiâ Brandeburgenſi, 13 Ianuarij Anno 1631. originaliter.

SErenißimi ac potentißimi Principis Domini Guſtavi Adolphi, Suecorum, Gotthorum, Wandalorumque regis, Magni Principis Finlandiæ, Ducis Eſthoniæ & Careliæ, nec non Ingriæ Domini, Domini, noſtri Clementiſſimi Commiſſarij: Nos infra ſcripti Guſtavus Horn, de Mallâ, & Hernigâ, Eques auratus, & Exercitus Suecici Campimareſchalcus, Iohannes Bannerius militiæ Generalis Pedeſtris, regni Suecici Senatores; & Carolus Bannerius de Hufften, Secretarius natus, & pro tempore ad aulam Pomeranicam legatus, notum teſtatumque facimus.

Quòd cùm ad componendum bellum Sueco-Polonicum à Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino Domino Ludovico XIII. Galliæ & Navarræ rege Chriſtianiſſimo, miſſus eſſet illuſtriſſimus Dominus Hercules Baro Charnacæus, Conſiliarius Status & Tribunus, ac poſt illud negotium feliciter peractum, non minorem Sacræ Regiæ Majeſtatis noſtræ Zelum intelligeret, quam Sereniſſimi ſui regis voluntatem fœderis ineundi, in communium amicorum, vicinorumque libertatem recuperandam.

Et quoniam conditiones, quibus ejuſmodi libertas recuperari & mutuum fœdus iniri poſſe videretur, à ſacrâ regia Majeſtate Domino noſtro, cui horum locorum conſtitutiones omnium optimè ſint perſpectæ, antehac propoſitæ Sereniſſimo Galliæ regi per Dominum legatum communicatæ ipſi adeò placuerunt, ut mandata & pleniporentiam procuratoris Domino Legato dederit de iis tractandis ac concludendis: Nosque ex parte Sacræ regiæ Majeſtatis Domini noſtri, ſequentes articulos ſtatuimus, & concluſimus, ſicuti & vigore harum ſtatuimus & concludimus.

I. Ut ſit fœdus inter præfatos Sereniſſimos Sueciæ & Galliæ reges, pro defenſione ſuorum reſpective communium amicorum, ſecuritate etiam maris Balthici, & Oceani, libertate commerciorum, nec non reſtitutione oppreſſorum Imperij Romani Ordinum: & ut fortalitia ac propugnacula, quæ extructa ſunt in portubus ac littoribus alterutrius maris, Oceani aut Balthici, vel in Rhætiâ, ſolo æquentur, & in eum ſtatum reducantur, in quo proximè antè hoc bellum Germanicum fuerunt.

II. Et quoniam adverſæ partis animus à juſtâ illatarum injuriarum reparatione in hanc uſque diem alienus fuerat, factasque hactenus interceſſiones rejecerat, idcirco communium amicorum ſalus armatâ manu vindicator.

III. In eum finem rex Sueciæ pro tantâ belli mole, ex certis triginta mille peditū, & ſexcies mille equitum ſuo ſumtu in Germaniam ducat & habeat. Rex Galliæ quadringenta millia Thalerorum Imperialium quotannis tribuito, ejusque ſummæ mediam partem 15, menſis Maij, alteram 15, Novembris Lutetiæ Pariſiorum, vel Amſtelrodami in Hollandia (prout Regis Sueciæ Miniſtris videbitur) infallibiliter numerato ac tradito.

IV. Conſcriptio militum ac nautarum, exportatio navium ac rerum bellicarum in mutuis territorijs libera ſit hoſtibus verò denegentur.

V. Delin-

V. Delinquentes iu diſciplinam militarem & fugitivi, Domino ſuo, pro adminiſtranda juſtitia in eos tradantur.

VI. Si Deo placuerit, Regi Sueciæ felices ſucceſſus concedere, in negotio religionis non aliter ſe geret, in occupatis dedi tiſque locis, quam ſecundum leges & conſtitutiones Imperij. Et in locis, in quibus exercitium religionis Catholicæ Romanæ perietur, in integro remaneat.

VII. Ad hoc fædus quicunque alij Status vel principes voluerint, ſive in Germania, ſive extra eam, admittantur. Idque debité caveatur ut qui admiſſi fuerint, nec clam nec palam, ſuo vel alieno nomine, adverſæ parti faveant, at Regibus præfatis, vel communi cauſæ noceant; quin potius ſinguli ad hoc bellum ſumtus contribuant, quantos unicuique vites permiſerint, & intereſſe requirit, eaque peculiari conven tione tranſigantur.

VII. Cum Duce Bavariæ & Liga Catholica in Imperio Romano amicitia, vel ſaltem neutralitas ſervetur, ſi illi reciprocum præſtiterint.

IX. Quod ſi per Dei gratiam occaſio tractandi ſe offerat, ex communi fæderatorum conſilio tractetur, nec ullus fæderatorum ſine altero quid ſtatuito, pacemue inito.

X. Hoc fædus quinque annos durato, à data nimirum præſentium, uſque ad primam diem Martij, Stilo veteri, anno ſupra milleſimum, ſexcenteſimum triceſimi ſexti; intra quod tempus niſi ſecura pax obtineatur, ex communi rurſus fæderatorum conſilio prorogetur.

XI Conventum eſt tandem, ut quoniam præterito anno de hoc fædere tractari cæptum, in ſexenium concluderetur.

Et cum rex Sueciæ multos interea in hoc bellum ſumtus contulerit, ideo pro priori illo anno jam ferè elapſo, nonnine regis Galliæ, ipſo die ſubſignationis præſentium pactorum trecenta millia librarum, ſive centum quinquaginta millia thaleiorum Imperialium præſtentur, & cætero rum quinque annorum ſummam non pertinebunt, P 2 In

In quorum omnium fidem &c. Actum in ſtativis regiis Betnvvaldi in Novâ Marchiâ Brandenburgenſi, decimâ tertiâ Ianuarij, anno 1631. Stylo veteri.

CAPUT XII.

Tranſactio de pace Chieraſci in pedemontio inita, inter Deputatos Cæſaris, & regis Chriſtianiſſimi ſuper diſſidijs Ducum Sabaudiæ & Mantuæ Anno 1631. die 6. Aprilis.

POſtquam Baro *Matthias* Gallaſſius, legatus ampliſſim' & commiſſarius ſummus *Majeſtatis* Cæſareæ mandata & poteſtatem recepit de executione & conſtitutione pacis, itemque de tranſactione Ratisbonenſi, quoad res Italiæ; in quem finem ſeſe Cheraſcum contulerat, acceſſit etiam Thoiraſius, *Mareſchalcus* Galliæ & legatus ſummus apud exercitum regis Chriſtianiſſimi cum Serviento, conſiliario & Secretario intimo, uterque legati ampliſſimi, ut cum Dominâ agerent nomine *Majeſtatis* Chriſtianiſſimæ, & fidem commiſſi muneris probarent, quod ad concludendam pacem pertinet. Tum Panzirolus Nuntius extraordinarius, & Julius *Maſarinius*, miniſtri Pontificis maximi ex occaſione ulterius commorandi ad eundem finem, promiſêre illis ſuperioribus, ſeſe non exceſſuros loco, ſed promtè terminaturos negotium ibidem, cùm alia quævis loca minus oportuna viderentur ob contagionē &, dāna ex bello contracta, colloquio & conventui *Miniſtrorum*, qui à ſuperioribus ſuis quorum intereſt, mitterentur. Conſensêre igitur ut conventus in eodem loco inſtitueretur, ubi ijdem legati ampliſſimi & miniſtri tranſegêre, definivêre & terminavêre lites in hos articulos,

Primò

Primò definitur per hanc tranſactionem, ut Duci Sabaudiæ attribuatur, quantum ad ſolutionem debiti requiritur, ex provinciâ & agro Monferratenſi cum oppido Trini, nempe octodecies mille ſcutati reddituum priſcorum & ſtabilium. Ibi miniſtri *Ducis Mantuani* excepêre, non intelligi ſcutatos aureos, aut ſaltē ad valorem præſentem non exigendos, qui nimius & ex bellicis turbis ortus ad triginta tres aſcenderit florenos. In numero reddituum priſcorum comprehendendam & numerandam Citatellæ taxam, Judæorum, transactiones & alia republicæ debita; Bona ſtabilia æſtimanda ad valorem feudalium, adeoque cum priſcis computanda redditibus, ut æſtimatio conformetur ad uſum fructum ante bellum ſolitum. Opoſuit autem Dux Sabaudiæ, probavitque nihil ea adnumeranda eſſe priſcis redditibus, qui cęperint poſt jura & rationes à prædeceſſoribus acquiſitas. Cum omni modo in cenſum reddituum non pervenerint, niſi à centum aut octoginta vel ad minimum ſexaginta annis, adeoque ſtabilitatis prædicamentum non ferant, diſtinctio eorum foret ſumenda ex remiſſione diſtrictuum.

Qualitatem ſcutati auream duntaxat intelligendam, propter tenorem pactorum præcedentium; & inprimis per Capitulationem, cum Duce Ferdinando jam defuncto initam, & ab ipſo ſubſcriptam. Valorem autem ſcutati in cenſendis redditibus, qui numeratâ pecuniâ ſolvuntur, ad curſum præſentem in locis, ubi redditus colliguntur æſtimari; Cùm ratio communis moneat, redditus bonorum ruralium minimè ſolui ad computum bonorum dominicalium & ſupremorum; eo quod loca illa penitùs deſtructa, ex mandato Ducis Mantuani, diutiſſimè nihil poſſent reddere. Neque in conſiderationem venire, quod potior eorum pars nuper ſit acquiſita, & ærario Mōferratenſi adſcripta.

Cum autem plurima ex utraque producerentur parte, unde difficultates & impedimenta ad exequenda pacis pacta, contra piam Majeſtatum mentem, emergerent; inde Viri iſti ſummi, quòd tranſactio Ratisbonenſis jubeat octies decies mille ſcutatos in redditibus adnume-

 rari,

tari ex qualitate nihilominus conſideratâ ſcutati & redituum, qui Duci Sabaudiæ ſolvuntur; ex virtute facultatis & plenæ poteſtatis, ipſis collatæ, ad extinguendas & ſupprimendas quaſvis difficultates; concluſêre & definivêre, in hunc qui ſequitur modum.

Promittunt, Baro Gallaſſius ex parte Ducis Sabaudiæ & Thoiraſius, adeoque Servientus ex parte Ducis *Mantuani*, articulos preſentes tranſactionis exactè firmè & inviolabiliter obſervatum iri, ſcilicet, vt Dux Sabaudiæ, ſucceſſores ipſius, principes & principiſſæ familiares, pro omnibus juribus & rationibus, priſcis aut novis, quæ poſſet aut poterunt habere in Ducatus & terras Mantuæ aut *Monferrati* (quibus ſe ſe abdicant per quaſcunque ampliſſimas formas, in commodum Ducis Mantuani, & ipſius ſucceſſorum) acquieſcent quindecies mille ſcutatis aureis, qui ſolvantur diſtrictibus æquivalentibus, quemadmodum patet in tranſactione particulari, & legatis ampliſſimis ſubſcriptâ; adeò vt connumerentur redditibus priſcis ordinarijs, tributum ſalinarium, donatiuvm, inſcriptio contractuum, & Salvjtrum.

Vt ſcutatus aureus ad exolvendos redditus, qui in pecuniâ exiguntur, redigatur tantummodo ad viginti octo florenos; æqui pollentia bonorum ſtabilium reducatur ad valorem illum, qui ſolvebatur ante hoc bellum? unde & hic comprehenderentur inter redditus novos, qui ſolverentur per rationem tertij ad centeſimum Cum etiam conſiderarent legati ampliſſimi, iniquum fore, ſi Dux *Mantuanus* perdat vtilitatem, quam Anteceſſores ex taxâ Citadellæ, à Judæis, & de contractibus ſcribendis cepiſſent, definiverunt & determinarunt, vt Dux Sabaudiæ eam ſolvat, ea bona itidem ſtabilia, ad rationem tertij ad centeſimum, Duci Mantuano intra ſpatium ſeſquianni, quàm tardiſſimè, unde conſurgit ſumma.... De qua pecunia Dux pro lubitu diſponat. Quod ſi eadem uti volet, ad emendum aliquem diſtrictum ex vicinia, Dux Sabaudiæ & Baro Gallaſſius promittunt ſuam opem apud Maieſtatem Cæſaream, adeoque alios, ubi opus fuerit, ut facultatem eius rei impetret interea tamen ob fi-

duciam

duciam illius ſortis. Dux Sabaudiæ conſignabit tantundem cimeliorum, quantum ſors illa exigit, in manus alicujus Negotiatoris, aut cujuſcunque; prout conventũ fuerit, *Lugduni* aut Lutetiæ Pariſiorum, quæ ſequeſtro ſerventur, cũ hac declaratione, Ut termino ſes qui anni elapſo, Negotiator ille aut quicunque ille ſequeſter, ad primam petitionem Ducis Mantuani, ſine ullo alio ſenſu Ducis Sabaudici, ea vendere poſſit eo pretio quo promiſſis, Duci Mantuano factis ſatisfiat.

Quæ conſignatio cimeliorum fiet antequam Dux Sabaudiæ poſſeſſionem adeat eorum diſtrictuum, quos in ſolutionem accipit, niſi aliam rationem inſtituat fiduciam ſolutionis firmandi, ad voluntatem Ducis Mantuani. Ut libelli, qui ab univerſitate & particularibus debentur Cameræ Monferratenſi, ſolvantur à Duce Sabaudiæ Duci Mantuano, eodem, quo empti ſunt pretio per eandem Cameram à Duce Sabaudiæ, modo numerentur quindecies mille ſcutati, in æquipollentia diſtrictuum etiam ſatisfaciet Dominæ Infanti Margaritæ, Duciſſæ *Mantuanæ* de dote, auctario dotis mundo muliebri, & alijs nominibus quæcunque ipſa poſſet intentare adeò ut liber & indemnis ſervetur Dux mantuanus, cum omnibus ſucceſſoribus, de quibuſcunque poſtulatis.

Dabitque Dux Sabaudiæ in ſolutionis computum Dominæ Infanti tres pagos, per vicinam Caſalæ, nempe Mottam, Rivam, Conſtantianam, pro centum millibus ſcutatorum aureorum, ſpondebitque, pagos illos ferre redditus ter mille ſcutatorum aureorum quotannis in effecti Supremum autem jus relinquetur in lla loca Duci Sabaudiæ, cum facultate reluitionis; ſi vero non redimat, Dominæ Infanti fas fuerit de ijſdem diſponere in commodum cujuſcunque ad eaſdem leges & conditiones, quæ indultæ fuerunt. Ut etiam æs illud alienum quod ex auctario, mundo, uſura & aliis nominibus crevit & Dux Sabaudiæ debet, ſolvatur, tenebitur Dux intra quadriennium uſuram, de qua conventum fuerit inter ipſum & Dominam Infantem. adnumerare.

Ius patronatus & libera nominatio Abbatiæ Lucedianæ adeoque ſupremum jus in eum locum, & horrea, quæ inter loca à Duce Sabaudiæ conſignata viſuntur, relinquentur in ſtatu priore Duci Mantuano & ſucceſſoribus Ducatus Monferratenſis; Iurisdictio idem Lucedij & horreorum relinquetur Abbati, uti prius, adeo ut altera inſtantia cauſarum fiat aut per Abbatis Deputatos, aut per Senatum Caſalanum, uti prius ſolebat; Declaratur etiam, membra illius Abbatiæ, quæ primitus erat in Statibus Ducis Sabaudici, relinqui in Statu, ſub quo inveniebantur ante bellum.

Dux Sabaudiæ quovis anno permittit coemi decies mille ſaccos granorum & cæteræ annonæ, quo prètio publice per viciniam venduntur, ſexies mille ſaccos nimirũ qua farris, qua ſiliginis, & quatermille qua leguminum qua oryzæ, ad neceſſitatem Caſalæ, ne tamen vectigal pendatur, & ne exportatio quam tardiſſime ultra Novembrem protrahatur. quo menſe elapſo nulla prorſus fiat exportatio, & omiſſa in poſtero anno nulla dûplicetur.

Dux Sabaudiæ ſolvet omnes omnino infeudationes, aut partes illarum, aliorumque bonorum, quacunque demum ratione devolvantur ad Cameram Ducis Mantuani cum hac obligatione, ut illas ſolvat ad rationem .... ad centenarium, quam primum Dux Mantuæ fuerit factus certior de devolutionibus, quæ hactenus ob belli incommoda non potuerè doceri.

Ut pagi & ſubditi, qui relinquuntur Duci Mantuano, & primitus tenebantur molere alibi, & tribuuntur Duci Sabaudiæ, molendinis quibuslibet utantur. Retinent utique ſibi omnia jura Patronatus, quæ vaſalli & ſubditi Ducis Mantuani habebant in diſtrictibus in ſolutionem converſis, adeò ut ſint & liberi maneant, uti olim fuerant. Quicunque cenſus ſtabiles & quæcunque bona per viam repreſaliarum capta, & reſtituentur ſine exceptione Dominis ſuis, ijsque qui ea poſſidebant ante hoc bellum, in eo nihilominus ſtatu, quo nunc inveniuntur; additum etiam declarationis ergò, ut cenſus per viam repreſaliarum capti, poſtmodum relicti aut dati

ipſiſſi

ipſiſſimis debitoribus eorundem cenſuum reſtituantur abſque exceptione.

Navigatio per Eridanum erit libera Trinum uſque æquè Duci Sabaudiæ & Mantuano, ac ſubditis eorum, ſine ullo pretio novi tributi, priſco uti ante bellum, porro manente.

Servi remiges & captivi, qui in diſtrictibus Duci Sabaudiæ datis, & alibi fuerunt comprehenſi in quocunque delicto, promtè liberabuntur.

Iura & prætenſiones ſubditorum & vaſalorum, qui Ducem Mantuanum agnoſcunt in ripa fluvij, facultas & poteſtas transferendi merces & pecudes per terram aut fluvium; tranſitus & commercia, commeatus liber ad Filiſſanam; deductio Eſſaliana & limites manebunt in eo ſtatu, quo fuerunt ante bellum, fruetur dux Mantuanus ijſdem, quemadmodum fruebantur Duces anteceſſores. Litigium autem, ſi quod ſoboriatur de iſtis rebus, promte decidetur per fiduciarios, qui in eum finem à partibus denominabuntur intra alterum menſem ex hoc ipſo die.

Dux Mantuanus ſecundum tenorem rerum definitarum impræſentiarum immittetur in poſſeſſionem Ducatus Mantuani & Monferratenſis, præterea, quæ competunt Duci Sabaudiæ, cui tribuetur poſſeſſorium diſtrictuum deſignatorum, quam primum Inveſtitura ejus perferetur.

Baro Gallaſſius deducere incipiet modeſtè copias Cæſareas Germaniam verſus, adeo ut illæ per agrum Monferratenſem, & illæ per Mantuanum diſcedant ſine ullâ exceptione, maneantque loca illa libera & reſtituta Deputatis Ducum. Diſcedent itidem illæ, quæ tenent ſtationes in territorio Veneto, cum reſtitutione omnium rerum in priorem ſtatum, adeo ut in poſterum nefas ſit illam rempublicam turbari & affligi quocunq; modo ob bellum iſtud. Incipiet autem deducere copias octavo die Aprilis labentis, & immediate ſequetur, ſine ulla remorâ univerſarum copiarum, nullo admiſſo tumultu aut damno in territorio, quod tranſibunt, ſic tamen ut præſidia ad cuſtodiam Mantuæ, Portus & Canettæ relinquant ſolummodo.

Eodem die, octavo ſcilicet Aprilis Mateſchalcus Thoiraſius & Servientus itidem incipiet deducere ex Italia & Sabaudia copias regis Chriſtianiſſimi, adeo ut univerſę conſequantur immediatè ſine ulla remora, æque ex Pedemontio ac ex Sabaudiâ eadem moleſtia, adeo ut nullum damnum inferant Ducis territorio, relinquânt tamen præſidię Pinierolę, Brigeraſij, Suſę & Auilianę. Commeatus nihilominus manebunt liberi, ut ex Gallia ſubire & inde redire liceat; ubi ſimul intelligitur communicatio libera illorum locorum, adeo ut nullę copiæ queant hoſpitali per intercapedinem.

Eodem die Dux Sabaudiæ deſtituet Montacutum, & quęcunque alia loca per agrum Monferratenſem, præter ea quę ipſi ex hac tranſactione obrigêre.

Hinc igitur die viceſimo Aprilis univerſa loca & ſtationes utrinq; occupata armis Majeſtatum Cęſareæ ac Chriſtianiſſimæ, adeoque Ducis Sabaudici in agro Mantuano, Veneto, Monferratenſi. Pedemontano & Sabaudico prompte deſtituentur. & libera relinquentur ſuis dominis. pręter ea loca & munimenta Mantuæ, Portus Canettæ, Pinierolæ, Brigeraſij, Suſæ & Avilianæ, in quibus relinqui poterunt pręſidia neceſſaria ut quam tardiſſimè ad octavum diem menſis Maij proxime venturi copiæ Majeſtatis Cæſareæ redierint in Germaniam.

Promittit Baro Gallaſſius Majeſtatem Cæſaream, ex monito, quoad Cæſareæ Maieſtati faciet, curſore in hunc ipſum finem miſſo, quamprimum iſtæc tranſactio & cōcordatio fuerit ſubſcripta, Duci Mantuano collaturam ſolennia utriuſque Ducatus & Mantuani & Monferratenſis, cæterasque terras ab utroque moventes & dependentes, præter ea, quæ Duci Sabaudiæ fuerint attributa, & quæ Duci Guaſtallæ ſunt conceſſa, ad eundem modum inveſtituræ, quo anteceſſores utebantur. In Italiam igitur veniet Dux, intra ſpatium viginti quinque dierum, quod ex hoc ipſe die iſtius tranſactionis incipiet; aut intra eum terminum â Leonnio legato regis Chriſtianiſſimi, vel ab Epiſcopo Mentuano certiores fient inveſtituram illam jam expeditam eſſe & ſibi in manus traditam.

Poſt

Poſt hanc conſignationem factam, aut certitudinem perlatam, vt dictum fuit, copias etiam vtrinque deductas fiet initium demolitionum, cum negotio dati ſunt dies quindecim, qui præterlapſi, demolitionibus nondum factis, reſtitutionem nihil impedient.

Vbi illi quindecim dies tranſierint, viceſimo tertio nempè May, Baro Gallaſſius deducet præſidium, *Mantuæ*, in Portu & Canetuæ relictum, traditis illis locis in manus Ducis Mantuani.

*E*odem die Mareſchalcus Thoiraſius reſtituet *D*uci Sabaudiæ Pinierolam, Brigaraſium, Auilianam, & Suſam quemadmodum diximus.

*S*ucceſſivè deinde Gallaſſius deducet copias, & deſtituet penitus Status munimenta & tranſitus, quæ per Rhætiam & Vallem Telinam occupaverat, vt liberæ permittantur diſpoſitioni Griſonum, vt ſolebant ante bellum hoc commotum.

Vt autem reſtitutio habeatur eò certior illorum locorum, obſides per terminum quindecim dierumq́, qui vtrinque demolitionibus, ſunt conſtituti tradentur petiti, ex parte nempe Maieſtatis Cæſareæ Baro & tribunus Baptiſta Wittisleben, & ex illâ Maieſtatis Chriſtianiſſimæ Marchio Tavenefius, Charautius & Aquabonus, idque in poteſtatem Pontificis Maximi, qui fidem dat, ſeſe eos ſervaturos ſecurè ad certiorem reſtitutionem illorum locorum, addens etiam, obſides reddendos illi parti, quæ pactis ſteterit, etiam obſides illius, quæ minus ſatisfecerit. Sub finem iſtius menſis reſtituentur pariter mancipia bello capta, vndiquaque, ab omnibus principibus & Statibus, huic negotio admixtis, cujuscunque illi fuerint conditionis ex vtraque parte, ſine ullo pretio redemtionis, cum hoc appendice, vt vniuerſa promiſſa ſtipulata & non facta ad illam liberationem declarentur nulla & nullius effecti.

Omnes omninò vaſalli & ſubditi ſimul cujuſcunque fuerint conditionis, qui per hanc belli tempeſtatem alterutri parti dederint operam, redibunt in mutuam concordiam, reſtitutis vnicuique bonis fiſco illatis & per viam repræſaliarum ereptis, æquè in diſtrictibus, qui de-

pendent

nempè ſtatu, quo invenientur; quemadmodum etiam Pedemontanis, Sabaudis, *M*antuanis & Monferratenſib⁹ adeò ut propter hoc negotium nequeant vadari, ad judicem trahi, aut quocunque alio modo turbari.

In hac etiam tranſactione intelliguntur comprehenſi auxiliares & fæderati, inprimis verò Helvetij, Bernates Valleſiani, alijque, qui in hac occaſione præſtiterint quamcunque operam partibus in æquabilem; adeò ut Commercij conſtet ratio, benevolentiæ, in quibuscunq; rebus, uti meminerant ante bellum viguiſſe; neque inde ullo unquam tempore oriantur ullæ offenſæ aut moleſtiæ

In vigorem priſtinum reſtituetur libertas commerciorum, inter imperia Galliæ, *S*abaudiæ, Pedemontij Monferrati, Mediolani, Mantuæ, Venetorum & aliorum dynaſtarum, principumque vicinorum, ad eandē facultatem, im̄unitatem & libertatem quibus alterutri fruebantur ante hoc bellum.

Tormenta bellica, quæ *M*antuæ, & per alia loca agri Mantuani, Monſetratenſis, *S*abaudiæ & Pedemontij, fuerant reperta, reſtituentur, ut in iiſdem locis relinquantur.

Reſtituentur etiam tormenta, quæ Miniſtri Hiſpaniæ invenerunt Ponteſturæ Nicea & Ponſonij.

Baro Gallaſſius (quoniam pacta Ratisbonenſia id exigunt) promittit, exercitus regis Catholici non remanſuros in agro Mediolanenſi, ad excitandam æmulationem vicinorum, nec moleſtiam exhibebunt cuiquam dynaſtiæ Principum, qui partibus acceſſerunt in hoc prærerito bello. Ut autem promiſſum illud, & alia in hac tranſactione comprehenſa, & ab auctoritate miniſtrorum, quos Majeſtas Catholica habet ſummos dependēt; præſtabit Baro Gallaſſius; ut pacta hæc habeāt rata aut docebit, quo modo id promittere queat.

Quæ univerſa Baro Gallaſſius promittit nomine Majeſtatis Cæſareæ, ex poteſtate mandatorum & facultatis, quæ docebit ſufficere ad realem & effectivam executionem promiſſorum; quemadmodum ex altera parte legati Galliæ docebunt, ſua mandata & poteſtatem ſufficere

ficere ad realem & effectivã executionem rerum ſuperiorum, promittentes nomine regis Chriſtianiſſimi fidem pactorum.

Tandem ad roboranda ſuperiora, factæ fuêre geminæ ſcripturæ de rebus tranſactis, quæ ſignabuntur à legatis ampliſſimis Majeſtatis Imperatoriæ & regis Chriſtianiſſimi.

Datum Queraſci, 6. die Aprilis anno 1631.

M. GALLASSIUS.
THOIRASIUS.
SERVIENTUS.

Index urbium, oppidorum, & pagorum, uti duci Sabaudiæ traduntur poſſidenda per trãſactionem Queraſcianam die 6. Aprilis anno 1631.

Quamvis per tranſactionem æquabilitatis inter Duces Sabaudiæ & Mantuæ definitum ſit & conſtitutum hoc ipſo die, Duci Sabaudiæ deberi & ſolvendum eſſe ad delenda nomina tantum terrarum ex agro Monferratenſi, ut ad redditus quindecies mille Scutatorum aſcendant, quorum ſinguli æquent viginti octo florenos; redditus tamen priſci & ſtabiles computantur particulatim, unde quindecies mille trecenti quinquaginta exurgunt, adeò ut ſeparatim ſint recenſendæ illæ terræ. Hinc fit, ut ad integram executionem tranſactionis ſuperioris Baro *Matthias* Gallaſſius, legatus ampliſſimus & Commiſſarius Generalis *Majeſtatis Cæſareæ*, adeoque Toiraſius Mareſchalcus Galliæ, & legatus ſummus apud exercitus per Italiam regis Chriſtianiſſimi, cum Serviento, Actuario intimo uterque legatus ampliſſimus regis dicti, unanimiter declarârunt, adeoque declarant, terras illas aſſignatas ad ſatisfaciendum duci Sabaudiæ, eſſe iſtas ſequentes, Trinum, Tricertum, Palaſſolam, Branſatam, cum Carpenitâ, Livorno, Salugiâ, Rondeſſona, Volpiana, Fogiliuſſâ, Marcenaſco, Ciconio, Fano Georgij Calo, Candia, Baronio, Lucello, Orio, Luſigio, Montutengo, Fau-

Fauria, Leciouio, Buſſana, Spicara, Fornio, Roccacoriana, Corio, & quę reliqua ſunt trans Eridanum; pręter Moranam, Balſolam, Villam novam, Francinum, & quę ad Abbatiam Lucedij ſpectant in agro Monferratenſi.

Tribuentur præterea ipſi cis Eridanum Bruſatium, Cavaniola-Monteum, Lautiana, fanum Sebaſtiani, Caſſaniet-ta, fanum Raphaelis, Cimenia, Caſtiliana, Cordua, Cioliſſa Buſſolena, Plaſſa Mercōenona, Tonencum, Conſana, Mōcucceium, Verinianum, Blienum, Mondenium, Berſana, Albuniana, Pinum, Iſola, fanum Damiani, Boſia, Grinſana, Pernum, Borgemala, Bonivella, Rodirodellum, Guttaſicca Camerana, Camum, Bianum, Alta cum Montiluppa, Barbariſcum, quę omnia conficiunt illam ſummam quindecies mille ſcutatorum, in redditibus illius conditionis, & in quas terras Baro Gallaſſius Duci Sabaudię dabit poſſesſionem aut curabit dari, quemadmodum conventum eſt & conſtitutum per hanc tractionem. Bona autem ſtabilia Ducis Sabaudię intelliguntur, Ducem Mantuę debere ipſi evictionem, immunitatem ab omnibus, quę poſſeſſionem turbare queant ex aliqua prætenſione & jure.

In quorum omnium fidem ijdem fiduciarij ſubſcripſerunt &c.

Datum Queraſci, 6. die Aprilis anno 1631.

Articulus particularis pro ſecura reſtitutione munimentorum, quę in territorio Griſonum & per Vallem Telinam fuerant excitata. die 6 Apr. anno 1631.

Quoniam pacta Ratisbonenſia facultatem largiuntur ampliandę fiduciæ, in puncto reſtitutionis, nempe eorum munimentorum & clauſtrorum, quę Griſonibus fuere erepta, ſi fortè in obſidibus non plenè ſatis fieret, id quod utique viſum, Convēnit inter partes in hunc articulum clandeſtinum, qui tamen ejuſdem roboris & virtutis erit cum tranſactione per hunc ipſum diem peracta, ſcilicet ut munimenta Aulianæ & Suſæ, centurionibus

nibus & militibus Helveticis committatur, qui ſcripti ſint ex Helvetica fęderata, utrinque cum rege Chriſtianiſſimo & duce Sabaudię; ut ſervent illa munimenta nomine ducis, jurati ſtipulentur, ſeſe liberè ea reddituros, quamprimum de reſtitutione conſtabit, ut itidē liberentur ab illo juramento, quod legatis ampliſſimis prętiterint, ut executione intermiſsa per conſtitutum terminum, munimenta redeant in poteſtatem Mareſchalci Thoiraſij, aut cujuſcunque â regimiſſi Chriſtianiſſimo. Ubi Baro Gallasſius id didicit, de novo promiſit reſtitutionē ſuperiorem, collaudata Ducis promtitudine in omnibus, quę Majeſtatis Cęſareę commodum attingunt, ad promovendam pacis executionem.

M. Gallassius
Thoirasius
Servientus.

CAPUT XIII.

Tranſactio confœderationis & ſocietatis in octennium ſancita inter Ludovicum XIII. regem Galliæ atque Navarræ; & Maximilianum, Electorem Bavaroiæ, ſignata ab eodem Electere Monachij, octavo die May 1631 originaliter.

Quandoquidem rex Gallię & Elector Bavarię amiciciam bonam, ac defenſionem reciprocam confirmare & inire deſiderant, ideo in ſequentes articulos, ſub fide data ſecretos conſenſerunt.

Sit inter regem & Electorem Bavarię ſincera, bona cō ſtans amicitia, ac defēſiva utriq; firma obligatio ad octo annos

annos ; virtute cujus rex obligatur novem millibus equitum, cum convenientibus tormentis bellicis, & proprijs ſumtibus defendere Electorem Bavariæ, ejuſque provincias hæreditarias & acquiſitas, ſi hoſtiliter invadantur poſſit tamen Elector Bavariæ, in ejuſque optione conſiſtat à rege vel militem, vel pecuniam tanto militi ſufficientem petere.

Eodem modo Elector Bavariæ obligatur tribus millibus peditum, & mille equitibus, ac convenientibus tormentis bellicis, proprijsque ſumptibus defendere regem Galliæ ejuſque provincias hæreditarias ac acquiſitas, ſi hoſtiliter invadantur: Similiter tamen in arbitrio regis poſitum ſit, ab Electore Bavariæ vel militem ipſum, vel pecuniam tanto militi æqui pollentem poſcere.

Rex Galliæ promittit arma ſua nullo modo applicare vel conferre contra, vel in Electorem Bavariæ, ejuſque ſupradictas provincias, nec directè nec indirectè, aſſiſtere militibus aut pecuniâ ijs, qui volent Electorem Bavariæ, aut ejus provincias hoſtiliter invadere, nec eis permittere ut militem in regno Galliæ contra Electorem & ſupradictas ejus provincias conſcribant, aut illis arma, tormenta, vel pulveres tormentarij ab illorum amicis, ſubditis regijs ſubmittantur.

Viceverſà Elector Bavariæ promittit, ſua arma nullo modo applicare & conferre in & contra regem, ejuſque provincias hæreditarias, ſive acquiſitas; nec directè nec indirectè aſſiſtere militibus, vel pecuniâ, nec permittere conſcriptionem militum in ſuis provincijs, vel extractionem armorum & pulveris tormentarij ijs, qui volent Regem, ejusque provincias invadere hoſtiliter.

Rex promittit agnoſcere, defendere & manutenere dignitatem Electoralem in perſona ejusdem Electoris, & domo Bavariæ contra omnes, qui voluerint vel tentaverint illam dignitatem eis auferre aut eos in exercitio dictę dignitatis impedire.

Quandoquidem ex urgentiſſimis cauſis neceſſarium eſt, ut hæc amicitia & defenſio hoc tempore tantum inter Regem & Electorem Bavarię concluſa, nulli alij pateat

teat, ſed ſecretiſſima maneat, ideò utrinque de ſecreto obſervanda in ſpecie quoque cautum eſt.

Quos omnes articulos eo libentius rex Chriſtianiſſimus & Elector Bavariæ inter ſe comprobârunt, & ſibi invicem promiſerunt, quia & jure naturali liciti, & regiæ majeſtati, & Electorali dignitati convenientes ſunt: reſervat ideò tamen ac excipit hic Elector juramentum ſuum Imperatori & Imperio præſtitum; reſervatione autem ſic excepta præfatus Elector omnia, & ſingula, quæ in hoc tractatu mutuæ amicitiæ, & reciprocæ defenſionis continentur ſincerè, exactè, & bonâ fide ſe præſtiturum promittit, Regemque Galliæ, ejuſque provincias hæreditarias & acquiſitas adverſum quoſcunque defendere tenebitur, eo modo in ſupra dictis articulis continetur.

Viciſſim verò quoque Rex Galliæ omnia ea ſe denuò ſincerè, ac bonâ fide præſtare velle promittit, quæ in ſuprà dictis articulis ſpopondit.

In fidem horum omnium Elector Bavariæ propria manu ſubſcripſit; eaque proprio ſigillo communiri fecit.

Datum in urbe noſtra Monachio, 8. die Menſis Maij, anno Domini 1631.

Signavit.

MAXIMILIANUS.

& infrà.

GUILIELMUS JOCHER,
cum inſignibus Electoris
Bavariæ

Hæc ita contineri in originali, quod in manus Domini Cardinalis Richelij Ducis tradidi. Lutetiæ Pariſiorum, 20. Iunij. 1634.

Signatum.

BUTHILERIUS.

Facta eſt copia par, ſignata à rege Fontænablavij. 30. Maij 1631.

Signatum. LUDOVICUS.

& inferius BUTHILERIUS.

Cum inſignibus Galliæ, cujus originale traditum fuit in manus Domini Cardinalis Richelij Ducis.

CAPUT XIV.

Tranſactio inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ, adeoque Carolum III. Ducem Lotharingiæ, inita Vici, ultimo die Decembris. Anno 1631.

VBi Rex ſincerè teſtatur Duci Lotharingiæ faſtidium, quo afficeretur ex diverſis occaſionibus, quæ à quadriennio inciderint; poſtquam Dux regiam Majeſtatem fecit certiorem cum omni cultu, quantâ animi ęgritudine premeretur ob illatum illud faſtidium, cum viceverſa deſiderio ſumma flagraret ipſius in poſterum, quibusvis officijs demerendi; in hæc capita convenêre.

1. Ut

1. Ut Dux ex hoc ipſo momento ejuret quasvis colluſiones, ligas, ſocietates & machinationes, quibus connectetur, & poſſet connecti cum quovis Principe & Dynaſtiâ, in diſpendium regis, regiorum Statuum, & provinciarum, quæ ipſum agnoſcunt vel dominum, vel patronum.

Sic etiam cenſeantur pacta confœderationis inter regem Sueciæ & ſuam Majeſtatem, adeoque Ducem Bavariæ, inita, ad aſſerendam Germaniæ libertatem, Ligam Catholicam, defenſionem & protectionem Principum, amicorum & fœderatorum, qui Galliam attinent.

2. Ne Dux in poſterum ſuſcipiat aut pangat ullum fœdus cum quocunque principe aut Dynaſtijs, rege inſcio & invito.

3. Dux ex provinciâ universâ deduci curet univerſos regis hoſtes, & omnes omninò ſubditos, qui regno egreſſi ſunt ipſo invito, quibus in poſterum neque commeatum, neque ſecuritatem præſtet in ſuo territorio.

*4. Dux non permittat ullum ſcribi militem in ſuis provincijs adverſus commodum regis, neve ullum ſubditum militare, aut opitulari hoſtibus regijs, ſed revocet quoſcunque ſtipendio cujuſcunque principis, regi infeſti addictos.

5. Dux omnem libertatem & poteſtatem indulgeat ijs qui à rege miſſi comprehendent & attinebunt in ipſius provincijs quoſcunque regiæ Majeſtati rebelles ſubditos, crimine læſę reipublicæ aut majeſtatis implicitos & accerſitos.

6. Rex promittit Duci, ut teſtatam faciat, veram & ſinceram benevolentiam, quâ ergà ipſum afficitur, ſeſe protecturum ipſius perſonam, & defenſurum ipſius provincias erga quosvis & adverſus omnes, quicunque invaſionem aut aggreſſionem eſſent auſuri, in univerſo aut ex aliquâ parte, quacunque de cauſa & ex qualicunque prætextu, tanquam proprias.

7. Quoniam verò animus regis, cùm in hanc plagam tranſivit, non tantùm quærebat juſtitiam adminiſtrare, & iniqua reparare, quæ paſſus eſt per eorum temeritatem, qui nomine & armis Cæſareis abuſi arma intulerunt

Q 2 in Sta-

in Status & provincias regię obedientiæ & protectionis, adeò ut occupaverint, & firmarint aliqua loca majoribus intenti auſis, quæ aliquando in detrimentum iſtius Coronæ pullulâſſent, niſi obſtitiſſet Deo propitio & armorũ vim benedicente; ſed etiam diſpiciebat media, ad Principes & Dynaſtas Germaniæ, vicinos ſuos & iſtius Monarchiæ fœderato priſcos aſſerendos in provincijs ſuis, ubi tur bantur ab aliquot annis: Viſum eſt, ſi ad diſturbandum bellum, quod exitium ſummum minitatur Electoribus Catholicis, & plurimis âlijs Principibus Galliæ fœderatis, & invicem unitis, neceſſum foret, regem arma in Germaniam proferre; tum Dux promittit, ſeſe non ſolum daturũ ſecurum & liberum, commeatum armis regijs, per ſuas provincias ut in Germaniam pervadant, aut alias provincias terrasque quas lil et, annonam & omnia neceſſaria ſuffecturum, ad ſuſtentationem exercituum, quantum poterit, ſumptu & expenſa regia, ſed etiam ſuas vires additurum, quæ infra quater mille pedites & ducentos equites non fuerint, ſuo ſumptu & ſtipendio regi militantes, quouſque occaſio iſtius conſilij durabit, & rex in Germania habebit exercitum.

8. Quemadmodum prorſus neceſſum fuerit, ut arma, quę in Germaniam inferentur, Rhenum verſus, aut aliorſum, prout conſultum videbitur, ad ſupeditas illis principibus ferendas, non ſolummodò vim adhibeant locis & oppidis, tranſitum negantibus; ſed etiam nonnulla teneant, ad certiorem ſuſtentationem ſui; adeòq; commeatum & regreſſum: convenit, ut tertia pars eorum locorum omnium, quæ capiantur & occupentur ab ijsdem exercitibus relinquantur poteſtati Ducis Lotharingici, cui integrum fuerit ea conſervare & defendere quantiscunque voluerit pręſidijs, adeò ut exigere queat tributa ſolita, & ad præſidia alenda neceſſaria, quemadmodũ duæ reliquæ tertiæ permittentur voluntati regis: Majeſtate regiâ, & Duce conjunctim obligatis, ad defenſionem illorum locorum, cum numero militum ſuperius exacto, adverſus quosvis, adeò ut neuter ea poſſit relinquere & deſtituere ſive in univerſo, ſive ex aliqua parte, niſi uterque conſentiat.

8. Præ-

8. Præter iſta omnia deſiderat *Dux* teſtari Maieſtati regiæ omnem fiduciam & ſinceritatem, adeoque ardens ſtudium, quod concepit, vt in perpetuum & integrè ipſi vniatur, ex ratione ſuppetiarum, quas rex erga omnes & adverſus quoſvis cum omnibus viribus offert, & promittit tradere regi intra octiduum *Marſallum*, quod poſt executionem pactorum iſtorum, ſecundum ea quæ continent, rex promittit reddere bonâ fide Duci & ipſius ſucceſſoribus intra triennium: quo currente Dux fruetur dominio utili, cenſibus, redditibus, ſalinis, & omnibus alijs juribus ex *Marſallo*, terris & pagis inde dependentibus, quemadmodum impræſentiarum fruitur; adeò vt locum illum non cedat & tradat regi, niſi ratione depoſiti, vt eo triennio currente eum teneat & cuſtodiat iis viribus & numero militum, vti regiæ Majeſtati videbitur.

9. Promittit denique regia Maieſtas *Duci*, ſeſe in poſterum nulla pacta initurum, quæcunque ex tenore iſtius transactionis ſuſcipiantur, niſi Duce in eadem comprehenſo, adeò vt commoda ipſius curet, tanquam ſua.

Actum Vici, vltimo die Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo primo.

Articuli à tranſactione ſuperiori ſeparati.

Quamvis primo articulo tranſactionis generalis, hoc ipſo die inter regem & Lotharingum initæ, non niſi per terminos generales, dicatur Ducem abdicare quaſvis colluſiones, ligas, ſocietates & machinationes, quibus poſſet connecti cum aliquo principe in detrimentum regis, regiorum Statuum & provinciarum, quæ ipſum agnoſcunt dominum & patronum, quemadmodum etiam in præjudicium pactorum, & fœderationum, quæ inter regiam Majeſtatem & regem Sueciæ, adeòque inter regiam Maieſtatem & Ducem Bavariæ ineantur, ad aſſerendam libertatem Germaniæ, ligam Catholicam, defenſionem & protectionem Principum amicorum, Galliæque

 fœde-

fæderatorum ; verè nihilominus Dux vult intelligi, ſeſe abdicare omnibus fæderatoribus , quas inviſſe potuerit cum Cæſare, rege Hiſpaniæ, & quibusvis alijs principibus Dominus Auſtriacæ.

Quemadmodum e iam articulo tertio dicitur , ipſum exactu um ex ſuis provincijs omnes regiæ Maieſtatis hoſtes,& quicunque è regno exiverint rege invito ; ita Dux vult obligari per hanc clauſulam generalem, vt ne refugium & ſuppetias præbeat in ſuis provincijs fratri regio r.ginæ matri regiæ , aut cuicunque ipſorum clientum.

Superiora facta ſunt & tranſacta hoc ipſo die ſexto menſis Januarij, anno 1632. vt eadem virtute & robore valeant , vt tranſactio facta Vici ,die & anno ſuperius ſcriptis.

Ego Carolus Dux Lotharingiæ & Barri &c. poſtquam vidi articulos iſtius tranſactionis, eam ratam habui , & promitto adimplere ſecundum id quod conventum eſt per meos fiduciarios ſuperius nuncupatos.

In quorum fidem ſignavi, & curavi obſignari hæc per meum Actuarium intimum , & mandata ſuperius dicta.

Factum in vrbe mea Nanceij , die 17. Januarij anno 1632.

C. Lotharingus.

& inferius.

C. Voillatus.

Relatum in tabulas publicas, Procuratore generali regio Pariſijs in Parlamento audito , die viceſimo Decembris, anno 1633.

Signatum.

Tilietus.

CAP.

CAPUT XV.

Tranſactio Ludovici XIII. Regis Galliæ &c. cum Philippo Chriſtophoro, Archiepiſcopo Trevirenſi, Electore & Epiſcopo Spirenſi: quâ Rex obligatur opitulari Electori adverſus oppreſſores; praterea, curare vt deducantur ex Archiepiſcopatu & Epiſcopatu milites Regis Suecici Ehrenbretſteynij, anno 1632. die 9. Aprilis.

NOs Philippus Chriſtophorus Dei gratiâ Archiepiſcopus Trevirenſis, ac Princeps Elector, Epiſcopus Spirenſis, AdminiſtratorPrumienſis perpetuus, & Præpoſitus Weiſſemburgenſis: & Ludovicus de Brianſon de la Saludie, Magiſter de Campo Chriſtianiſſimæ regiæ Maieſtatis Franciæ, cum plenipotentiâ miſſus legatus, Notum facimus atque fatemur, Poſtquam Chriſtianiſſima regia Maieſtas ſe intra Sereniſſimum & Potentiſſimum regem Sueciæ, ac Sereniſſimos, Illuſtriſſimos ac Reverendiſſimos Electores Principes, aliosque Catholicæ Vnionis Status, pro ſalute ac pace publica reintegrandâ ac reſtabilienda, vti mediatorem, fidejuſſorem ac ſponſorem interpoſuit, illâ intentione, vt neutralitas inter regiam Maieſtatem Sueciæ, & prædictos Vnionis Catholicæ Status erigeretur, quæ neutralitas à parte vtraque non fuerit concluſa approbata & confirmata, ſed potius contrarijs factis caſſata:

Idcirco Nos cum regiæ Maieſtatis Franciæ legato ſupradicto, ſequentes pacis articulos concluſimus, approbavimus, ſigilliſque noſtris, & manuum ſubſcriptione munivimus, ſequentis tenoris.

I. Nos Philipp⁹ Chriſtophor⁹, Archiepiſcop⁹ Trevirenſis,

& Princeps Elector, in manus & cuſtodiam Chriſtianiſſimæ regiæ Maieſtatis Galliarum fortalitium de Ehrenbretſtein, noſtræ Archidiæceſis Trevirenſis, primum deponemus, eouſque donec pax generalis in Germania ſit concluſa; Ex tunc enim Chriſtianiſſima regia Majeſtas militem abducat ac dictum fortalitium in liberas noſtras noſtrorumque ſucceſſorum manus, in eo ſtatu, quo tempore depoſitionis inductionisque militis fuit iterum tradat & reſtituat.

II. Pro qua cuſtodia & aſſiſtentia Chriſtianiſſima regia Maieſtas mille peditum, & centum equitum ſelectorum Gallorum mittet, vt ingrediantur ſupradictum fortalitium.

III. Qua militia ita introducta ex Chriſtianiſſimæ Maieſtatis permiſſione & mandato, quod inſimul tranſmittetur, nobis jurabit.

IV. Rogamus tamen Chriſtianiſſimam regiam majeſtatem, vt eadem propter devaſtationem modernam Archiepiſcopatus Trevirenſis, ad ſuſtinendum militem, tertiam partem expenſarum & ſtipendiorum eouſque exſolvere dignetur, donec ſubditi noſtri contributiones neceſſarias præbere poſſint & valeant.

V. Et vt ſtatim atque depoſitum fuerit ſupra nominatum fortalitium, Chriſtianiſſima regia Maieſtas ex Archiepiſcopatu Trevirenſi exturbabit, expulſabitque non ſolum copias regiæ Maieſtatis Sueciæ, ſed & omnes alias quas tum inveniat: in quem effectum expreſſam ordinantiam ante ingreſſum, pro maiori aſſecuratione oſtendet, curabitque vt omni loca, Satrapiæ, civitates, pagi & territoria occupata quantocyus deoccupentur, milites in totum abducantur, ac ad liberas noſtras manus tradantur: hac conditione, vt iiſdem in locis ceſſis, aut deoccupatis, nos, vti ante occupationem diſponere, proprioque militi ibidem quarterium, abſque vllo impedimento concedere poſſimus.

VI. Eadem regia Maieſtas Chriſtianiſſima non ſolum prædicto modo, noſtrum fortalitium Ehrenbretſtein cuſtodiat, ſed etiam nobis noſtrisque ſubditis, contra hoſtilitates, oppreſſiones, offenſionesque reali aſſiſten-

tiâ ſuccurret, omnia quartiria & preſſuras avertet, omnibusque quibus poteſt modis:ac viis defendet.

VII. Quo in caſu Chriſtianiſſima Maieſtas ex regia liberalitate ſumptus expendet, nec a nobis plus quam ſubditi, territoriumque noſtrum Trevirenſe in commeatu præſtare poſſint, poſtulabit, neque vllam aliam actionem contra noſtram Archidiæceſin, nos ac ſucceſſores noſtros in futurum prætendet.

VIII. Et quamprimum fortalitium Ehrenbreitſtein prædicto modo cuſtoditum, & reliqua juxta articulos promiſſos aſſecurata fuerint, tunc ſupra poſitis conditionibus, eodemque plane modo, nos fortalitium noſtrum Philipsburgum in Chriſtianiſſimæ Maieſtatis manus depoſitum, mille peditibus, & centum equitibus, ſelectis intromiſſis, quoque trademus. Ita tamen vt ſupradicto modo totus Epiſcopatus Spirenſis: ac omnia loca, Satiapiæ civitates, pagi & territoria ex tunc quantocyus a Regia Maieſtate Sueciæ, eiuſque adhærentibus deoccupentur, milites in totum abducantur, ac ad liberas noſtras manus tradantur, hoc modo vt nos iiſdem in locis ceſſis & deoccupatis, vti ante occupationem, diſponere, proprioque militi ibidem quartirium abſque vllo impedimento concedere poſſimus.

IX. Eadem quoque Chriſtianiſſima Regia Maieſtas nõ ſolum, vti prædictum, noſtrum fortalitium Philipsburgum cuſtodiet, ſed etiam nobis noſtriſque ſubditis contra hoſtilitates; oppreſſioneſque quaſcunque reali aſſiſtentiâ ſuccurret, omniaque quartiria & preſſuras avertet, omnibusque quibus poteſt modis ac vijs defendet.

X. Hac tamen cum clauſula, vt in vtroque fortalitio cum Aulicis noſtris, ordinariâ guardiâ & Cancellariâ noſtrâ, pro libitu noſtro manere, ibique rebus noſtris vacare poſſimus.

XI. Ulterius caſu, quo Metropolis noſtra Civitas Trevirenſis à milite regiæ Maieſtatis Sueciæ occuparetur, tunc illa ad manus noſtras, mediante Chriſtianiſſima Maieſtate tradenda erit, ac in eandem nullum aliud præ-

ſid.um, quam noſtrum, prædicto modo, planè ijſdem ſub conditionibus introducatur, ac ſuſtentetur.

XII. Vltimo tranſitus omnes vtrique parti militanti, ſine frau le ſint apetti, ſine injuria & damno proprietarij.

Igitur Nos Philippus Chriſtophorus, Archiepiſcopus Trevirenſis, ac Princeps Elector promittimus obſervare, & obſervari facere, ſincerè realiter & cum effectu, abſque aliqua ſiniſtrâ interpretatione; Et Ego Ludovicus de Brianſon, Baro de la Saludie, Magiſter de Campo, Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtatis, cum Plenipotentiâ Legatus miſſus prædictos articulos nomine eiusdem Chriſtianiſſimæ regiæ Maieſtatis, totidem verbis pro more ſtipulatus ſum, polliceorque, me certò effecturum Chriſtianiſſimam regiam maieſtatem omnes & ſingulos articulos & conditiones, uti & hanc noſtram concluſionem, ſubſcriptionem ac ſigillationem, manu propria & ſigillo regio confirmaturam, realique aſſiſtentiâ adimpleturam. In quorum fidem has præſentes proprijs manibus ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro communivimus.

Acta conventaque hæc omnia in fortalitio noſtro Ehrenbretſtaniano, die nonâ menſis Aprilis, 1632.

Sic ſignatum.

PHILIPPUS CHRISTOPHORUS
Archiepiſcopus Trevirenſis.

&

LA SALVDIE,

cum ſigillo dicti Domini Electoris.

CAPVT

CAPVT XVI.

Articuli tranſacti inter Cardinalem Richelium Commiſſarium deputatum à rege; & Villanum, primum nobilem Camerarium & Iohanninum Secretarium intimum, Commiſſarios deputatos à Duce Lotharingiæ anno 1632. die 20. Iunij.

I Regia Maieſtas deducet copias ſuas ex provinčijs Ducis Lotharingiei, quo eas inducere cogebatur, vt rationem exigeret proceſſus, ex Germania contra mentem retractas, cum illac locorum eſſent progeſſæ ad opem fœderatis Catholicis ferendam.

II. Reddet etiam Duci vrbem & caſtellum Barri, vrbem & caſtellum Sancti Mic ij, Pontem Muſſonij, & generaliter quicquid in ipſius provincijs conquiſiuit, poſtquam arma intulit.

III Propterea Dux reponet intra nouum diem vrbes, caſtella & citadellas Stenæi ac Jameſij in manus regiæ majeſtatis, Stenæum quidem intra ſextum & Jameſium intra nonum diem; idque cum annona armis & apparatu præſenti, in quadriennium; eâ lege, vt poſt exactum id tempus loca illa reddantur bona fide, in eodem ſtatu, quod fuerint depoſita. In quem finem inſtituetur proceſſus verbalis ex æquitate, quemadmodum etiam de apparatu bellico, qui in eodem reddetur ſtatu. Grana autem retinebit regia maieſtas pretio currente, quanta voluerit, ex hoc ipſo die vt reddantur Commiſſariis in eum finem deputatis à Duce reliqua.

IV. Conſtante depoſiti tempore fas fuerit regiæ maieſtati quemcunque numerum militū pro lubitu imponere

in illa

in illa loca,cuſtodiæ ergò, incolæ dicent ſacramentum fidelitatis regi, quo obligentur, vt ne quid audeant in detrimentum ipſius Maieſtatis adverſus ea loca, depoſito iſto conſtante;quod non impediet, quin Dux fruatur omnibus redditibus & juribus, vti fruitur hodie, dum præfecti Ducis exercent ſua munia ex ipſius authoritate.

V. Dux deponet etiam in manus Majeſtatis regiæ vrbem & fortalitium Clermontij intra triduum, ad hanc differentiam, quod Rex quærat Comitatum Clermontij ſibi deberi,& à Corona ſua dependear,qua de cauſa controvertitur in Curia Parlamenti Pariſienſis, cùm cætera loca debeant reſtitui Duci; hinc conventum eſt ex hoc ipſo momento inter Maieſtatem regiam & ipſum, hac ipsâ tranſactione,vt vrbs, fortalitium & Comitatus Clermontij,cum omnibus dependentiis, relinquentur in plena proprietate & ſupremitate regi, quemadmodum rex illud deſiderat, interveniente pretio quod rex Duci ad numerabit, ad quinquageſimum denarium & redditibus provinciæ fietque æſtimatio per Commiſſarios, ex vtraque parte deputandos intra ſextum menſem, adeo vt ratio habeatur vſus fructus per novem annos poſtremos; & in commune reducantur. Interea temporis, & donec pretium iſtius Comitatus adnumeretur à Maieſtate regia, Dux fruetur eodem loco,ſicuti cæteris ſuperius recenſitis.

Quod ſi intra ſpatium quadriennij, quod ſuperius memoravimus de ratione depoſiti, regia Maieſtas non adnumeraverit pretium illius Comitatus, quemadmodum comprehenditur in hoc articulo,vrbs, & caſtellum Clermontij ,reſtituentur Duci in eodem ſtatu,in quo regia Majeſtas ea acceperit.

VI. Conventum quoque eſt, vt æſtimentur & deſcribantur tormenta, cum apparatu bellico, quæ in hoc loco invenientur, ut regia majeſtas pretium eorum adnumeret Duci.

VII. Præterea, vt intra annum currentem Dux fidem & homagium præſtet, quod debet propter Barry Ducatum,à Corona Galliæ moventem, prout debetur.

VIII. Si

VIII, Si quæ autem lites motæ ſunt, & movebuntur inter regiam Majeſtatem & Ducem , propter Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Verodunenſem , aliaque loca, quæcunque tandem fuerint, dicentur Comiſſarij ex utraque parte, qui teneantur convenire, ubi regi placuerit, Pariſios, & omnia definient atque dirigent amicabiliter , ut nequid in poſterum queat turbare benevolentiam inter regiam majeſtatem & Ducem conſtabilitam.

IX. Dux obſervabit religioſè in poſterum quinq; priores articulos tranſactionis Vicienſis, qui novum robur & virtutem ex iſta e recuperant, ut neutiquam inde diſcedatur: Unde non permittet tranſitum copijs militaribus, qui cupiant regem & ipſius rempublicam lædere.

X, Manebit etiam inviolabiliter unitus & connexus voluntati regiæ; conjunget ſuas ipſius copijs, & auxiliabitur omnibus viribus ſuis, quocunque demum bello regia majeſtas fuerit exercenda liberum tranſitum permittet copijs regis , per omnes ſuas provincias, ſubminiſtrabit annonam, ſi quâ opus habeant, ſecundum pretium vulgare coëmendam, modo præmoneatur de tranſitu copiarum & quanta opus ſit annona , ut comiſſarij Ducis eam exhibeant Comiſſarijs regijs, rex autem proteget & defendet perſonam Ducis & univerſum ipſius imperium adverſus quemcunque nemine prorſus excepto.

Fatum Liverduni, die viceſimo Iunij, 1632.

CA-

CAPVT. XVII.

Tranſactio inter Ludovicum XIII. & Victorem Amedeum Ducem Sabaudiæ, quâ Dux cedit & transfert regi proprietatem & dominium urbis atque caſtelli Pinierolıani, cum confirmatione tranſactionis Queraſtenſis, in anno 1631 die ultimo Martij Taurini, quinto die Iulij, anno 1632.

QUamvis inde à tranſactione decimi noni Octobris nuper elapſi, in qua ob cauſas & conſiderationes ibi cōprehenſas, Pinierola tanquam depoſitum in manus regis fuit tradita ad ſex menſes Majeſtas regia nihil obmiſerit eorum, quæ videbantur commoda ad delendam ſuſpicionem, quæ principibus Italiæ ſuggeri voluit, quaſi iſtunc locum deſideraſſet ad turbandam tranquilitatem, & inde nova ordini conſilia, adeoque majeſtas regia in eum finē, ad petitiones iteratas Ducis Sabaudiei reduci voluerit præſidium ad moderatum numerum copiarum, quas conſtituerat loco eidem imponere; & eodem tempore longe abduxerit reliquas copias â finibus, ut planum faceret univerſo modo, ſibi id unum propoſitum, ut paratus, ſemper inveniatur ad ſuccurrendum fæderatis, & aſſerendam Italiæ libertatem,

Gubernator nihilominus Mediolanenſis non ſolummodò attulerit eaſdem tranſgreſſiones poſteriorum de pace tranſactionum, ſed etiam inſuper juſſerit ſcribi militem novum in diverſis locis, grandes eaſque extraneas contraxerit vires in agrum Mediolanenſem, & incumbat continuis belli apparatibus, unde ſatis manifeſtum fecerit publico (quemadmodum etiam diverſæ machinationes, quas Hiſpani hincinde in præjudicium Galliæ & fæde-

& fæderatorum inſtituerint) ex quam juſtâ neceſſitate Majeſtas regia deſideret in poteſtate habere iſtunc locũ, & ſibi aſſerere tranſitum.

Quantum autem interſit, Italiam uniti, ut pax perpetua queat introduci & conſtabiliri, & majeſtas regia per poſſeſſionem nonnullorum locorum, quæ ipſi liberum introitum præbeant, eodem cum omnibus reliquis principibus Italiæ commodo obligetur ad aſſerendam illius tranquilitatem & libertatem: id verò experientia demonſtravit multoties poſt permutatum Saluſſarum marchionatum cum Breſſano, cum omnes omninò tumultus; quibus cum provincia ea conflictata fuit, ex unicâ illâ ſcaturigine prodierint, Hiſpanorum ſcilicet facultate planiſſima quidvis ibi audendi.

Cum in eum finem majeſtas regia per legatos ſuos Duci Sabaudię expoſuiſſet æquiſſimas rationes quibus adigeretur petere, non ut terminus depoſiti diu elapſus proferretur, id quod potius videretur congruum, propter diverſam ſpem, quam his & illis fecerit, pacem in ancipiti detineri, non conſtabiliri; ſed ut tranſigeretur de hocce loco definitivè & inviolabiliter; ut rex caveat indemnitati Ducis ad voluntatis arbitrium, queatque perinde tollere cauſas, quibus alij præter rationem alludunt, adeoque ſuis in manibus retinere medium & viam ad auxilia fæderatis præſtanda, & tranquilitatem publicam aſſerendam.

Cum etiam vellet cooperari ad eandem tranquilitatem publicam propriis commodis, ſi pro virili negotium promoveret, ad gratiam regiæ Majeſtatis, concluſum fuit inter ducem ex una & Mareſchalcum Thoraſium, legatum ſummum in exercitu regio per Italiam, & Servientũ Conſiliarium regiæ Majeſtatis in Senatibus & Actuarium intimum adeoque mandatorum, legatos extra ordinem per Italiam, nomine regis Galliæ, ex altera parte, ut transactio illa terminaretur in conditiones ſequentes.

1. Dux ſuo & ſucceſſorum nomine in poſterum, cedit, transfert & relinquit in perpetuum regi Galliæ & ipſius ſucceſſoribus proprietatem, poſſeſſionem & ſupremitatem

annos; virtute cujus rex obligatur novem millibus equitum, cum convenientibus tormentis bellicis, & propriis ſumtibus defendere Electorem Bavariæ, ejuſque provincias hæreditarias & acquiſitas, ſi hoſtiliter invadantur poſſit tamen Elector Bavariæ, in ejuſque optione conſiſtat à rege vel militem, vel pecuniam tanto militi ſufficientem petere.

Eodem modo Elector Bavariæ obligatur tribus millibus peditum, & mille equitibus, ac convenientibus tormentis bellicis, proprijsque ſumptibus defendere regem Galliæ ejuſque provincias hæreditarias ac acquiſitas, ſi hoſtiliter invadantur: Similiter tamen in arbitrio regis poſitum ſit, ab Electore Bavariæ vel militem ipſum, vel pecuniam tanto militi æqui pollentem poſcere.

Rex Galliæ promittit arma ſua nullo modo applicare vel conferre contra, vel in Electorem Bavariæ, ejuſque ſupradictas provincias, nec directè nec indirectè, aſſiſtere militibus aut pecuniâ ijs, qui volent Electorem Bavariæ, aut ejus provincias hoſtiliter invadere, nec eis permittere ut militem in regno Galliæ contra Electorem & ſupradictas ejus provincias conſcribant, aut illis arma, tormenta, vel pulveres tormentarij ab illorum amicis, ſubditis regijs ſubmittantur.

Viceversà Elector Bavariæ promittit, ſua arma nullo modo applicare & conferre in & contra regem, ejuſque provincias hæreditarias, ſive acquiſitas; nec directè nec indirectè aſſiſtere militibus, vel pecuniâ, nec permittere conſcriptionem militum in ſuis provincijs, vel extractionem armorum & pulveris tormentarij ijs, qui volent Regem, ejusque provincias invadere hoſtiliter.

Rex promittit agnoſcere, defendere & manutenere dignitatem Electoralem in perſona ejusdem Electoris, & domo Bavariæ contra omnes, qui voluerint vel tentaverint illam dignitatem eis auferre aut eos in exercitio dictę dignitatis impedire.

Quandoquidem ex urgentiſſimis cauſis neceſſarium eſt, ut hæc amicitia & defenſio hoc tempore tantum inter Regem & Electorem Bavarię concluſa, nulli alij pa-

teat

teat, ſed ſecretiſſima maneat, ideò utrinque de ſecreto obſervanda in ſpecie quoque cautum eſt.

Quos omnes articulos eo libentius rex Chriſtianiſſimus & Elector Bavariæ inter ſe comprobârunt, & ſibi invicem promiſerunt, quia & jure naturali liciti, & regiæ majeſtati, & Electorali dignitati convenientes ſunt: reſervat ideò tamen ac excipit hic Elector juramentum ſuum Imperatori & Imperio præſtitum; reſervatione autem ſic excepta præfatus Elector omnia, & ſingula, quæ in hoc tractatu mutuæ amicitiæ, & reciprocæ defenſionis continentur ſincerè, exactè, & bonâ fide ſe præſtiturum promittit, Regemque Galliæ, ejuſque provincias hæreditarias & acquiſitas adverſum quoſcunque defendere tenebitur, eo modo in ſupra dictis articulis continetur.

Viciſſim verò quoque Rex Galliæ omnia ea ſe denuò ſincerè, ac bonâ fide præſtare velle promittit, quæ in ſupra dictis articulis ſpopondit.

In fidem horum omnium Elector Bavariæ propria manu ſubſcripſit; eaque proprio ſigillo communiri fecit.

Datum in urbe noſtra Monachio, 8. die Menſis Maij, anno Domini 1631.

Signavit.

MAXIMILIANUS,

& infra.

GUILIELMUS JOCHER,
cum inſignibus Electoris
Bavariæ

Hæc ita contineri in originali, quod in manus Domini Cardinalis Richelij Ducis tradidi. Luteriæ Parisiorum 20. Iunij. 1634.

Signatum.

Buthilerius.

Facta eſt copia par, ſignata à rege Fontænablavij, 30. Maij 1631.

Signatum.

Ludovicus.

& inferius

Buthilerius.

Cum inſignibus Galliæ, cujus originale traditum fuit in manus Domini Cardinalis Richelij Ducis.

CAPUT XIV.

Tranſactio inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ, adeoque Carolum III. Ducem Lotharingiæ, inita Vici, ultimo die Decembris. Anno 1631.

VBi Rex ſincerè teſtatur Duci Lotharingiæ faſtidium, quo afficeretur ex diverſis occaſionibus, quæ â quadriennio inciderint; poſtquam Dux regiam Majeſtatem fecit certiorem cum omni cultu, quantâ animi ægritudine premeretur ob illatum illud faſtidium, cum viceverſa deſiderio ſumma flagraret ipſius in poſterum quibusvis officijs demerendi; in hæc capita convenêre.

1. Ut

1. Ut Dux ex hoc ipſo momento ejuret quasvis colluſiones, ligas, ſocietates & machinationes, quibus connectetur, & poſſet connecti cum quovis Principe & Dynaſtiâ, in diſpendium regis, regiorum Statuum, & provinciarum, quæ ipſum agnoſcunt vel dominum, vel patronum.

Sic etiam cenſeantur pacta confœderationis inter regem Sueciæ & ſuam Majeſtatem, adeoque Ducem Bavariæ, nita, ad aſſerendam Germaniæ libertatem, Ligam Catholicam, defenſionem & protectionem Principum, amicorum & fœderatorum, qui Galliam attinent.

2. Ne Dux in poſterum ſuſcipiat aut pangat ullum fœdus cum quocunque principe aut Dynaſtijs, rege inſcio & invito.

3. Dux ex provinciâ univerſâ deduci curet univerſos regis hoſtes, & omnes omninò ſubditos, qui regno egreſſi ſunt ipſo invito, quibus in poſterum neque commeatum, neque ſecuritatem præſtet in ſuo territorio.

4. Dux non permittat ullum ſcribi militem in ſuis provincijs adverſus commodum regis, neve ullum ſubditum militare, aut opitulari hoſtibus regijs, ſed revocet quoſcunque ſtipendio cujuſcunque principis, regi infeſti addictos.

5. Dux omnem libertatem & poteſtatem indulgeat ijs qui à rege miſſi comprehendent & attinebunt in ipſius provincijs quoſcunque regiæ Majeſtati rebelles ſubditos, crimine læſæ reipublicæ aut majeſtatis implicitos & acceſſitos.

6. Rex promittit Duci, ut teſtatam faciat, veram & ſinceram benevolentiam, quâ erga ipſum afficitur, ſeſe protecturum ipſius perſonam; & defenſurum ipſius provincias erga quosvis & adverſus omnes, quicunque invaſionem aut aggreſſionem eſſent auſuri, in univerſo aut ex aliquâ parte, quacunque de cauſa & ex qualicunque prætextu, tanquam proprias.

7. Quoniam verò animus regis, cum in hanc plagam tranſivit, non tantùm quærebat juſtitiam adminiſtrare, & iniqua reparare, quæ paſſus eſt per eorum temeritatem, qui nomine & armis Cæſareis abuſi arma intulerunt

in Status & provincias regię obedientiæ & protectionis, adeò ut occupaverint, & firmarint aliquã loca majoribus intenti auſis, quæ aliquando in detrimentum iſtius Coronæ pullulâſſent, niſi obſtitiſſet Deo propitio & armorũ vim benedicente; ſed etiam diſpiciebat media; ad Principes & Dynaſtas Germaniæ, vicinos ſuos & iſtius Monarchiæ fæderato priſcos aſſerendos in provincijs ſuis, ubi turbantur ab aliquot annis: Viſum eſt, ſi ad diſturbandum bellum, quod exitium ſummum minitatur Electoribus Catholicis, & plurimis alijs Principibus Galliæ fæderatis, & invicem unitis, neceſſum foret, regem arma in Germaniam proferre; tum Dux promittit, ſeſe non ſolum daturũ ſecurum & liberum, commeatum armis regijs, per ſuas provincias ut in Germaniam pervadant; aut alias provincias terrasque quas libet, annonam & omnia neceſſaria ſuffecturum, ad ſuſtentationem exercituum, quantum poterit, ſumptu & expenſa regia, ſed etiam ſuas vires additurum, quæ infra quater mille pedites & ducentos equites non fuerint, ſuo ſumptu & ſtipendio regi militantes, quouſque occaſio iſtius conſilij durabit; & rex in Germania habebit exercitum.

8. Quemadmodum prorſus neceſſum fuerit, ut arma, quę in Germaniam inferentur, Rhenum verſus, aut aliorſum, prout conſultum videbitur, ad ſupeditas illis principibus ferendas, non ſolummodò vim adhibeant locis & oppidis, tranſitum negantibus; ſed etiam nonnulla teneant, ad certiorem ſuſtentationem ſui; adeòq; commeatum & regreſſum: convenit, ut tertia pars eorum locorum omnium, quæ capiantur & occupentur ab ijsdem exercitibus relinquantur poteſtati Ducis Lotharingici, cui integrum fuerit ea conſervare & defendere quantiscunque voluerit pręſidijs, adeò ut exigere queat tributa ſolita, & ad præſidia alenda neceſſaria, quęmadmodũ duæ reliquæ tertiæ permittentur voluntati regis: Majeſtate regiâ, & Duce conjunctim obligatis, ad defenſionem illorum locorum, cum numero militum ſuperius exacto, adverſus quosvis, adeò ut neuter ea poſſit relinquere & deſtruere ſive in univerſo, ſive ex aliqua parte, niſi uterque conſentiat.

8. Pra-

8. Præter iſta omnia deſiderat *Dux* teſtari Maieſtati regiæ omnem fiduciam & ſinceritatem, adeoque ardens ſtudium, quod concepit, vt in perpetuum & integrè ipſi vniatur, ex ratione ſuppetiarum, quas rex erga omnes & adverſus quoſvis cum omnibus viribus offert, & promittit tradere regi intra octiduum Marſallum, quod poſt executionem pactorum iſtorum, ſecundum ea quæ continent, rex promittit reddere bonâ fide Duci & ipſius ſucceſſoribus intra triennium; quo currente Dux fruetur dominio utili, cenſibus, redditibus, ſalinis, & omnibus alijs juribus ex *Marſallo*, terris & pagis inde dependentibus, quemadmodum impræſentiarum fruitur; adeò vt locum illum non cedat & tradat regi, niſi ratione depoſiti, vt eo tirennio currente eum teneat & cuſtodiat iis viribus & numero militum, vti regiæ Majeſtati videbitur.

9. Promittit denique regia Maieſtas *Duci*, ſeſe in poſterum nulla pacta initurum, quæcunque ex tenore iſtius transactionis ſuſcipiantur, niſi Duce in eadem comprehenſo, adeò vt commoda ipſius curet, tanquam ſua.

Actum Vici, vltimo die Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo primo.

Articuli à tranſactione ſuperiori ſeparati.

Quamvis primo articulo tranſactionis generalis, hoc ipſo die inter regem & Lotharingum initæ, non niſi per terminos generales, dicatur Ducem abdicare quaſvis colluſiones, ligas, ſocietates & machinationes, quibus poſſet connecti cum aliquo principe in detrimentum regis, regiorum Statuum & provinciarum, quæ ipſum agnoſcunt dominum & patronum, quemadmodum etiam in præjudicium pactorum, & fœderationum, quæ inter regiam Majeſtatem & regem *Sueciæ*, adeòque inter regiam Maieſtatem & *Ducem* Bavariæ incantur, ad aſſerendam libertatem Germaniæ, ligam Catholicam, defenſionem & protectionem Principum amicorum, Galliæque

fœderatorum ; verè nihilominus Dux vult intelligi, ſeſe abdicare omnibus fœderatoribus , quas iniviſſe potuerit eum Cæſare, rege Hiſpaniæ, & quibusvis alijs principibus Dominus Auſtriacæ.

Quemadmodum e iam articulo tertio dicitur , ipſum exactum ex ſuis provincijs omnes regiæ Maieſtatis hoſtes, & quicunque è regno exiverint rege invito ; ita Dux vult obligari per hanc clauſulam generalem , vt ne refugium & ſuppetias præbeat in ſuis provincijs ſtarri regio reginæ matri regiæ , aut cuicunque ipſorum clientum.

Superiora facta ſunt & tranſacta hoc ipſo die ſexto menſis Ianuarij, anno 1632. vt eadem virture & robore valeant , vt tranſactio facta Vici , die & anno ſupertus ſcriptis.

Ego Carolus Dux Lotharingiæ & Barri &c. poſtquàm vidi articulos iſtius tranſactionis , eam ratam habui , & promitto adimplere ſecundum id quod conventum eſt per meos fiduciarios ſuperius nuncupatos.

In quorum fidem ſignavi, & curavi obſignari hæc per meum Actuarium intimum , & mandata ſuperius dicta.

Factum in vrbe mea Nanceij , die 17. Ianuarij anno 1632.

C. LOTHARINGUS.

& inferius.

C. VOILLATUS.

Relatum in tabulas publicas , Procuratore generali regio Pariſijs in Parlamento audito , die viceſimo Decembris, anno 1633.

Signatum.

TILIETUS.

CAP.

CAPUT XV.

Tranſactio Ludovici XIII. Regis Galliæ &c. cum Philippo Chriſtophoro, Archiepiſcopo Trevirenſi, Electore & Epiſcopo Spirenſi: quâ Rex obligatur opitulari Electori adverſus oppreſſores; preterea, curare vt deducantur ex Archiepiſcopatu & Epiſcopatu milites Regis Suecici Ehrenbretſteyniј, anno 1632. die 9. Aprilis.

NOs Philippus Chriſtophorus Dei gratiâ Archiepiſcopus Trevirenſis, ac Princeps Elector, Epiſcopus Spirenſis, AdminiſtratorPrumienſis perpetuus, & Præpoſitus Weiſſemburgenſis: & Ludovicus de Brianſon de la Saludie, Magiſter de Campo Chriſtianiſſimæ regiæ Maieſtatis Franciæ, cum plenipotentiâ miſſus legatus, Notum facimus atque fatemur, Poſtquam Chriſtianiſſima regia Maieſtas ſe intra Sereniſſimum & Potentiſſimum regem Sueciæ, ac Sereniſſimos, Illuſtriſſimos ac Reverendiſſimos, Electores Principes, aliosque Catholicæ Vnionis Status, pro ſalute ac pace publica reintegrandâ ac reſtabilienda, vti mediatorem, fidejuſſorem ac ſponſorem interpoſuit, illâ intentione, vt neutralitas inter regiam Maieſtatem Sueciæ, & prædictos Vnionis Catholicæ Status erigeretur, quæ neutralitas à parte vtraque non fuerit concluſa approbata & confirmata, ſed potius contrarijs factis caſſata:

Idcirco Nos cum regiæ Maieſtatis Franciæ legato ſupradicto, ſequentes pacis articulos concluſimus, approbavimus, ſigilliſque noſtris, & manuum ſubſcriptione munivimus, ſequentis tenoris.

I. Nos Philipp⁹ Chriſtophor⁹, Archiepiſcop⁹ Trevirenſis,

& Princeps Elector, in manus & cuſtodiam Chriſtianiſſimæ regiæ Maieſtatis Galliarum fortalitium de Ehrenbretſtein, noſtræ Archidiæceſis Trevirenſis, primum deponemus, eouſque donec pax generalis in Germania ſit conclusa; Ex tunc enim Chriſtianiſſima regia Majeſtas militem abducat ac dictum fortalitium inliberas noſtras noſtrorumque ſucceſſorum manus, in eo ſtatu, quo tempore depoſitionis inductionisque militis fuit iterum tradat & reſtituat.

II. Pro qua cuſtodia & aſſiſtentia Chriſtianiſſima regia Maieſtas millepeditum, & centum equitum ſelectorum Gallorum mittet, vt ingrediantur ſupradictum fortalitium.

III. Qua militia ita introducta ex Chriſtianiſſimæ Maieſtatis permiſſione & mandato, quod inſimul tranſmittetur, nobis jurabit.

IV. Rogamus tamen Chriſtianiſſimam regiam majeſtatem, vt eadem propter devaſtationem modernam Archiepiſcopatus Trevirenſis, ad ſuſtinendum militem, tertiam partem expenſarum & ſtipendiorum eouſque exſolvere dignetur, donec ſubditi noſtri contributiones neceſſarias præbere poſſint & valeant.

V. Et vt ſtatim atque depoſitum fuerit ſupra nominatum fortalitium, Chriſtianiſſima regia Maieſtas ex Archiepiſcopatu Trevirenſi exturbabit, expulſabitque non ſolum copias regiæ Maieſtatis Sueciæ, ſed & omnes alias quas tum inveniat: in quem effectum expreſſam ordinantiam ante ingreſſum, pro maiori aſſecuratione oſtendet, curabitque vt omni loca, Satrapiæ, civitates, pagi & territoria occupata quantocyus deoccupentur, milites in totum abducantur, ac ad liberas noſtras manus tradantur: hac conditione, vt iiſdem in locis ceſſis, aut deoccupatis, nos, vti ante occupationem diſponere, proprioque militi ibidem quarterium, abſque vllo impedimento concedere poſſimus.

VI. Eadem regia Maieſtas Chriſtianiſſima non ſolum prædicto modo, noſtrum fortalitium Ehrenbretſtein cuſtodiat, ſed etiam nobis noſtriſque ſubditis, contra hoſtilitates, oppreſſiones, offenſioneſque reali aſſiſten-

tia

riâ ſuccurret, omnia quartiria & preſſuras avertet, omnibusque quibus poteſt modis:ac viis defendet.

VII. Quo in caſu Chriſtianiſſima Maieſtas ex regia liberalitate ſumptus expendet, nec a nobis plus quam ſubditi,territoriumque noſtrum Trevirenſe in commeatu præſtare poſſint,poſtulabit,neque ullam aliam actionem contra noſtram Archidiæceſin, nos ac ſucceſſores noſtros in futurum prætendet.

VIII. Et quamprimum fortalitium Ehrenbreitſtein prædicto modo cuſtoditum, & reliqua juxta articulos promiſſos aſſecurata fuerint, tunc ſupra poſitis conditionibus,eodemque plane modo, nos fortalitium noſtrum Philipsburgum in Chriſtianiſſimæ Majeſtatis manus depoſitum, mille peditibus,& centum equitibus, ſelectis intromiſſis,quoque tradem us.Ita ta[...] ex ut ſupradicto modo totus Epiſcopatus Spirenſis : ac omnia loca, *Sutiapiæ* civitates, pagi & territoria ex tunc quantocyus a Regia Maieſtate Sueciæ, eiuſque adhærentibus deoccupentur, milites in totum abducantur, ac ad liberas noſtras manus tradantur, hoc modo ut nos iiſdem in locis ceſſis & deoccupatis,uti ante occupationem,diſponere,proprioque militi ibidem quartirium abſque ullo impedimento concedere poſſimus.

IX. Eadem quoque Chriſtianiſſima Regia Maieſtas nō ſolum,uti prædictum, noſtrum fortalitium Philipsburgum cuſtodiet, ſed etiam nobis noſtriſque ſubditis contra hoſtilitates ; oppreſſioneſque quaſcunque reali aſſiſtentiâ ſuccurret, omniaque quartiria & preſſuras avertet,omnibusque quibus poteſt modis ac vijs defendet.

X.Hac tamen cum clauſula, ut in utroque fortalitio cum Aulicis noſtris, ordinariâ guardiâ & Cancellariâ noſtra,pro libitu noſtro manere, ibique rebus noſtris vacare poſſimus.

XI. Ulterius caſu,quo Metropolis noſtra Civitas Trevirenſis à milite regiæ Maieſtatis Sueciæ occuparetur, tunc illa ad manus noſtras, mediante Chriſtianiſſima Maieſtate tradenda erit, ac in eandem nullum aliud præ-

Q 5 ſidium,

ſidum, quam noſtrum, prædicto modo, planè ijſdem ſub conditionibus introducatur, ac ſuſtentetur.

XII. Vltimo tranſitus omnes vtrique parti militanti, ſine fraude ſint aperti, ſine injuria & damno proprietarij.

Igitur Nos Philippus Chriſtophorus, Archiepiſcopus Treviren ſis, ac Princeps Elector promittimus obſervare, & obſervari facere, ſincerè realiter & cum effectu, abſque aliqua ſiniſtrâ interpretatione: Et Ego Ludovicus de Brianſon, Baro de la Saludie, Magiſter de Campo, Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtatis, cum Plenipotentiâ Legatus miſſus prædictos articulos nomine eiusdem Chriſtianiſſimæ regiæ Maieſtatis, totidem verbis pro more ſtipulatus ſum, polliceorque, me certò effecturum Chriſtianiſſimam regiam maieſtatem omnes & ſingulos articulos & conditiones, uti & hanc noſtram concluſionem, ſubſcriptionem ac ſigillationem, manu propria & ſigillo regio confirmaturam, realique aſſiſtentiâ adimpleturam. In quorum fidem has præſentes proprijs manibus ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro communivimus.

Acta conventaque hæc omnia in fortalitio noſtro Ehrenbretſtaniano, die nonâ menſis Aprilis, 1632.

Sic ſignatum.

PHILIPPUS CHRISTOPHORVS
Archiepiſcopus Trevirenſis.

&

LA SALVDIE,

cum ſigillo dicti Domini Electoris.

CAPVT

CAPVT XVI.

Articuli tranſacti inter Cardinalem Richelium Commiſſarium deputatum à rege; & Villanum, primum nobilem Camerarium & Iohanninum Secretarium intimum, Commiſſarios deputatos à Duce Lotharingiæ anno 1632. die 20. Iunij.

I Regia Maieſtas deducet copias ſuas ex provincijs Ducis Lotharingiei, quo eas inducere cogebatur, vt rationem exigeret proceſſus, ex Germania contra mentem retractas, cum illac locorum eſſent progeſſæ adopem fœderatis Catholicis ferendam.

II. Reddet etiam Duci vrbem & caſtellum Barri, vrbem & caſtellum Sancti Mielij, Pontem Mouſſonij, & generaliter quicquid in ipſius provincijs conquiſiuit, poſtquam arma intulit.

III Propterea Dux reponet intra nouum diem vrbes, caſtella & citadellas Stenæi ac Jameſij in manus regiæ majeſtatis, Stenæum quidem intra ſextum & Jameſium intra nonum diem: idque cum annona armis & apparatu præſenti, in quadriennium; eâ lege, vt poſt exactum id tempus loca illa reddantur bona fide, in eodem ſtatu, quod fuerint depoſita. In quem finem inſtituetur proceſſus verbalis ex æquitate, quemadmodum etiam de apparatu bellico, qui in eodem reddetur ſtatu. Grana autem retinebit regia maieſtas pretio currente, quanta voluerit, ex hoc ipſo die vt reddantur Commiſſariis in eum finem deputatis à Duce reliqua.

IV. Conſtante depoſiti tempore fas fuerit regiæ maieſtati quemcunque numerum militũ pro lubitu imponere

in illa

in illa loca,cuſtodiæ ergò, incolæ dicent ſacramentum fidelitatis regi, quo obligentur, vt ne quid audeant in detrimentum ipſius Maieſtatis adverſus ea loca, depoſito iſto conſtante;quod non impediet, quin Dux fruatur omnibus redditibus & juribus, vti fruitur hodie, dum præfecti Ducis exercent ſua munia ex ipſius authoritate.

V. Dux deponet etiam in manus Majeſtatis regiæ vrbem & fortalitium Clermontij intra triduum, ad hanc differentiam, quod Rex quærat Comitatum Clermontij ſibi deberi,& à Corona ſua dependeat,qua de cauſa controvertitur in Curia Parlamenti Pariſienſis, cùm cætera loca debeant reſtitui Duci; hinc conventum eſt ex hoc ipſo momento inter Maieſtatem regiam & ipſum, hac ipſâ tranſactione,vt vrbs, fortalitium & Comitatus Clermontij,cum omnibus dependentiis, relinquentur in plena proprietate & ſupremitate regi, quemadmodum rex illud deſiderat, interveniente pretio quod rex Duci ad numerabit, ad quinquageſimum denarium & redditibus provinciæ fietque æſtimatio per Commiſſarios, ex vtraque parte deputandos intra ſextum menſem, adeo vt ratio habeatur vſus fructus per novem annos poſtremos; & in commune reducantur. Interea temporis, & donec pretium iſtius Comitatus adnumeretur à Maieſtate regia, Dux fruetur eodem loco,ſicuti cæteris ſuperius recenſitis.

Quod ſi intra ſpatium quadriennij, quod ſuperius memoravimus de ratione depoſiti, regia Maieſtas non adnumeraverit pretium illius Comitatus, quemadmodum comprehenditur in hoc articulo,vrbs, & caſtellum Clermontij ,reſtituentur Duci in eodem ſtatu,in quo regia Majeſtas ea acceperit.

VI. Conventum quoque eſt, vt æſtimentur & deſcribantur tormenta, cum apparatu bellico, quæ in hoc loco invenientur, ut regia majeſtas pretium eorum adnumeret Duci.

VII. Præterea, vt intra annum currentem Dux fidem & homagium præſtet, quod debet propter Barry Ducatum,à Corona Galliæ moventem, prout debetur.

VIII. Si

VIII, Si quæ autem lites motæ ſunt, & movebuntur inter regiam Majeſtatem & Ducem, propter Epiſcopatus Metenſem, Tullenſem & Verodunenſem, aliaque loca, quæcunque tandem fuerint, dicentur Comiſſarij ex utraque parte, qui teneantur convenire, ubi regi placuerit, Pariſios, & omnia definient atque dirigent amicabiliter, ut nequid in poſterum queat turbare benevolentiam inter regiam majeſtatem & Ducem conſtabilitam.

IX. Dux obſervabit religiosè in poſterum quinq; priores articulos tranſactionis Vicienſis, qui novum robur & virtutem ex iſtac recuperant, ut neutiquam inde diſcedatur: Unde non permittet tranſitum copijs militaribus, qui cupiant regem & ipſius rempublicam lædere.

X, Manebit etiam inviolabiliter unitus & connexus voluntati regiæ; conjunget ſuas ipſius copijs, & auxiliabitur omnibus viribus ſuis, quocunque demum bello regia majeſtas fuerit exercenda liberum tranſitum permittet copijs regis, per omnes ſuas provincias, ſubminiſtrabit annonam, ſi quâ opus habeant, ſecundum pretium vulgare coëmendam, modo præmoneatur de tranſitu copiarum & quanta opus ſit annona, ut comiſſarij Ducis eam exhibeant Comiſſarijs regijs, rex autem proteget & defendet perſonam Ducis & univerſum ipſius imperium adverſus quemcunque nemine prorſus excepto.

Fatum Liverduni, die viceſimo Iunij, 1632.

CA-

& fæderatorum inſtituerint) ex quam juſtâ neceſſitate Majeſtas regia deſideret in poteſtate habere iſtunc locũ, & ſibi aſſerere tranſitum.

Quantum autem interſit, Italiam uniri,ut pax perpetua queat introduci & conſtabiliri, & majeſtas regia per poſſeſſionem nonnullorum locorum, quæ ipſi liberum introitum præbeant, eodem cum omnibus reliquis principibus Italiæ commodo obligetur ad aſſerendam illius tranquilitatem & libertatem : id verò experientia demonſtravit multoties poſt permutatum Saluſſarum marchionatum cum Breſſano, cum omnes omninò tumultus;quibus cum provincia ea conflictata fuit,ex unicâ illâ ſcaturigine prodierint,Hiſpanorum ſcilicet facultate planiſſima quidvis ibi audendi.

Cum in eum finem majeſtas regia per legatos ſuos Duci Sabaudię expoſuiſſet æquiſſimas rationes quibus adigeretur petere, non ut terminus depoſiti diu elapſus proferretur, id quod potius videretur congruum, propter diverſam ſpem, quam his & illis fecerit, pacem in ancipiti detineri, non conſtabiliri; ſed ut tranſigeretur de hocce loco definitivè & inviolabiliter ; ut rex caveat indemnitati Ducis ad voluntatis arbitrium, queatque perinde tollere cauſas,quibus alij præter rationem alludunt, adeoque ſuis in manibus retinere medium & viam ad auxilia fæderatis præſtanda,& tranquilitatem publicam aſſerendam.

Cum etiam vellet cooperari ad eandem tranquilitatem publicam propriis commodis, ſi pro virili negotium promoveret,ad gratiam regiæ Majeſtatis, concluſum fuit inter ducem ex una & Mareſchalcum Thoraſium, legatum ſummum in exercitu regio per Italiam, & Servientũ Conſiliarium regiæ Majeſtatis in Senatibus & Actuarium intimum adeoque mandatorum, legatos extra ordinem per Italiam,nomine regis Galliæ,ex altera parte, ut tranſactio illa terminaretur in conditiones ſequentes.

1. Dux ſno & ſucceſſorum nomine in poſterum, cedit, transfert & relinquit in perpetuum regi Galliæ & ipſius ſucceſſoribus proprietatem, poſſeſſionem & ſupremitatem

tem Urbis & caſtelli Pinietolani,cum confinibus, quibus comprehendantur Abbatia & Vallis Lenia, fortalitium & vallisPeruſana,quæ tamenCluſano rivo terminetur,adeoque ut neutiquam conbumerati queant diſtrictus dependantes illius Vallis,qui trans illum rivum patent; quin ſolummodò illi,qui cis rivum ſunt,ad dextram,quâ Pinierolâ deſcenditur Pragelaſium,quos regia majeſtas jam poſſidet à poſtrema transactione, quæ in eum finem fuerat inſtituta,& induxit depoſitum,quod in poteſtatem accepit, viceſimo Octobris die, anno proximè elapſo 1631. qui diſtrictus & loca in hac ceſſione & derelictione comprehenſi dilucidius deſcribentur in proceſſu verbali Comiſſariorum,qui utrinque fuerint legendi ad conſtituendos & dirigendos fines,quando loca illa Coronæ Galliæ inſerenda ſunt.

Conſentit igitur Dux, ut regia majeſtas ex hoc momento in poſſeſſione relinquatur, et cum ſucceſſoribus in poſterum uti frui poſſit, tanquam re propriâ et ſupremi juris, informâ et ad eadem jura, ut ante hac fruebantur Dux et prędeceſſores,qui perindè ſuo et ſucceſſorum nomine promiſit,ſeſe nihil unquam in contrarium iſtius ceſſionis factorum,ſive directè,ſive indirectè, neque per ſe, neque per alium,ſub quocunque pretextu et occaſione ; neque auxilium et ſuppetias, aut tranſitum in ſuis provinciis ulli prorſus daturum,quicunque voluerit invadere diſtrictus illos ſuperius dictos; ſed ſua arma cum rege potius junctutum,ad defenſionem illorum,et ad repulſam quorumcunque,,regiam majeſtatem quacunque occaſione,quam caſus ferat,in libera fruitione turbare conantium.

Promittit præterea Dux , ut tranſitus regiæ Majeſtati uſque ad urbem Pinierolam relinquatur liber, ſeſe nullum fortalitium, caſtellum, aut locum munitum inter Vallem Pragelaſij,et urbem Pinierolam , neque ultra ; neque citra Cluſoni rivum extructurum, qui rivus regię majeſtati fuerit proprius, per univerſam Vallem Peruſæ, et confinia Pinierolæ duntaxat , adeò ut uſus ejus relinquatur particularibus et proprietarijs , quibus jus eſt eo utendi uſque in hunc diem , ad molendina et prata , ſive

inco-

incolant terras Duci relictas transrivum, ſive inter eas habitent; quæ hac ipſa ceſſione & derelictione comprehenduntur.

II. Promittit autem viciſſim rex Duci & quos ſuos vocat, ſeſe expuncturum apud ducem Mantuanum æs alienum nempe quadringenta, nonaginta quatuor millia ſcutatorum expuncturum, quæ Dux debet ſolvere Duci Mantuæ in executione tranſactionis Queraſcianæ de pace anno 1631. die 6. Aprilis initæ, adeòque Ducem Sabaudiæ præſtare ſecurum de ære illo alieno. Conſentit etiam regia majeſtas, Ducem intercedente illo promiſſo habiturum facultatem recuperandi genias ab ipſo oppigneratas, ut vel ex hoc ipſo momento depoſitarij maneant ritè & validè exonerari. Cùm verò ſors ea quadringenta nonaginta quatuor millium tantummodo partem facere poſſit illius prætij, ad quod evaluato diſtrictum illorum, quos ſuperius recenſuimus; ſecundum computum exactè initum per æſtimationem, promittit regia majeſtas, ſeſe poſt liquidationem reddituum factam adevaluationem illorum; quæ ex conventione inſtitui debet ex ratione binarij ad centeſimum; per commiſſarios ex utraque parte in eum finem legendos, intra unius menſis ſpatium; poſt diem iſtius tranſactionis, reliquum præſenti pecunia ſoluturam.

III. Quoniam verò Dux Sabaudiæ petit ex interceſſione regiæ majeſtatis æs illud impendere emptioni Neocaſtelli & Valengini; rex omnem impendet operam, & cum Duce Longavillano curabit; quantumcunque poterit, ut venditio illa, de qua ante hac ſæpius fuit ſermo, efficiatur ea tamen conditione, ut, ſive tranſactio inter Duces Sabaudiæ & Longavillæ, propter venditionem illam Neocaſtelli & Valengini locum inveniat, aut non habeat iſtæc ceſſio aut derelictio Pinierolæ, aliorumque locorum, quæ ſuperius memorantur, nihilominus ſolum ſortiatur effectum plenum & integrum. Quod ſi emptio Neo caſtelli & Valengini locum non inveniat, Dux Sabaudiæ autem cogitet idem æs impendere in alias terras cum ſupremo jure coemendas, ubi interceſſio regiæ

majeſtatiſipſi poſſit commodare, promittit itidem pro virili omnem operam conferre.

IV. Ex conſideratione ſuperiorum etiam conventum eſt, ut Dux porrò obligetur ex hac tranſactione, dare in poſterum liberum tranſitum per ſuas provincias copijs regijs, ſuas adjungere, forum inſtruere, & annonam neceſſariam ſuppeditare (quæ pretio ungari ſolvatur) quandocunque opus fuerit ad defenſionem & conſervationem Dynaſtarum & Principum, qui cum regiâ Majeſtate fœderati ſunt, quemadmodum Dux etiam obligabitur defendere perſonam & ſtatus regiæ Majeſtatis, adeòque ſucceſſorum in perpetuum, atque aſſerere in poſſeſſione & fruitione omnium illarum terrarum & locorum ex agro Monferratenſi, quę nuperrime ipſi adjudicata ſunt per tranſactionem 6. Aprilis; anno 1631. ſi forte per cauſam, uti ſuperius dictum, aut aliquatenus in odium iſtius tranſactionis, aut ſub quocunque prætextu diſtrict' illi & citra & ultra Montes invadantur à quacunque demum vi; aut Dux turbetur in fruitione illorum diſtrictuū, qui adjudicati fuerunt, in quem finem devincit quicquid eſt ſuæ Coronæ, adeò ut regia Majeſtas promittat ſuppeditare eum finem viginti millia peditum, & duo millia equitum, cum tormentis congruis, cum hac conditione, ut Dux ſuppeditet ex ſuâ parte duodecim millia peditum & duo millia equitum, quorum media pars militet ſtipendio regio; quæ copiæ utrinque ſuſtentandæ ſint, donec hoſtilia, quæ agitari potuerint, plenè abrogentur per tranſactionem pacificam, aut aliam quamcunque rationem. Promittit præterea majeſtas regia, ut majus compendium præbeat Duci ad ea præſtanda, ſeſe liberum tranſitum daturum per omnes ſuas provincias ſuæ obedientiæ, quibuſcunque copijs militaribus, Lotharingis, Leodienſibus, & cæteris Nationibus, ex quibus Dux poſſet conſcribere militem, ad præſtandam hanc tranſactionem, adeòque permiſſum in ſuo regno ſcribi militem, ad eum effectum neceſſarium, cui deducendi forum annonarium, juſto pretio, uti ſuperius dictum aperiat.

V. De

V. Declarat etiam regia majeſtas hac tranſactione, ſi dux Sabaudię acquirat ſupremo cum jure Neocaſtellum & Valenginum, ſeſe ipſum defenſurum, ſi vim patiatur, ſicuti & cæteras ipſius provincias, quæ ipſum agnoſcunt Dominum.

VI. Promittit denique regia Majeſtas, tormenta, quæ Pinierolæ inveniuntur, Duci reddenda, aut parem numerum exhibendum, ubicunque locorum, in ipſius provinciis ad voluntatem utriusque.

VII. Ad obſervationem verò iſtius tranſactionis Dux obligat omnia & ſingula ſua bona, pręſentia & futura; quemadmodum dicti legati illa Majeſtatis regiæ & Coronæ Gallicanæ, unde promiſerunt ratihabitionem puram & ſimplicem, in debita forma, intra unum menſem, poſt abſolutam hanc tranſactionem, quam Dux & Legati ſignarunt, & inſignibus ſuis roborarunt appoſitis.

Taurini, die quinto Iulij, anno 1632.

Signatum.

Amideus.
Thoirasius.
Servientus.

Quamvis hoc ipſo die perfecta fuerit tranſactio ceſſionis & derelictionis, quarum ſpectat Pinierolam, Ducadum, Rodevalcum, Buriaſcum ſuperius, Coſtagrandam & quicquid jacet in confinis Pinierolæ, pago Abbatiæ & Valle Leuniæ, cum finibus, pagos & fortalitia Peruſæ, Pinaſſæ, Villarſi Portarum, utrumque Diblonum cum finib᷒, aliasq; terras quæ cōſtitui poſſent in Valle Peruſæ preter illas, quę dependent in Valle Peruſæ ad ſiniſtram, qua itur ex Pinierola ad vallem Pragelaſij, trans rivum Cluſonii, inter Ducem Sabaudiæ & Legatos extra ordinem regis, cujus conditiones differunt ab illis, quę attingunt tranſactionem de permutatione loci & terræ illius, & convenerunt Queraſci, ultimo Martii: anno 1631. utique conventum eſt, inter Ducem & legatos per articulos conſignatos; tran-

R 2 acti-

actionem iſtius diei tantummodò factam eſſe apparenter, ut publicè oſtendetur, & eo modo liceat ſecretas habere conditiones tranſactionum ſecretarum, quæ de permutatione ſunt initæ Raię & Queraſci, quibus tamen iſtæ ficta utique & ſimulata, nulla & nullius effectus, in omnibus, quæ differentiam arguunt à Queraſciana ultimi Martis, anno 1631. veracis utique, in robore & virtute, & quàntum opus eſt, nihil deroget; hinc Dux & legati nomine regis, nulla habita ratione tranſactionis hodiernæ, denuò ſeſe obſtringunt ad integram illius executionem, ſecundum formam & tenorem, tum quoad illam per mutationem, tum quoad alias omnes clauſulas & conditiones inſertas,

Quoniam verò tranſactio iſtæc publica penitus relinquitur annullata, declarat regia Majeſtas, quando Dux acquiſiverit Comitatum & ſummum jus Neocaſtelli & Valengini aut alias quaſcunque terras, cum conſenſu regis; tum ſeſe & ſucceſſores tenebuntur quotieſcunque vim patiantur, eas defendere, & conſervare Duci ac ſucceſſoribus, quemàdmodum regia Majeſtas tenetur per tranſactionem ſecretam Queraſcianam, ratione omnium cæterarum provinciarum, quæ Ducem agnoſcunt Dominum,

Et ut amplius comprobetur mens regiæ majeſtatis & Ducis, de obſervatione inviolabili pactorum Queraſcianorum, & executione fideli, conventum eſt, ut omnes omninò comprobationes, quas Dux poterit dare ad præſtanda pacta in Hiſpaniâ inita, 27. Nov. anno 1631. inter ipſum & rem publicam Genuenſem, neque etiam executio, quam ea pacta ſortientur, nihil impediant, quin regia majeſtas & Dux maneat utrinque obſtricti ad conventa & tranſacta Queraſciana ultimo die Martij 1631. de bello Genuenſi, ad tempus & conditiones illic comprehenſas, cum Dux in eum finem voluerit terminare per pacta, 27. Nov. 1631. in Hiſpaniâ perfecta, tantummodo litem, cum republica de terra Sucarellà, neutiquam intellectâ illa, quam de limite & tranſitu ſuo modo ab ea flagi-

ſlagitet, nec de alijs poſtulatis *Ducis*; in cujus rei teſti-monium ſignaverit.

Factum Taurini, 5. Julij. 1632.

Signatum.

AMEDEVS.

Promittimus nos, & nos obligamus ad ratihabitionem omnium tranſactorum, quæ hic ſecretò fiunt à rege, intra vnum menſem, adeò vt nihil hic immutetur, aut diminuatur.

Signatum.

THOIRASIVS.
SERVIENTVS.

CAPVT. XVIII.

Articuli tranſacti inter ſereniſſimum & Potentiſſimum principem, Ludovicum XIII. Chriſtianiſſimum regem Galliæ & Navarræ, & Sereniſſimam ac Potentiſſimam Dominam Principem Chriſtianam, Reginam deſignatam, & Principem hæreditariam Suecorum, Gothorum, Vandalorum &c.

INfra ſcriptus Alex Oxenſtiern, liber Baro de Kunith, Dominus de Fiholmen, & Tydoën, Eques Ordinis, Conſiliarius ordinarius, & legatus per vniverſam Germaniam, adeoque per omnes omninò exercitus Sereniſſimæ Reginæ Dominæ ac Principis Chriſtianæ, Reginæ deſig-

deſignatæ, & Principis hæreditariæ Suecorum, Gothorum & Vandalorum, Principis Supremæ in Finlandia, Ducis in Eſthonia & Carelia, noſtræ clementiſſimæ & optimæ Dominæ, votum facimus omnibus, quorum intereſt.

Poſtquam factum, ut à biennio, et per univerſum tempus, quod tranſiit ab obitu Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis, Guſtavi Adolphi, regis Suecorum, Gothorum & Vandalorum, Principis ſupremi in Finlandia, Ducis in Eſthonia & Carelia, optimi noſtri Domini, cujus memoria eſt glorioſiſſima, conſultum videatur, ad bonum & commodum amicorum communium ex fæderatorum, & inprimis ad refocillationem Statuum per Germaniam oppreſſorum, faciendum fædus cum Sereniſſimo & Potentiſſimo Principe, Ludovico XIII. Chriſtianiſſimo rege Galliæ & Navarræ; & in eum finem Sereniſſimæ Majeſtatis regiæ per Oratores ſuos concluſerint pacta. 16. Ianu. anno 16,1. Bernvvaldi, in marchionatu Brandenburgico, ad conditiones ibi perſcriptas; duo etiam reges hactenus fideliter & potenter ſervaverint, eouſque denique, ut majeſtas regia Sueciæ tantam impenderit curam & fervorem, ut non dedignaretur acquirere ſalutem & libertatem amicis oppreſſis proſtituto ſanguine, quem generosè profudit. Itaque ne filum tam generoſæ telæ relinquatur imperfectum, & juſto hoc fædere expirante, aut ſaltem tepeſcente paularim, in grande detrimentum & mærorem vicinorum oppreſſorum; conſultum videtur, revocare & confirmare fędus illud inter Sereniſſimum regem regnumque Galliæ, & Sereniſſimam regiuam regnumque Sueciæ.

In eum finem, cum ex parte Sacræ & regiæ majeſtatis in Galliâ hunc miſſus ſit illuſtriſſimus Manaſſes, Comes Baſij, Eques, Dominus Fequerij, Campiductor, & legatus extra ordinem per univerſam Germaniam, cum ampliſſima poteſtate agendi & concludendi hoc fedus: nos invicem collocuti, & poſt varios ſermones accuratè relegentes omnes omninò articulos iſtius tranſactionis, inter reges noſtros, & utrumque regnum Suecię ac Galliæ, eandem renovavimus, ex ordine, ut ſequitur.

I. Ex

I. Ex hoc ipſo momento conſtabit arctum fædus inter Sereniſſimam reginam Sueciæ & Chriſtianiſſimum Ludovicum XIII. regem Galliæ, eorumque duas Coronas ad defenſionem communium amicorum reſpectivè & principaliter illorum, qui per mutuum conſenſum acceſſerunt ad hoc fædus, adeò vt ex hoc ipſo momento, & in poſterum ratio habeatur eorum, ne detrimentum patiantur libertatis, dignitatis & quietis ut ſecuritas maris Balthici & Oceani conſervetur, & inprimis vt opera detur; quo conſtabiliatur & confirmetur bona & æqua pax in Imperio Romano, ſine diſpendio cuiuſcunque fæderati.

II. Cùm verò experientia planum fecerit, pacem ſine armis factâ plerũque minus diu ſervari, ob inter pretationes, quibus pingitur, & vaframent a, quæ ad eam concutiendam, adeòque frangendam adhibentur, hinc ſtat, defendere & conſervare amicos communes armatâ dexterâ, in quem finem regina & regnum Sueciæ, cum omnibus illis, qui acceſſerunt, aut accedent ad hoc fædus, ſuſtentabunt & alent ſuis ſtipendijs ſuas copias pedeſtres, aut quantaſcunque requiri videbunt ad repullandam vim hoſtilem: numerus autem illarum minimus efficiet triginta millia peditum, & ſex millia equitum, donec ex communi mente bona pax ex hocce bello oriatur.

III. Vt autem onus iſtius belli ſuſtinere queant, rex Galliæ ſuppeditabit annuatim reginæ & regno Sueciæ, in gratiam iſtius fæderis, millionem librarum turneſiarum, duabus vicibus ſolvendum; prima vice ad 15. May, altera ad 10. Novembris, Lutetiæ Pariſiorum, aut Amſtelrodami, juxta majorem opportunitatem, & rerum vſum; ad arbitrium vtique reginæ & Regni Suecici, qui in eum finem mittent eo locorum Oratores ſuos & fiduciarios, qui pecunias illas recipiant, ſine vlla mora.

IV. Miles ſcribi, nautæ colligi, naves conduci aut fabricari, translatio rerum ad bellum neceſſariarum poterunt fieri in omni libertate per quorumlibet fæderatorum provincias, quam gratiam hoſtibus negabunt.

X. Fædus hoc conſtabit, donec turbæ & motus, qui hac tempeſtate Germaniam concutiunt, componantur, & firma pax conſtabiliatur.

XI. Quod ſi contingat, poſt pacem concluſam, aliquem fæderatorum facere aut tentare aliquid contra promiſſa & tranſacta in pactis pacificis, omnes reliqui fæderati tenebuntur conjungere, ſine tergiverſatione, vires ſuas, ut armati hanc injuriam repulſent, poſt vnius menſis ſaltem admonitionem: Id quod inviolabiliter ſervabitur per decennium, à die pacis firmatæ.

Articuli iſti fuerunt ſic tranſacti nomine Sereniſſimorum regum & reginarum, tum regnorum Galliæ & Sueciæ, vt ab ipſis ſuſtineantur in ſuo robore & vigore: id quod certum facimus, ad confirmationem cujus rei ſignavimus propria noſtra manu, & obſignavimus ſigillo noſtrorum inſignium.

Datum Hailbrunnæ, die 9. Aprilis, anno 1633.

CAPUT XIX.

Tranſactio de pace inter Ludovicum XIII. regem Galliæ, & Carolum III. Ducem Lotharingiæ, in caſtris ad Nanceium, anno 1633. die 6. Sept. inita: cum articulis, qui tranſactioni acceſſerunt Charmeſij, eodem anno, die 20. Sept.

Cum rex graviſſimis de cauſis de Duce Lotharingiæ conqueri poſſet, tum propter diverſas colluſiones, machionationes & vaframenta, quæ inſtituit, vt eluderet tranſactiones inter regiam maieſtatem & ipſum vici, vltimo Septembris, anno 1631. & Liverduni, die 26. Junij anno 1632. initas, tum propter invaſiones & hoſtilia

quibus fæderatos regis læſerat : cum tranſactiones illæ etiam erga fæderatos regiæ maieſtatis proſus viam diverſam præſcriberent.

Acceſſit etiam ratio matrimonij prætenſi, quod inter fratrem vnicum regis & Principem Margaritam, ſororem Ducis coierat, non ſolum abſque permiſſione regis. ſed contra clariſſimam defenſionē, quam Dux â regia majeſtate receperat, per manus eorum, qui miſſi venerant, & omnem operam intendebant, vt bona cum regis gratia id fieret.

Tum etiam, quod poſtquam Dux fruitur provincijs quas poſſidet, nunquam præſtitit homagium quod debet regiæ maieſtati, propter Ducatum Barenſem, ne lectis quidem Commiſſarijs, quod debebat, ad diſquirenda diverſa alia jura & prætenſiones, regiæ maieſtati adverſus ipſum competenti. Hinc rex invitabatur ad arma, vt ea inferret provincijs Ducis, donec ad offenſarum iſtarum agnitionem & emendationem redigeretur.

Poſtquam autem Dux regiam maieſtatem ſupplicitèr rogavit per Cardinalem Lotharingiæ, fratrem ſuum vt gratiam faceret errorum in ſuperioribus definitorum & obtulit regiæ majeſtati omne obſequium, quod ad eluendas iſtiusmodi maculas, requiri poſſit: conſtitutum eſt inter Cardinalem Richelium ex parte regis, & Cardinalem Lotharingiæ, qui nitebatur poteſtate generali ex parte Ducis Lotharingiæ vti conſequitur.

Vt Dux de novo abdicet omnia fædera, quæ adverſantur Gallicano; proteſtetur nullas in poſterum colluſiones habiturum, in diſpendium regis, & nominatim cum domo Auſtriaca, ſive per Germaniam, ſive per Hiſpaniam, neque cum quocunque particulari, qui extra obſequium & gratiam regiæ majeſtatis verſetur.

Dux in poſterum regi inſerviet erga quosvis & contra omnes, ſine vlla exceptione: idque cum omnib⁹ ſuis viribus, quas conditio ſuæ reipublicę poſſit permittere. Et vt auferat omnem ſuſpicionem, ac ſi capax eſſet cuiuscunque inſtituti adverſus fœderatos regię maieſtatis, ſemetipſum adſtringit, vt nulla vnquam arma corripiat, per tempeſtatem iſtam Germanię, ſine claro regię majeſtatis conſenſu. Pro-

Promittit etiam Dux exemplo copias exauctorare, quamprimum regia majeſtas ab oxenſtierna, proto cancellario Coronæ Sueciæ & confœderatorum fidem acceperit, de eo non invadendo, adeòque ſuas copias ex provincia deduxerint: præter Comitatus Sarverdenſem & Bokenheymenſem, quos modo occupaverant.

Propterea ſuppliciter rogat regem Dux, vt ſe jure ſuo in illos Comitatus cognoſcat, & de cauſa eos repe tendi, mediumque ſeſe interponat; cùm Dux ipſius arbitrio velit ſtare, modò cancellarius Oxenſtierna cum confœderatis idem faciat.

Vt Nanceium deponatur intra triduum in manus regis, qui cum copræſidio illic commoretur, quod videbitur, donec inſtitutum Ducis laudabile, & compoſitio turbarum per Germaniam, ſuccidat ſurculos iſtiusmodi machinationum & auſorum, quomodo hactenus adverſus regem, & ipſius fęderatus eſt vſus.

Etiam donec matrimonium illud prętenſum inter fratrem vnicum regis, & Principem Margaritam, ſororem Ducis, declaretur nullum, per vias legitimas & validas. Vt autem id conſequi liceat, Princeps Margarita intra quintum decimum diem tradetur poteſtati regis, qui conſultum putat, vt ipſa Nanceij habitet, vbi facilius illuſtrari queant circumſtantiæ matrimonium illud prętenſum comitatę.

Denique donec lites, quę poſſunt intercedere regi cum duce, ob provincias, quas poſſidet, ęquabiliter decidantur; quo in negotio ſine remiſſione & dilatione ſemper vtrinque ſudabitur, dum interea regia maieſtas & Dux maneant in omnibus juribus, quæ ſibi quiſque acquiſita credit in eum vſque diem, adeò vt nihil eorum argui queat abdicatum ex virtute iſtius tranſactionis. Etiam conſtitutum fuit, vt Ducatus Barrenſis relinquatur in eo ſtatu, in quo eſt, in occupatione per Parlamentum Pariſienſe conſtituta, donec regiæ maieſtati ſit ſatisfactum, quantum ratio illius Ducatus poſtulat.

Præterea etiam conventum eſt, vt regia maieſtas, regijve miniſtri nullatenus contingant redditus Lotharin-

giæ,

giæ, & provinciarum atque annexarum: quibus Dux aũt ſucceſſores, aut quibus, cauſa competit; fruentur liberè, quemadmodum & vrbs Nanceij reſtituetur Duci bonâ fide aut ſucceſſoribus, & cauſam habentibus, quamprimum ſoperiora fuerint executioni mandata.

Dum verò Nanceium in manibus regis fuerit relicta, licebit Cardinali Lotharingiæ illic habitare, ſi volet, cum libera fruitione omnium juriſdictionum & jurium: præterea, quæ imperium militare ſpectant quod penitiſſimè geret, quemcunque rex illic relinquere voluerit: Is tamen Cardinalem colet pro dignitate natalium & conditionis, teſſera etiam quæſita.

Vt autem maiori cum dignitate in vrbe ſit, & Palatium Ducale in veteri vrbe conſpiciatur, præſidium Gallicanum, ſi Cardinali id domicilium allubeſcat, in novam vrbem demigrabit vniuerſum. vt in veteri vrbe nihil prorſus retineat, præter duo propugnacula, & portam vtrique vrbi mediam, vbi licuerit præſidiarijs ſecuram capere ſtationem, prout conſultum videbunt.

Rex opportunum retur, vt ſi Cardinalis cohortem centenariam lectiſſimorum virorum ad cuſtodiendum veſtibulum domicilij ſibi ſponte adſciſcat, omnia tormenta, arma, & apparatus belli, uti nunc in veteri vrbe inveniuntur, tunc in novam transferantur.

Milites, qui præſidij ratione in iſtum locum imponentur, nullatenus moleſti erunt incolis, ſed eam diſciplinam colent, vt querimonijs nullum locum faciant.

Quod ſi diverſum contingat, quacunque de occaſione promptè remedium adhibebitur, ad incolarum bonam voluntatem.

Cum autem fieri poſſit, turbas Germaniæ non adeò citò componi, vti regia maieſtas optat, & nemo non deſiderat; conventum eſt, vt bello vltra quadriennium ſerpente conditiones iſtius tranſactionis prius præſtentur, & regia maieſtas depoſitum Nanceij remittet vrbe in manus Ducis Lotharingici aut ſucceſſorum, cauſamve

ſamve habentium reſtitutâ, quâ pleniſſimè & juxta jura quibus prius utebatur, eâdem fruatur.

Factum in Caſtris ad Nanceium, die 6. Septembris, anno, 1633.

Signatum.

CARDINALIS RICHELIUS.
CARDINALIS LOTHARINGICUS.

Articulus à tranſactione ſuperiori ſeparatus.

Ex ſerie tranſactionis factæ & abſolutæ hoc die inter Cardinalem Richelium nomine regis, & Villanum ac Iohanninum, nomine Ducis Lotharingici: qua conventum eſt, ut urbes & citadellæ Stenæ i, Iameſij ac Clemontij deponantur in manus regis intra certum tempus: conventũ eſt, ut Cardinalis Lotharingiæ adeat in craſtinum regem, & obſidis inſtar in eo loco maneat, uti regi viſum fuerit, donec loca illa tradantur in manus regiæ majeſtatis, quæ modo ob ſes promittat, nihil auſurum Ducem, itidem promittit temperantiam armorum.

Factum Liverduni, die 26, Iuuij, anno 1632.

Signatum.

HENRICUS LIVRONIVILLANUS,
IOHANNINUS

In tabulas publicas relatum, audito procuratore regio Pariſijs in Parlamento, die 20, Decembris, anno 1633.

Signatum.

TILIETUS

Viſâ

Viſâ trãſactione ſuperiore, quæ inita fuit inter Cardinalem Richelium ex parte regis, & Cardinalem Lotharingię fratrem meum, ex mea parte, declaro ego hoc ipſo actu, me gratam habere eam, velle etiam, ut locum habeat, adeoque integrum effectum, cum auctário, quod ſequitur,

Ut non ſolùm porta, quæ inter utramque urbem eſt media, cum duobus propugnaculis in poteſtate regis ſint, ſed inſuper & altera porta veteris urbis, quæ dicitur Noſtræ Dominæ: idque ad evitanda incommoda, quæ ex ſuſpicionibus generari poſſent niſi hæc ita conſtituantur.

Ut ad propoſitionem à Cardinale Richelio factam, Dux Lotharingiæ poſſit verſari, Nanceij, quando voluerit, uti ſuperius dicitur de Cardinale fratre ipſius, cui licitum ſit illic habitare cum omnibus honoribus dignitati Ducati congruis.

Quamvis Nanceium per articulos tranſactionis ſuperioris debeat regi tradi in quadriennium modò intra tertium menſem Dux tradat Principem Margaritam, in manus regiæ Majeſtatis, cui placuerit, eam pro dignitate & conditione habere; Dux aſſentitur, uti in hoc ipſo momẽto facit ad diſſolutionem matrimonij, quæ per vias legitimas & validas inſtituantur: ubi reliqua capita etiam trãsactionis fuerint impleta, tum, regia majeſtas reſtituat Nanceium, ſine ulteriore morâ, munimentis ſolo æquatis ſi videatur.

Factum Charmeſij, die 20, Septembris, anno, 1633.

Signatum.

CAROLUS DUX LOTHARINGIÆ

Nos ſubſignati, Cardinalis Richelius, ex virtute poteſtatis per voluntatem regis mihi collatæ, declaramus acceptare nomine regiæ majeſtatis articulos ſuperiore, uti ſignati ſunt à Duce Lotharingiæ, & promittimus eos

ratos

ratos facere per regiam majeſtatem, quemadmodum & tranſactionem, ſignatum à Cardinale Lotharingiæ, die 6 hujus menſis.

Factum Charmeſij, die 20. Sept. anno 1633.

CAPVT XX.

Tranſactio confœderationis & ſocietatis inter Ludovicum XIII. regem Galliæ &c. & Principes Statusq; proteſtantes Circulorum ac provinciarum Electoralium, per Franconiam, Sueviam & tractum Rhani, inita Francofurti ad Mœnum, anno 1633. die 15. Septemb.

CUm Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ludovicus XIII. Franciæ & Navarræ rex Chriſtianiſſimus: & Sereniſſima Potentiſſimaque Princeps ac Domina, Domina Chriſtina, Suecorum, Gothorum Vandalorumq; deſignata regina, ac Princeps hæreditaria, magna Princeps Finiandiæ &c. fœdus ante biennium inter præfatum regem Chriſtianiſſimum, & Sereniſſimum quondam ac potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum Guſtavum Adolphum glorioſiſſimæ memoriæ, initum proximo elapſo menſe Aprilis Hailbronnæ novis deſuper comprehenſis articulis renovarunt, Præterea rex Chriſtianiſſimus per ſuæ majeſtatis legatum Extraordinarium illuſtriſſimũ Dominum; de Feuquieres, cum corona Sueciæ, Cõfœderatos quatuor, ſuperiorũ Imperij Circulorũ, nimirum Electoralis, Franconij, Suevici & Rhenani Ordines, ad idem fœdus invitavit: necnon dictus Dominus Legatus Regis Extraordinariu apud Ordines Ordinumque Legatos hoc tẽpore Francofurti ad Mœnum congregatos repetiit: præfari, Ordines Ordinumque legati, prævio inter ſuam Excellentiam ac ipſos habito tractatu, certis tamen conditionibus & deca-

& declarationibus adhibitis; & cum obligatione Dominorum Confœderatorum abſentium ſubſecutura Ratihabitionis in ſupra nominatum inter utramque Coronam renovatum fœdus per Confœderatorum legatos, quos brevi ad Chriſtianiſſimi regis majeſtatem præſentes Ordines, Ordinumque legati mittere decreverint, perficiendum & confirmandum conſenſerunt; uti harum præſentes reſpectivè perficiunt & confirmant. Sunt autem articuli fœderis ſubſequentes,

I. Sit ex hoc die fœdus inter Chriſtianiſſimum Regem, Ludovicum XIII. regnumque Galliæ, & Sereniſſimam reginam Chriſtianam, regnumque Sueciæ, pro defenſione ſuorum reſpectivè communium amicorum eorū præſertim, qui ſeſe huic fœderi communi conſenſu adjunxerint, atque horum libertati, dignitati & quieti nunc & in poſterum conſulatur, ſecuritas maris Balthici & Oceani conſervetur, & maximè ut imperio Romano æqua & ſecura pax, reſervato cuique Confœderatorum iure ſuo ſtabiliatur.

II. Quoniam vero pax ſine armis quæſita (teſte experientia) fraudibus plerumque obnoxia eſſe ſolet, hoſtiumque animus à juſta ſatisfactione, & illatarum injuriarum reparatione hactenus ſit alienior; idcircò communium amicorum ſalus armata manu vindicetur, atque regina regnumque Sueciæ cum ſuis per Germaniam Confœderatis, qui cum illa ſtant, aut ſtare volunt; copias, quas habent haud ſufficere ſuæ defenſioni, & adverſus hoſtem judicabunt, quæq; ad minimum triginta millibus peditum, & ſex millibus cataphractorum conſtabunt, ſuis ſumptibus alet, ſuſtinebitque, donec bello præſenti pax præfacta communi conſenſu inventa fuerit.

III. Sumptibus verò hiſce bellicis ſuſtinendis Rex Galliæ quotannis Reginæ Regnoque Sueciæ, favore huius Confœderationis contribuat librarum Turonenſium N.N. ejuſque ſummæ mediam partem decimo quinto menſis Maij; alteram mediam 15. menſis Novembris Lutetiæ Pariſiorum, vel Amſtelrodami in Batavia, prout reginæ, regnoque Sueciæ commodius acciderit, eius optioni relinquitur, Deputatis ad id eorum miniſtris

ſtris infallibiliter, ac ſine dilatione numerandam, tradendamque curet.

IV. Conſcriptio militum ac nautarum, conductio naviū, exportatio rerum bellicarum utrique parti in territorijs Confœderatorum libera ſit, hoſtibus vero denegata.

V. In diſciplinam militarem delinquentes, & fugitivi, domino ſuo pro adminiſtranda in eos juſtitia tradantur.

VI. Regina regnumque Sueciæ, aut eorum vice fungentes, cum omnibus Confęderatis, in negotio religionis non aliter ſe gerant in locis occupatis deditiſve, quam ſecundum leges & conſtitutiones imperij, atque in locis ubi Catholicę Romanę exercitium repertum fuerit, in integro inviolabiliter remaneat, neque perſonis aut bonis Eccleſiaſticorum, qui ſubditi Reginæ Sueciæ, fæderatorumque manentes, fidem & obſequium dederint, ſervarint præſtiterintque, noceatur, in quantum pręſens rerum ſtatus ferre potuerit.

VII. Sprevit & rejecit hactenus *Dux Bavariæ*, & liga Catholica oblatam Neutralitatis exercendæ facultatē, ut de eâ non immerito cogitatio omnis deponenda videatur at cum Chriſtianiſſimus Rex Galliæ eandem etiam nunc urgeat, datum id ſit amicitiæ, authoritatique Suæ Majeſtatis, & liberum ſit eidem, ducem Bavariæ atque ligam Chatholicam in Romano imperio provocare ad Neutralitatis amicitiam, aut alium Tractatum; ita tamen ut liceat Sereniſſimæ reginæ Sueciæ, Suæque Majeſtatis Cōfæderatis id ſuper hoc rejecto ſtatuere, quod videatur ex uſu ſuo ac temporum rationibus eſſe. Quicquid verò communi utriuſque partis conſenſu conſtitutum approbatumque fuerit, id ratum inviolabiliter ſervabitur.

VIII. Ad hoc fædus quicunque alij Status & Principes ſive in Germania, ſive extra eam voluerint accedere non admittantur tantum, ſed & invitentur, idque apud adverſarios caveatur, ne clam aut palam, ſuo vel alieno nomine adverſæ parti faveant, aut regibus præfatis, eorumq; communibus amicis & Confæderatis, vel cauſæ communi noceant; quin potius ſinguli ad hoc bellum ſumptus pro viribus & peculiari conventione contribuant.

S IX. Quod

IX. Quod ſi per Dei gratiam occaſio tractandi de pace ſe offerat, ex communi Confæderatorum conſilio tractetur, nec confæderatorum vllus ſine altero quicquam in eo aggrediatur, ſtatuat, pactum juret: ſi quis ſecus fecerit, à fæderatis pro hoſte habeatur.

X. Hoc fædus eo vſque duret, donec præſentes in Germania motus ſedati fuerint, atque pax firma ſtabilita.

XI. Si poſt pacem initam contigerit alicui Confæderatorum ea, quæ in tractatis pacis promiſſa & concluſa erunt, non ſervari, aut illi bellum inferri ex cauſâ & occaſione præſentis fæderis, teneantur fæderati, initis auctoribus, arma ſumere ſine mora aut tergiverſatione, ad repellendam iniuriam, ſtatim atque poſt menſem ex eo quo fuerint ab injuriam paſſo admoniti, idque obſervetur ad diem firmatæ pacis.

Declaratio ſexti Capitis Confæderationis.

Quemadmodum in negotio religionis Chriſtianiſſimi Galliarum regis mens & propoſitum non eſt, Statibus Proteſtātibus Confæderatis comprehenſis, Nobilibus liberis & immediatis Imperij ſubditis, vllo modo in iis præiudicare, quæ ante hac, & in his ipſis motibus belli ipſis competebant, ita & in futurum prædictis talibus proteſtantibus omnia & ſingula jura, quę jis vel jure magiſtratus, vel vi, & reſpectu territorij, ſuperioritatis, aut juriſdictionis cuiuſcunque tam circa Eccleſiaſtica, quam Politica competere poſſunt, ſalva integra & illibata manere cupit regia ſua *Maieſtas*; ita tamen, vt illis in locis, qui à *Statibus* Confæderatis inpoſterum occupari contigerit, & vbi catholica Romana Religio ante exortum bellum inteſtinum ſemperviguit, & adhuc viget, eiuſdem exercitium inpoſterum quoque relinquatur, neque tollatur, neque impediatur, donec per futuros pacis tractatus, quibus tota hæc Confæderatio, & in ſpecie hoc pactum nihil penitus obſtabit, derogabit, vel impedimento erit, ſalvo articulo nono, niſi aliter inter partes conveniat.

Declaratio & additio ad ſeptimum Confœderationis punctum.

Circa ſecundum Dominorum Statuum dubium, ſi regiæ Majeſtatis ſinceritate freti omnes certi & ſecuri eſſe debent, ſuam majeſtatem nullo modo permiſſuram, ut ex regno ſuo hoſtes proteſtantium directè vel per indirectum iuventur aut ſupportentur. & ne ex vicinia hoc fiat, quantum fieri poterit averſuram, quandoquidem ſua Majeſtas illos alia mente vel intentione ad ſuum fœdus non invitat, quam pro ſuo ſtabilimento & conſervatione.

In fidem quorum omnium Sereniſſimi regis Chriſtianiſſimi legatus extraordinarius, Illuſtriſſimus Dominus de Feuquieres &c. ut & congregatorum Ordinum, abſentiumque Ordinum Legatorum hoc nomine deputati haſce preſentes ſuis ſubſcriptionibus & ſigillis ſubſignarunt.

Actum Francofurti ad Mœnum, 5. Sept. anni 1633.

Nomine Electoris Palatinatus & reliquorum D. D. Principum Confœderatorum.

Nomine Dominorum Comitum & Baronum & Confœderatorum.

Nomine liberarum Civitatum Imperii Confœderatarum.

CAPVT XXI.

Ceſſio & Translatio Ducatuum Lotharingiæ & Barri in Cardinalem Lotharingiæ, à fratre, Duce Lotharingiæ, facta Mirecurtij, die 19. Ianuarii, anno 1634.

Carolus per gratiam Dei Dux Lotharingiæ, Marchio Dux Calabriæ, Barri, Geldriæ, Marchio Pōtis Muſſonii & Neamo-

Neamenij, Comes Provinciæ, Validimontij, Blamontij, Zut phenæ, Salmæ, Sarverdenæ &c. omnibus præſentibus & futuris Salutem.

Quamvis ab eo tempore, quo Coronam iſtam capeſſivimus, omnem contribuerimus operam, curam& officium, quæ exiſtimabamus, ſufficere, ad ſervandos Status noſtros & Subditos in pace & tranquilitate, quam deſiderabamus; & ut ſatisfaceremus officio, quod nobis commune eſt cum omnibus Principibus ſupremis, qui ſubditis quietem conciliant: Didicimus nihilominus hactenus nos parum proficere in illâ curâ, quam ſemper geſſimus, non ſolummodo de conſervanda ſubditis noſtris tranquilitate, ſed etiam de benevolentia cum principibus viciniš propaganda.

Quamvis igitur omnem exercuerimus induſtriam, ut effecta reſponderent juſto noſtro propoſito; illud autem ſiniſtre ſummatur, quod præcipere menti non licuit, &amplius intelligamus, noſtras actiones non ea ingenuitate & ſinceritate, quâ illas exercebamus, verſari apud alios, tametſi ejus rei experimenta ampliſſima dederimus per ſubmiſſiones à nobis poſtulatas, abdicatis etiam locis potiſſimis noſtrarum provinciarum, ut dilueremus opiniones ſiniſtras, quæ de actionibus noſtris obrepebant Cùm autem malevolentia, quæ contrarium ſuaſit, nos ſatis doceat; noſtram perſonam potius in odium incidiſſe quam actiones unquam meruerint; viſum eſt opem ab ultimo remedio petere; quod ſolum exiſtimamus par coërcendo impetui, qui ulteriorem ruinam & deſolationem minatur, provincijs noſtris, ſi nempe in fruitionem adminiſtrationem & gubernationem provinciarum noſtrarum introducamus eum virum, qui plus fiduciç inveniat, quam nobis licuit hactenus acquirere per omnes omninò vias, quas judicare potuimus congruas, ut ita teſtemur deſiderium integrum, quomodo quietem ſubditorum noſtrorum præferamus noſtris proprijs votis.

In eum finem conſtituimus apud noſmetipſos, non electum iri virum, cujus actiones majorem fiduciam præſtare queant, potiorē noſtro chariſſimo & dilectiſſimo

fra-

fratre, Domino Nicolao Franciſco Lotharingo ; Cardi-le, qui cæterum noſter eſt legitimus & putativus hæres, ex cuius actionibus nobis tantundem promittimus proſperitatis, quantum ad ſucceſſus optatos de reſtauratione & conſervatione noſtratum provinciarum fuerit neceſſum.

Exiſtis cauſis, alijsque conſiderationibus, quæ nobis hoc perſuadent, & in primis ob benevolentiam particularem, quâ fratrem noſtrum complectimur, tum propter proximitatem noſtram, tum propter virtutes, quas in eo agnoſcimus laudatiſſimas, notum facimus, Nos, poſtquam ſæpius & diuerſis vicibus maturè deliberavimus hanc ſententiam in noſtro Senatu, in præſentia fratris noſtri, & aliorum principum nos ſanguine contingunt, dynaſtas & præfectos noſtræ Coronæ, ex noſtrâ propriâ ſcientiâ pura, ingenua & libera voluntate, dedimus; ceſſimus, contulimus & transportavimus, damus, cedimus, conferimus & tranſportamus; per donationem inter vivos, ex purâ liberalitate, & vt ne contravenire quidem poſſimus ob quamcunque cauſam & conſiderationem, fratri noſtro præſenti & accipienti, cum conditione tamen iſta, vt ſi ſuperſtites ipſi fuerimus, ad nos redeant, Ducatus noſtros Lotharingiæ & Barri, terras & dynaſtias in iis comprehenſas: annexas & dependentes, quemadmodum prædeceſſores noſtri & nos fruiti ſumus, eas tennimus & poſſedimus antehac & vſque in hunc diem, adeoque generaliter univerſa noſtra bona, terras & poſſeſſiones, jura, nomina rationes & actiones, quæ nobis competunt, ſive ex proprietate, ſive ex vſufructu, quocunque demum titulo, adeò vt nihil inde reſervetur aut excipiatur.

Quos Ducatus, terras & Dynaſtias, adeòque omnes reliquas omninò poſſeſſiones, & alia jura nobis competentia, ex hoc ipſo momento abdicavimus & abdicamus per iſtas præsentes, quibus oneravimus & oneramus fratrem noſtrum, tanquam verum Dominum, proprietarium & poſſeſſorem illorum, Volumus & intelligimus, vt per traditionem præſentium ipſus ſit & maneat realiter ac actualiter oneratus & poſſeſſionis tenax illorum Duca-

tuum terrarum & Dynaſtiarum, adeòque jurium, nobis competentium: eâ lege & conditione attamen, ut teneatur et obligetur ſolvere & expungere omnia et ſingula noſtra nomina æris alieni, tàm perſonalia, quam realia, legitimè contracta uſque ad hunc diem præſentis Ceſſionis, transportationis et Donationis.

Hinc in mandatis damus omnibus noſtris Mareſchalcis, Seneſchalcis et Rationum magiſtris Lotharingiæ & Barrii, Ballivis, præfectis, legatis, procuratoribus generalibus, eorumque ſubſtitutis, et omnibus omnino noſtris officiariis, Iuſtitiariis, ligiis et ſubditis, quantum unicuique ipſorum congruit, ut præſentem Ceſſionem, Tranſportationem & Donationem lectam, promulgatam et in tabulas publicas relatam, ſequantur, conſervent et exequantur, curentque ut omnes juxta ſuam formam et tenorem eam ſequantur, conſervent et exequantur.

Id ut rectius fiat, adeòque ut agnoſcatur & curetur agnoſci frater noſter pro principe Naturali & Supremo, remiſimus et remittimus ipſis ſacramentum, quod olim nobis præſtitère, volumus et intelligimus, ut omnes omninò honores, officia et obſequia, quæ ipſi ex ſerie iſtius Tranſportationis, Ceſſionis et Donationis debentur, ipſi præſtentur eo et pari modo, quo hactenus tenebantur et obligabantur nos ipſos colere. Id enim volumus. In cuius rei teſtimonium præſentes haſce literas ſignavimus manu noſtra juſſimuſque apponi & appendi magnum noſtrum ſigillum.

Datum Miraecurtii, die 19. Ianuarii, anno 1634.

Ita ſignatum	CAROLUS.
& in replicâ	PER SERENISSIMUM.
contraſignatum,	PER SECRETARIUM RUSSELOTUM.

& in alterâ parte ſcriptum.

RELATUM IN TABULAS P.
C. JOHANNINUS.
pro
C. CORIELIO.

CAPUT

CAPVT. XXII.

Pacta Confœderationis & ſocietatis inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ adeoque Ordines generales Vnitarum provinciarum per Belgium, inita Hagæ Comitis, anno 1634. *die* 16. *Aprilis.*

ORdines generales provinciarum per Belgium unitarum agnoſcunt omni cultu & gratitudine beneficia favores & ſuppetias, quæ omni tempore ex Gallia receperunt: deſiderant perinde ſibi conciliare quibuscunq; modis pro virili conſervationem & incrementum amicitiæ laudatæ ac ſocietatis, qua placuit regi Chriſtianiſſimo ipſos honorare, adeoque contribuere ad præſentem conſtitutionem rerum quicquid poſſet commodare ſplendori Galliæ bono publico Orbis Chriſtiani, & ſtabilitati ſecuritatique ſuæ Reipublicæ.

In eum finem legerunt Comitem Culembergium, Baronem Palatini, Witemi, Werodum à Leedeſt, Lioſdemi, VVildemburgi, Kentſuilleri, Engoldorpi, Brachemi, VVrechemi, Nicolaum Buchorſtum, Dominum Norduici & Vemmenini, Balivùm & magnum miniſtrum rationum Rhinlandicarum. Adrianum Pavium Equitem, Dominum Hemſtedæ, Hogerſmildę, Rituici, & Neokerkæ, conſiliarium & Penſionarium Hollandiæ ac VVeſtfriſię, Iohannem Knuytum Equitem, Dominum utriuſque Voſmariæ, primum nobilem, & vices gerentem Nobilitatis apud ordines Comitatus Celandiæ, ac conſiliarium ordinarium principis Auraici Adrianum Ploſium, Equitem, Dominum Vdigemi, Tienhoviæ & Gleinię. Petrum VValtanum, VVilhelmum Ripperdamum, à Berbergemo, Borenlo & Hengello. & Bernhardum Cohenderſium

ſium ab Helpana, vt tranſigant cum Charnaſſæo, conſiliario regiæ Maieſtatis in ſenatuintimo, & ante hac per Germaniam legato: Qui Deputati vbi cum Charnaſſæo ſecretiores contulerunt ſermones, tandem rebus ſæpius diligenterque expenſis, ex virtute poteſtatum reſpectivè hic ſubjunctarum, tranſegerunt, convenerunt, concluſerunt & cōnſtituerunt conditiones & articulos ſequentes.

I. Domini & Ordines Generales promittunt porrò bellum gerere terra marique adhibitis omnibus ſuis viribus, adverſus Hiſpanos & provincias ab eos dependentes, adeò vt nefas ſit tranſigere, aut ad quævis momenta pacis, induciarum, aut armiſtitij, nec directè, nec indirectè, deſcendere proximos hoſce, menſes octo ſequenies; nec etiam concludere intra duodecimum menſem; initio ſumto per Calendas *May*, proximè venturi.

II. Regia majeſtas promittit itidem, intra octo menſes nihil tranſigere, & intra duodecimum menſem nihil concludere cum rege Hiſpaniæ ullam tranſactionem de negotijs & litibus mutuum coortis, adeòque authoritatem ſuam interponere apud Miniſtros Coronę *Sueciæ*, Principesque Germanię confæderatos, vt idem faciant.

III. Iidem Ordines Generales, promulgabunt denuò, & prę̄ſtabunt bona fide quando ſeſe prębebit occaſio, declarationem, anno 1632. ab ipſis factam, in commodum eorum, qui ſacra Romana Cátholica ſequuntur in omnibus provincijs & locis, quæ vnientur ipſis, & voluntariè ac præter vim accedent, De ijs vero qui vi armorum ſubigentur, quoniam poteſtate deſtituuntur ſtatuendi, aut obligandi, absque Provinciarum conſenſu promittunt Ordines, ob frequentem regis petitionem, ſeſe relaturos ad provincias, vt diſpiciant, quantum hic regiæ Maieſtati indulgere queant.

IV. Quod ſi poſt duodecim menſes Domini & Ordines Generales velint agere de pace concludenda, aut inducijs ineundis cum hoſte; non tamen id fas erit conſtante actione præter interceſſionem regiæ *Majeſtatis*, ſed declarabunt eo rerum curſu hoſti ſuo per literas, actionem, quam tum poſſent inſtituere cum eo, nihil poſ-

ſe dero-

ſe derogare iſt tranſactioni, quæ nihilominus maneat in ſua forma & valore; quemadmodum regia majeſtas, ſi pari modo agat, id declarabit itidem.

V. Quoniam vero Ordines Generales ferè ſoli ſuſtinuerunt per plurimos annos bellum adeò cruentum & exitioſum, quod etiamnū ſuſtinent adverſus potentiſſimum hoſtem; promittit regia poteſtas ipſis adnumerare per ſingulos annos iſtius tranſactionis, exordio per hunc ipſum diem ſumpto, millionem librarum, præter illum, quem promiſerat in tranſactione, quę incidit in diem 17. Iunij, anno 1630. ideſt, duos omninò milliones librarum, qui adnumerentur ſexto quovis menſe, proportione æquali, ut exordium fiat proximis menſibus Auguſti & Februarij.

Dat prætetea trecenta millia librarum annua, ad rationem iſtam, alet ſcilicet, qui poſtuletur, legionem pedeſtris militiæ parem Chaſtillonęæ, cum turma equitum, aut pręſtabit pretium iſtius turmæ, ex ſuo arbitrio, uſque ad computum tercenties mille librarum, juxta conditiones ſeparatim ſcriptas, ex eodem die iſtius tranſactionis. Quod ſi ordines legionem minus poſtulent, neque regia majeſtas tenebitur ſolvere illa trecenta millia librarum.

VI. Quod ſi per annos iſtius tranſactionis Ordines Generales cōcludant pacta pacis aut induciarum cum hoſte, rex ſpondet ſecuritatem, adeò ut rege Hiſpaniæ quæ in pactis comprehendantur, ſolvente, aut juxta quemcunque prætextum, directé vel indirectè Ordines Generales invadente, in provincijs, terris & locis, quæ hoc ipſo die iſtius tranſactionis poſſident aut obtinent, omnia penitus in bellum erumpant adverſus regem Hiſpaniæ; tum regia majeſtas tenebitur idem facere, & penitus diſcedere cum rege Hiſpaniæ in bellum apertum, terra marique adeò ut neque pacem neque inducias pangere fas ſit, niſi conjunctim, cum Ordinibus, & ex illorum conſenſu.

VII. Quemadmodum in caſu parili, ſi pax aut induciæ ſemel concludantur, & poſtea rex Hiſpaniæ ex quocunque prętextu, directe aut indirectè aggrediatur regem in provincijs, terris & locis, quę hoc ipſo die iſtius tranſ-

actionis

actionis obtinet, ut regia majeſtas penitus in bellum diſcedat, uti dictum fuit, Ordines itidem obligantur ex hoc ipſo momento idem præſtare, & penitus à rege Hiſpaniæ diſcedere in bellum apertum, neque poſtea poterunt facere pacem aut inducias, niſi conjunctim cum rege, & ex ipſius conſenſu.

VIII Quod autem commoda regis attinet, quæ Charnaſſæus ſcripto exhibuit, & in quoſdam articulos diſpeſcuit, quorum copia facta eſt ipſi, uti à Deputatis Ordinum fuit ſignata, ſi nempe regia majeſtas vim patiatur, aut turbetur à rege Hiſpaniæ, ex hac occaſione, ut ad arma, uti dictum fuit, penitus ſit convolandum, Ordines Generales tenebuntur in bellum diſcedere, & illud continuare contra Hiſpanos, neque pacem aut inducias facere, niſi conjunctim cum regia majeſtate, & ex illius cõſenſu quẽadmodum etiam regia majeſtas neutrum iſtorum poterit, niſi conjunctim cum Ordinibus generalibus, & ex ipſorum conſenſu.

IX. Si Ferdinandus Cæſar, Archidux Auſtriæ, aut alij iſtius familiæ principes et dependentes, poſt tranſactionem pacis aut induciarum ſuperiorem, ex quocunq; prætextu, directè aut indirectè invadant Ordines Generales in provincijs terris & locis, quę obtinent hoc ipſo tranſactionis die adeò ut Ordines Generales cogantur bellum penitus ſumere adverſus Cæſarem, aut aliquem principem ac dependentem domus Auſtriacæ, poſt tranſactionem pacis aut induciarum ſuperiorem, obligatur regia majeſtas idem præſtare neque ullam aliam poſtea tranſactionem pacis aut induciarum inire, niſi cõjunctim cum Ordinibus Generalibus et ex ipſorum conſenſu.

Quemadmodum in caſu parili, ſi idem Cæſar, aut aliquis princeps & cliens domus Auſtriacæ, poſt tranſactionem pacis aut induciarum ſuperiorem, invadat directè aut indirectè, ex quocunque prætextu regem in provincijs terris & locis, quæ hoc ipſo tranſactionis die obtinet, adeò ut regia majeſtas ſumat bellum penitus adverſus ipſos, Ordines Generales obligantur idem facere, & poſtea ab omni negotiatione pacis & induciarum abſtinere, niſi conjunctim cum Majeſtate regia, & ex ipſius conſenſu ineatur.

X. Iſtæc

Iſtæc tranſactio nihil derogabit illi, quæ facta eſt die 17. Iunij, anno 1630. ut eadem relinquatur in ſuo robore & valore in omnibus rebus, quæ hic non comprehenduntur, conſtabitque illa tranſactio per ſeptennium, exordio per hunc ipſum tranſactionis diem ſumpto. Quemadmodum etiam prior tranſactio anni 1630. continuabitur ad eundem terminum; & putabitur veluti inſertus verbotenus huic tranſactioni: adeò ut utraque tranſactio tantũdem duret, quæ renoventur & continuentur poſt ſeptennium elapſum, ubi viſum fuerit utrinque.

XI. Quod ſi verò majeſtas regia malit bellum ſumere adverſus Hiſpaniam, quàm millionem & trecenta millia librarum ad conditionem ſuperiorem ſolvere; Ordinibus Generalibus nefas erit cum hoſte agere, niſi conjunctim cum rege, & ex eo conſenſu. Quemadmodum etiam regiæ majeſtati reciprocè nefas fuerit cum Hiſpanis agere niſi conjunctim cum Ordinibus Generalibus, & ex ipſorum conſenſu, ubi præterea exonerabitur millione illo promiſſo, in tranſactione anni 1630.

XII. Quando autem placuerit regi bellum ſumere adverſus Hiſpaniam, prius fiet diſtributio ęqua eorum, quæ utrinque occupabuntur.

XIII. Tranſactionem hanc habebunt gratam & ratam rex atque Ordines Generales, juxta formam conſuetam & quantumcunque firmiſſimam, intra ſex ſeptimanas, aut duos menſes, ut tradatur in manus miniſtrorum regiorum & ordinum Generalium, & executionem ſortiatur ad complementum, juxta ſuam formam & tenorem.

In quorum fidem Nos ſuperius nominati Baro Charnaſſæus & Deputati Ordinum Generalium, ex virtute noſtrarum poteſtatum ſignavimus præſentes iſtas literas noſtro ſigno ordinario, curavimusque apponi inſignia.

Factum Hagæ Comitis, die quintodecimo Aprilis, anno triceſimo quarto, ſupra milleſimum ſexcenteſimum.

Sequi

Sequitur tenor poteſtatis, quam Baro Charnaſſaus, Conſiliarius regis in Senatibus reipublicæ, ante hac legatus regis per Germaniam, & Deputatus regis majeſtatis ad negotiandam hanc tranſactionem, exhibuit.

Ludovicus, gratia Dei ex Galliæ & Navatræ omnibus præſentes haſce viſuris, Salutem.

Chriſtianiſſimi, primarij amici, ſocij & Cõfæderati, poſtquam conſtituimus pacem & tranquillitatem in Statibus noſtris, qua populares noſtri gaudent quod Deo acceptum ferimus, ab aliquot annis, principalem hanc ſumſimus curam, ut ſocios firmaremus & auxiliaremur, eosque adverſus hoſtium inſultus cõſervaremus; id quod undiquaque tum per virtutem noſtrorum armorum, tum per beneficia & liberalitatem præſtitimus.

Quemadmodum verò inter ſocios ſemper habuimus particularem benevolentiam erga Ordines Unitarũ provinciarum per Belgium, ad imitationem defuncti regis, Domini noſtri & Parentis honoratiſſimi, cujus memoria ſumma claret gloria; itagratiſſimum nobis accidit, confirmari & renovari ſubinde ſocietatem, qua Corônam hanc noſtram contingunt, ipſisque elargiri beneficia noſtra, ut majori conatu repugnent Hiſpanis, hoſtibus continuis, donec perveniant ad conſtitutionem laudatæ & certæ per orbem Chriſtianum tranquilitatis.

Cum autem huc velimus conferre, quicquid à nobis deſiderari queat, conſtituimus legere virum aliquem gravem, qui ex noſtrâ parte agat cum ordinibus Generalibus certi verò meliorem non poſſe legi ad hoc negotium Barone Charnaſſæo, Conſiliatio noſtro, tum propter inſignem rerum publicarum notitiam, tum propter fidem, quam nobis in rebus graviſſimis præſtat, & experti ſumus ab ipſius prudentiâ fidelitate & benevolentiâ in rem noſtram.

Itaque

Itaque ex cauſis iſtis, quibus movemur, dedimus & damus per præſentes iſtas, noſtra manu ſignatas, plenam poteſtatem Baroni Charnaſſæo conferendi cum Deputatis Ordinum Generalium; quemadmodum etiam conveniēdi, promittendi, reſolvendi, concludendi & conſtituendi ſimul quicquid videbitur commodum & neceſſarium ad bonum publicum Orbis Chriſtiani, iſtius Coronæ, & Ordinum generalium; etiam ſignandi tranſactionem.

Promittimus verò fide & verbo regio, nos gratū habituros, quicquid Baro Gharnaſſæus promiſerit, conſtituerit & ſingnaverit, adeò ut ratificaturi id ſimus in maximè authentica forma, uti fieri poteſt, Id enim volumus.

In cujus rei teſtimonium juſſimus appendi ad iſtas ſigillum noſtrum.

Datum ad D. Germani Læi, primo die Martij, anno gratiæ, 1634. & noſtri regni, viceſimo quarto.

Signatum.

Ludovicus

& in replica

Iuſſu regis,

Buthilerius.

& ſigillatum magno ſigillo ceræ flavæ.

Sequitur tenor poteſtatis, quam Deputati Ordinum Generalium exhibuerunt.

Ordines Generales Provinciarum Unitarum per Belgium, omnibus quicunque præſentes iſtas viſuri ſunt ſalutem.

Poſtquam conſultum cenſuimus ex noſtra parte mittere, qui teſtentur memoriam gratam cum omni genere cultus & gratitudinis beneficiorum, favorum & ſuppetiarum, quæ ab omni tempore recepimus ex Gallia, prout libuit regi honores illos departiri, ita contribuimus per iſtanc rerum conſtitutionem, quicquid poterit commodare ſplendori Galliæ bono publico orbis Chriſtiani, & fulcimento ſecuritatique reipublicæ, adeòque ſuſtentationi univerſali, adverſus progreſſus ambitioſos regis Hiſpanici, & alia quæcunque negotia, quæ cenſebuntur uſui & incremento regię maieſtati, noſtræque reipublicę; adeòque deliberare, agitare & concludere cum regia Maieſtate, aut cum iis, quos iudicaverit idoneos rei gerendæ eam tranſactionem, ad quam regia maieſtas aut fiduciarii ipſius volent condeſcendere; pariter etiam diſputare & agere de omnibus aliis negotiis, quę ſecundum occaſiones occurrent ad emolumentum utriuſque Status.

Cùmque in eum finem plenè edoceremur de induſtriâ, prudentiâ, fidelitate, capacitate & diligentia Comitis Culemburgici, Baronis Palantiani, Witemi Werodæ à Leedeſt, Lioſdemo, Wildenburgo, Kentzvvillero, Engeldorpio, Brachemo, Wrechemo, Nicolai Buchorſti, Domini in Norduico & Vemmenino, Balivi & magni magiſtri contributionum Rhinlandicarum, Adriani Pavii Equitis, Domini de Hemſtedâ, Hogerſmildâ, Rituico & Neokerkâ, conſiliarii & ſtipendiarii Hollandici ac Weſtfriſani; Iohannis Knuyti Equitis, Domini perutramque Voſmariam, primi nobilis & vicem gerentis à Nobilitate ordinum in Comitatu Selandiæ, & conſiliarii ordinarii apud principem Auraicum, Adriani Ploſi Equitis, Domini de Udigemo, Tienhovenâ & Gleiniâ, Petri Waltani, Wilhelmi Ripperdani de Berbergemâ, Borenlo & Hengello; Bernhardi denique coenderſii de Helpenâ, ipſos deligere voluimus, ut ex noſtra parte & nomine agant cum regia maieſtate, aut cum iis, quos volet committere, ad negotia eiuſdem materię tractanda.

Cùm autem ad promotionem negotiationis & finem propoſitum opus habeant inſtrui à nobis plena poteſtate,

ſtate,facultate, & authoritate, mandato & injunctione ſpeciali, Nos, qui cupimus prævenire in rebus iſtiusmodi, & diſpellere quæcunque litigia, ſi quæ oriri poſſint de plena illorum fiducia & authoritate, conferimus ipſis, virtute præſentium, omnibus & ſingulis, quocunque eorum morbo; aut alio caſu fortè impedito, quia omnes rebus agendis interſint, plenam poteſtatem diſputandi, agendi, conveniendi, tranſigendi & concludendi cum regia Maieſtate aut cum iis, quos à ſuà parte deputabit, tranſactionem firmam & ſolidam, aut qualiacunque pacta, quæ vtrinque convenient, in vtramque partem vtilia.

Quicquid vero iſto modo concludetur & tranſigetur, faciant aut concinent eas tabulas, contractus & promiſſa, in ea bona et debita forma, vti oportet, & generaliter præſtent quoad ſuperiora, tum in ſuis circumſtantijs, tum in dependentijs, perinde, ac ſi nos ipſi præſentes adeſſemus in noſtris perſonis, tametſi caſus aliquis requireret mandatum ſpecialius, quam in iſtis litteris continearur; quibus promittimus ſincerè & bona fide, nos habituros gratum, firmum et ſtabile in perpetuum, quicquid per ipſos in eo genere, factum, promiſſum, conventum et conſtitutum fuerit, idque nos obſervaturos, ad impleturos, et inviolabiliter cuſtodituros, adeò vt nunquam in contrarium abeamus aut veniamus, directè aut indirectè quocunque demum modo aut ratione; ſed vniverſum ratum habeamus, ſi opus ſit, et literas tabulasque expediamus in optima forma, quæ fieri poſſit, ad votum regiæ majeſtatis.

Factum Hagæ Comitis in Hollandia in noſtro Conventu, & ſubſignatione noſtri Archigrammatei, die 20, Februarij, anno 1634.

Signatum.

S.V. HARSOLTE UT,

Et in replicâ ſcriptum legebatur, Ex mandato Celſorum & Potentium Dominorum, Ordinum Generalium.

Signatum

CORNELIVS MUSCHIUS.

Rob

Roboratum magno ſigillo Ordinum Generalium, in cerâ rubrâ, ex funiculo duplici, auri & ſerici rubri.

In quorum fidem nos nuncupati commiſſarij ſubſignati, ſignavimus has præſentes noſtro ſigno ordinario, & curavimus opponi noſtra inſignia.

Hagæ Comitis, die 16. Aprilis, anno 1634.

Articuli ſecreti.

Cùm rex Chriſtianiſſimus cauſam habeat adverſus regem Hiſpaniæ, articuli quidam de eâ hoc ipſo die in manus Ordinum Generalium à Charnaſſæo traditi ſunt; quorum copia ipſi reddita fuit à nobis Deputatis Ordinum Generalium, noſtra manu ſignata, ne qua fiat variatio.

I. Ut pax ſuperior facta ad definienda litigia per Italiam coorta, de ſucceſſione Mantuanâ, incorrupta maneat, juxta articulos inter utramque Coronam Galliæ & Hiſpaniæ, adeòque Cæſarem Ferdinandum ſecundum initos.

II. Ut Rhæti conſerventur in liberâ fruitione jurium ſupremorum, quæ ipſis debentur in Vallem Telinam, juxta ea, quæ declarantur in tranſactione Muſoniana.

III. Ut rex turbetur, aut moleſtiam patiatur in poſſeſſione quietâ acquiſitæ Pinierolæ & dependentiæ; nihil magis, quàm in alijs locis.

IV. Ut rex Hiſpaniæ ne juvet Ducem Lotharingiæ contra fidem pactorum, quæ rex cum ipſo tranſegit, quæ utique juſtiſſimis & æquiſſimis nituntur rationibus.

V. Ut rex Hiſpaniæ ne opituletur ijs qui volent invadere provincias regis, ex quocunque demum prætextu.

Factum Hagæ Comitis, die quinto decimo Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo quarto.

Declaratur, tranſactionem de pace aut inducijs cum hoſte inſtituendam eſſe in provincijs Unitis.

Poſtquam conventum eſt inter Baronem Charnaſſæũ, nomine regis Chriſtianiſſimi, & Deputatos Ordinum Generalium

neralium ex provinciis vnitis, per articulos. 6.7, 8. & 11. tranſactionis hoc ipſo die concluſæ, vt ne qua negotiatio pacis aut induciarum fieri poſſit, poſt rupturam communem cum hoſtibus, niſi conjunctim, & ex communi conſenſu: Conventum quoque & declaratum fuit inſuper ex vtraque parte, vt ſi quando inſtituatur negotiatio, Rex rogetur, quò gratum habeat, eam fieri in eo loco, quem ordines legerint in Provinciis Vnitis, ex plurimis rationibus, quæ expoſitæ fuere Charnaſſæo, vbi legati & miniſtri Regis adeoque Ordinum Generalium conveniant cum hoſtium deputatis.

Quod ſi regaliter videatur declaratio ea fiet per literas, cum ratihabitione iſtius tranſactionis: eò caſu particula *conjunctim* exiſtimabitur veluti non inſerta illi tranſactioni, manebitque tantummodo illa *ſine conſenſu*; adeo vt iſte articulus & declaratio Regis, quæ conſequetur, eandem vim & valorem, cum præſenti hac tranſactione.

Sic factum Hagæ Comitis, quinto decimo die Aprilis, anno ſupra milleſimum, ſexcenteſimum triceſimo quarto.

Articuli et conventa, inter Regem & Ordines Generales provinciarum vnitarum per Belgium inita a Barone Charnaſſęo Conſiliario Regię maieſtatis in Senatibus, & deputatis Ordinum generalium ex provinciis Unitis Belgii, ad repræſentationem et ſuſtentationem legionis Gallicanæ pedeſtris, cum turmâ equitum, ſi lubeat Regię Majeſtati militem præbere.

I. Legio ea conſtabit eodem numero cohortium et militum, quo conſtat legio Chaſtillionæa, et turma equitum accedat ad numerum May et Sanmartini.

II. Rex adnumerabit pretium ſcribendæ legionis et turmæ, ſed Ordines Generales præbebunt arma ſine repręſentatione ulla pretii, præſtabunt etiam naves et annonam ad traiiciendum militem utriusque ſpeciei, ſine reputatione ſumptuum.

III. Rex diſpertietur omnia munia et officia legionis et turmę, dum ſcribentur; ubi vacabunt, regia majeſtas diſponet eadem pro lubitu.

IV. Si rerum Gallicarum conſtitutio revocet tribunum cum legione et turmâ in Galliam Ordines Generales pro-

mittant præſtare omnia commoda & auxilia ; nec ullum retinebunt militem ; præſtabunt naves , quibus legio & turma vel univerſa , vel ex parte reportetur in eum locum locave regni , prout voluerit tribunus, eâ tamen lege , ut Ordinibus Generalibus repræſentetur pretium , quod legio illa & turma inſumſerint per id tempus, quod tum defuerit tranſactioni præſenti , naves autem præſtabunt ab Ordinibus generalibus gratuitò uſque ad tempus ab eodem tribuno poſtulatum.

V. Ordines Generales non habebunt deterius tribunũ, centuriones & præfectos legionis ac turmæ , quam cæteros Gallos ſuis ſtipendiis militantes : ut verò eos habeant obſequentiores , promittunt & obligantur illis dare pecuniam ex Galliâ advehendam , eadem itidem ſtipendia quæ promiſſa fuêre tribuno,centurionibus & præfectis legionis Chaſtillianæ,cohortibusque May & Sanmartiny,adeò ut pecunia tradatur tribuno Lutetiæ Pariſiorum aut Hagę Comitis , ad ipſius arbitrium, ut eam diſtribuat pro voluntae Regis : peccunia verò capietur ex illa ſorte,quę ſingulis annis à Rege adnumerabitur ad primum terminum.

VI. Transactio hoc ipſo die facta inter Regem & Ordines Generales, quâ Regia Majeſtas obligatur alere legionem & turmam equitum, ubi tranſierit aut facta fuerit ex quacunque cauſa, adeo ut Regia Majeſtas neque hoc , neque illud amplius præſtet.

VII. Ordines Generales promittunt & obligantur nihilominus eas alere ad eundem modulum & ad easdem conditiones antiquiſſimæ legionis & turmæ Gallicanæ, quæcunq; ipſis militet , adeò ut nefas ſit quidquam detrahi ex ſtipendio , quod nunc numeratur legioni Chriſtilioneæ & principi turmæ, niſi forte generatim aliquantulum detrahatur omnibus copiis.

VIII. Ubi tribunus ob Regis ſui negotia fuerit abſens Ordi-

Ordines Generales non poterunt retinere ipſius ſtipendium aut ſervitium, quæcunque demum programmata aut ſtatuta in contrarium fecerint, aut poſſint facere.

IX. Promittunt Ordines Generales, ſeſe diſtributuros legionem & turmam, tum ad ſolvenda ſtipendia militi, tum ad præfectos creandos in prima ſcriptione; modo numerus & ſtipendium nihil imminuantur, per provincias ipſis gratas, ubi etiam ſuſcipiantur, ut ſtipendia capiant ex ipſo menſe; quo regia maieſtas illud adnumerare deſinet, adeò ut præter unicum menſem ipſis nihil fiat reliquum.

X. Quamvis autem Ordines Generales tum alant, quemadmodum diximus, legionem & turmam, quæ ab ipſis immediatè dependeant; promittunt nihilominus, ſeſe quotieſcunque tribunus volet reducere in Gallias legionem illam cum turma, ipſi copiam facturos ſine ulla dilatione; exolvent exactè ſtipendia debita, addent menſtruum, & præſtabūt extemplo naves ſuis ſumptibus, quibus in quemcunque locum Galliæ devehantur, pro lubitu tribuni; id quod etiam de exauctoratione intelligitur.

XI. Quod ſi Regia Maieſtas nos poſſit induci ad alendam turmam equitum cum legione, non tamen deſinent ſuperius conditiones inſertæ locum habere pro legione ſolâ; adeò ut turmæ privatio ibi nihil prorſus impediat.

Ita factum Hagæ Comitis à nobis ſubſignatis; die quinto decimo Aprilis, anno poſt milleſimum ſexcenteſimum triceſimo quarto.

CAPVT XXIII.

Pacta Ducis Aurelianenſis cum Rege Hiſpaniæ; adeoq́; articuli tranſacti inter Ducem Aurelianenſem ex unâ, & Marchionem Fytoniæ ex altera parte, nomine Majeſtatis Catholicæ, die 22. May, anno 1634.

I. DUx Aurelianenſis promittit, & obſtringit verbum ſuum, ſeſe nulla prorſus ratione aurem præbiturum ulli tranſactioni aut negotiationi cum Rege fratre ſuo quocunq; demum compendia offerantur,& quæcunque viciſſitudines in Gallia ſuboriantur ex Cardinalis exitio, niſi ſciente & conſentiente Majeſtate Catholicâ, idque in eum finem, ut Majeſtas Catholica queat præſtare ſecuritatem Majeſtati Imperiali, & quibusvis aliis, cum exteris, in biennium usque & ſex menſes proximè venturi temporis.

Quod ſi Aurelianenſis nihilominus incipiat agere ante iſtud tempus cum conſenſu Majeſtatis Catholicæ, tenebitur idem abrumpere quotiescunque voluerit Maieſtas Catholica: quod ſi verò bellum exardeſcat inter utramque Coronam, promittit Aurelianenſis abſolutè; ſeſe nihil tranſacturum, ſed in partes auguſtiſſimæ domus Auſtriacæ abiturum, cuius commoda quærat & promoveat pro virili, in quovis genere occaſionum, uſque ad perfectionem tractatuum generalium, qui ex communi conſenſu fuerint inſtituendi, ad componendos penitiſſimè belli ſuſcitati fomites.

II. Ad iſtas conditiones Maieſtas Catholica præbebit duodecim millia peditum, & tria milla equitum Aurelianenſi, ex quorum numero fuerint ſex millia, genuinorum Gallorum, uti mille equites.

III. Vlt

III. Vult autem & intelligit Regia Majeſtas, Luces & præfectos, qui imperitabũt genuinis illis copiis Gallicanis, à ſeſe denominari, & quidem pro lubitu, quemadmodum Aurelianenſi relinquitur denominatio reliquarum copiarum. pro lubitu & voto.

IV. Univerſæ autem iſtæ copiæ poterunt ſubſignis eſſe ad finem Septembris proximè venturi, cum Majeſtas Regia credat, rerum ſuarum conſtitutionem tum laturam, ut exercitus adhibeatur ad limitem Galliæ, ut ſic æmulatione inceſſat copias regis, dum Aurelianenſis ex diverſa parte irruant in Galliam cum exercitu.

V. Quod ſi exercitus ille progreſſus faciat in Gallia, & nonnulla loca occupet, Aurelianenſis quædam illorum derelinquet Majeſtati Chatholicæ, tum ad reſarcienda diſpendia, id quod æquum eſt, ob graviſſimos ſumptus, quos fieri neceſſe fuerit, tum ad fiduciam majorem gratitudinis ubi Aurelianenſis indipiſcetur Coronam.

VI. Quo caſu, adeoque tempore quocunque Aurelianenſis promittit & obligat ſuum verbum, ſeſe recompenſaturum penitiſſimè eos ſumptus tum Majeſtati Catholicę, tum ſucceſſoribus, quibus ſeſe de tanto beneficio gratum præſtet.

VII. Conventum eſt preterea, ut ſemper adſit apud Aurelianenſem vir natalibus et authoritate gravis, qui conſilia ſuggerat in omnibus rebus neceſſariis, & legatur à Majeſtate Catholica; ex eorum numero, qui, quantum poterit, ſint Aurelianenſi gratiſſimi,

VIII. Ut autem copiæ ex Gallia ſcribantur, indulſit Majeſtas Catholica Aurelianenſi ſeptuaginta millia ſcutatorum, quæ ſemel duntaxat numerentur, cùm plurimum laboris & ſumptus requiratur ad militẽ è longinquo accerſendum præter periculaſubinde ingruentia, ubi à laribus abitur, et conditiones per Galliam potiores negliguntur.

IX. Ad copias illas ſuſtentandas *M*ajeſtasCatholica indulget itidem quadraginta millia ſcutàtorum menſtrua, ſic tamen ut diminuatur peccuniæ ſumma ad progreſſum proſperiorem copiarum, adeò ut ſi progreſſæ in Galliam, contributionibus popularium queant ſuſtentari, Majeſtas

cellarium Ducis Wirtembergici, tum Philippum Streyſſium, Dominum Lauvenſteinii, Conſiliarium intimum Ducis Bipontini, ſummum Balivum Satrapiæ Neocaſtellanæ, tanquam legatos extra ordinem, tum nomine coronæ Suecicæ, tum illorum principum & ſtatuum confœderatorum, ut ad vivum depingant, quanti interſit rerum præſentium, ad conſtabiliendam bonam & certam pacem in Imperio, in Orbe adeò Chriſtiano, præſenter & in futurũ, ut Maieſtas Chriſtianiſſima ſeſe penitus aperiat, & adverſus eos arma proferat, qui præſenter & à longo tempore planum fecerunt ſe nunquam ceſſaturos turbare, tranquillitatem publicam, ut ex diſpendio viciňorum creſcant, niſi omnes omninò Principes, quorum intereſt, juſtitiam & tranquillitatem communem conſervari, jungantur ſimul ad ſiſtendum curſum conſiliorum adeò damnoſorum.

Cum igitur Majeſtas Chriſtianiſſima conſideraret momenta rerum, nec vellet quicquam obmittere eorum, quę ex ſua parte poſſet conferre ad confirmandam pacem generalem inter Principes Chriſtianos, & principaliter per Germaniam: hinc legatis expoſuit, ſeſe antequam aggrediatur rem tanti momenti, cupere noſſe, quanta auxilia ſibi ab ipſis promittere queat, tum ab amicis & confœderatis, tum ab Electoribus reliquis, Principibus & Statibus Imperii, ſi quando bellum apertum propter ipſos, & cum ipſis adverſus ipſorum hoſtes.

Ad quæ legati, tum nomine Coronæ Suecicæ, tum eorundem confœderatorum, convenerunt ex virtute ampliſſimæ poteſtatis cum deputatis Regiæ Majeſtatis ſuper hoc negotio, in articulos iſtos ſequentes.

I. *Maieſtas* Chriſtianiſſima & Oxenſtierna, protocancellarius Coronæ Suecicæ intercedunt in iſtis pactis nomine & cum ampliſſima poteſtate Coronæ, ac Confœderatorum, cùm præter bonum publicum Imperii nullum ſcopum unquam habuerint: hinc declarant & conveniunt per iſtam tranſactionem, ſeſe omnem operam ſincerè, & ex omnibus ſuis viribus navaturos; ut cooperentur ad componendos iſtos Germaniæ motus, conditionibus certis & æquis, tum in præſens, tum in futurum.

In eum finem depromentexpeditiora & optima quæque media, inter quæ experientia ſatis manifeſtat, quanti referat, idque ante omnia, de pace non agi, niſi exercitu jam expedito, ut vis illata repulſari poſſit vi oppoſita. adverſus hoſtes communis libertatis: ideoque Majeſtas Chriſtianiſſima, protocancellarius, & cõfœderati invitant cæteros Electores, Principes & ſtatus Imperii, ut ſeſe inſtituto tam neceſſario adjungant, ad reſtitutionem, conſervationem & ſecuritatem propriam.

II. Quoniam vero Electores Saxoniæ & Brandenburgi, aliique Principes ac Status utriuſque Saxoniæ teſtati ſunt vivum ſtudium in aſſerenda communi libertate, & reſtitutione quærenda Principum & Statuum per Imperiũ in immunitates, privilegia & libertates, juxta Conſtitutiones Imperii, Majeſtas Regia, protocancellarius & confœderati, cùm unanimes eſſent, concluſerunt omnia conferre, quæcunque ſuarum fuerint facultatum., ad juſtam ſatisfactionem, & fulciendum propoſitum æquum.

III. Ubi Majeſtas Chriſtianiſſima bellum ſumet adverſus hoſtes communes, juxta articulos in hac ipſa tranſactione comprehenſos: tenebitur ſuſtentare duodecim millia peditum Germanorum, aut aliorum Nationum, donec pax fiat in Germania; qui milites ſacramentum dicent Majeſtati Chriſtianiſſimæ & confœderatis, operamque præſtabunt ſuam, prout cauſæ communis opportunitas feret juxta directorii conſilium.

IV. Rex citra Rhenum habebit exercitum non contemnendum, quo utatur ad offenſionem & defenſionem, ſecundum vices rerum, adverſus hoſtes, Regiæ Maieſtati et confœderatis communes.

V. Maieſtas Regia obligatur promptè adnumerare quingenta millia librarum, ut reverà adhibeantur ſtipendiis equeſtris militiæ, & cæterarum quas confœderati habent copiarum, ad facultatem Rheni promtè traiiciendi promovendam, inque hoſtem eundi.

VI. Rex & confœderati obligantur hâc ipſa tranſactione, à die iſtius ſubſcriptionis in nullam pacis negotiationem deſcendere, nihil etiam concludere in iſtiusmodi rebus, niſi coniunctim et ex communi conſenſu.

Pariter

Pariter etiam obligantur Rex et Confœderati in negotio belli, nullum inire armiſtitium aut inducias, neque in Imperio neque in Lotharingia, niſi coniunctim & ex communi conſenſu.

Quod ſi nihilominus viciſſitudo rerum adigat ad armiſtitium quinûm denûm dierum, aut trium ſeptimanarum, licebit id ex utraque parte; non tamen poterit prolongari, niſi ex communi & clariſſimo conſenſu.

VII. Oxenſtierna nomine Coronæ Suecicæ et Confœderati confirmant tranſactionem ſocietatis, declarationes & ratihabitiones, quæ in hac cauſa interceſſerunt, obligantur et promittunt conſtituere ſine dilatione liberum exercitium religionis Catholicæ in omnibus illis templis, ubicunque locorum evaſere ſuperiores Catholicis, poſt ultimos iſtos motus ab anno 1618. præſtabuntque liberam fruitionem bonorum perſonis Eccleſiaſticis per eadem loca, adeò ut omnem moleſtiam abſtineant. Id vero intelligendum venit, ſine præjudicio juſtorum legitimorum jurium alterutrius partis.

VIII. Statutum quoque ut duodecim mill a peditum, quæ Rex ultra Rhenum alit, in commodum amicorum, in unum corpus coeant, cujus caput ſit Principum Confœderatorum aliquis, in quem fuerit conſenſum; Cui Rex adiunget legatum ſummum, qualem exiſtimabit idoneum Corpori autem iſti duodecim millium adiungent Confœderati & alias copias, tum pedeſtres, tum equeſtres. ut juſtus efficiatur exercitus, qui in hoſtem progrediatur, quotieſcunque neceſſitas requiret.

Quicunque à Rege denominatus fuerit legatus ſummus ad exercitum illum duodecim millium, ſuffragio valebit æquo in Senatu bellico cum Principe, ſummo Duce, ſi qui præſit exercitui. Quod ſi plura agmina ſub Imperio diverſorum Ducum congruant, ſummus ille legatus, à Rege denominatus, ſuffragium ſuum in Senatu exercituum illorum coniunctorum, obtinebit æquum cum ſummo imperatore exercituum.

IX. Convenit etiam, ut in Conſilio formato Directorii Maieſtas Chriſtianiſſima adhibeat virum ex ſua parte, cum poteſtate, ſubſtituendi ſibi alium abſenti, qui v to

lendas copias, quibus eadem loca conſerventur, conſtitutum eſt, proximè id agitandum ex æquo & bono, inter Feuquerium legatum extra ordinem Regis, & Confœderatos.

XII, Confœderati conſentiunt itidem ex hoc ipſo momento, vt Rex in ſua poſſit habere poteſtate Briſacum, & alia loca circum circa Rhenum vicina, usque ad Conſtantiam, quæ ſunt neceſſaria, ad transmittendos exercitus, ſi id videatur in rem eſſe ipſius Maieſtatis & Confœderatorum, cui operæ etiam impendent copias ſuas conjunctas.

In illis verò locis, quæ communibus occupabuntur viribus præſidia, à Rege impoſita, & ipſi & Confœderatis ſacramentum præſtabunt. Donec verò Rex in poteſtate habeat trajectum Briſacenſem, Pons Argentinenſium ipſi fuerit liber Regi, ad traiiciendas & reciprocandas copias, quantas ipſius judicabit à bono publico flagitari, dum cuſtodia Pontis ſemper remaneat civibus.

Hinc Rex promittit bona fide, ſeſe deducturum ſua præſidia Briſaco, aliisque locis ex vtraque Rheni ripa, ſine vlla repræſentatione ſumtuum, vt de illis diſponetur, pro vt conveniet in transactione pacis generalis, quæ fiet conjunctim, & ex mutuo conſenſu: ſic confœderatis liber patebit tranſitus Briſaci, prout neceſſitas id requiret.

XIII. *S*ecundum iſta omnia, Maieſtas Chriſtianiſſima exonerabitur exinde millione librarum, quem tenebatur annuatim exolvere, propter ſumtus belli neceſſarios, & ſuſtentationem duodecim millium: Quod ſi verò bellum non declaret, quingenta millia tamen librarum, quæ promtè erant adnumeranda, quemadmodum, id continetur articulo tertio iſtius transactionis comprehendentur in termino Novembris iſtius anni 1634. millione ſcilicet in pactis Hailbrunnianis nuncupato.

XIV. *R*egia Maieſtas, antequam abeat ad integram rupturam, legatos fecit certiores, cupere cautionem certam, per viam quæ ad hunc finem videatur commodiſſima, vt Electores Saxoniæ & Brandenburgi, aliique *S*tatus & Principes vtriusque Saxoniæ obligentur in nullam negotiationem induciarum aut pacis

cum

CAPUT XXV.

Pacta conſœderationis & ſocietatis inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ & Navarræ; atq; Ordines Generales Provinciarum Unitarũ in Belgio, contra Cæſarem Ferdinandũ II. Archiducem Auſtriæ, Philippum IV. Regem Hiſpaniæ & Complices: inita Lutetiæ Pariſiorum, die 8. Februarii, anno 1635.

LUdovicus, gratia Dei Rex Galliæ & Navarræ: omnibus præſentes haſce literas viſuris, ſalutem.

Poſtquam pacem & quietem conſtituimus intra noſtras provincias, quâ populi noſtri gaudent, ad maiorem Dei laudem, nihil antiquius habuimus, quam firmare & juvare amicos, ut eos adverſus hoſtium ſuorum aſſultus præſtaremus ſalvos.

Id verò undiquaque præſtitimus, tum virtute armorum noſtrorum, tum beneficiis & liberalitate. Quemadmodum verò inter amicos noſtros ſemper ſingulari benevolentia ſumus proſecuti Dominos Ordines Generales Provinciarum unitarum in Belgio, ad imitationem defuncti regis, noſtri honoratiſſimi Domini & Parentis, cujus memoria viget glorioſiſſima; ita gratiſſima nobis accidit confirmatio & renovatio tempeſtiva amicitiæ eius, qui coronam hanc attingunt, etiam continua profuſio noſtrorum beneficiorum, ut eò cordatius reſiſtant Hiſpanis, hoſtibus ſuis perpetuis, id quod adeò feliciter præſtiterè, ut non rarò eos ad inſigne emolumentum invaſerint.

Cùmque porro velimus contribuere in eum finem, ut Domini Ordines fruantur tandem quiete ſecura, conſideremus verò, provincias, quas Hiſpani etiamnum tenent in Belgio, ipſis opportunas eſſe ad turbandum Or-

Cùm experientia genus humanum doceat, id unicum Hiſpanis urgeri inſtitutum, ut quibuſcunque occaſionibus liceat, in diſpendium omnium omnino Principum vicinorum, quos in diffidia conijciant vafrè ſovenda, ad Bellonæ exercitium perpetuū per Orbem Chriſtianum, adeòque immortales diſcordias; rex ſane Chriſtianiſſimus & Domini Ordines Generales provinciarum unitarum in Belgio cogitarunt prævertere calamitates, quæ ex tam perniciofo poſſent ſcaturire inſtituto, & conſtituere omnia ad eum modum, ut ad æquam & tutam pacem in Orbe Chriſtiano perveniri queat, & particulariter populi Belgij ex ſervitute ſæviſſima, in qua Hiſpanorum jugum bajulant enixè, alieni opibus adiuti, tandem aliquando eluctentur.

Itaque convenit inter ipſos, ut niſi Hiſpani ad terminos æquitatis deſcēdant, ſed peſſimo inſtituto porro inſiſtant, quod ſatis acerbè adverſus Galliam & Dominos Ordines Generales produnt, quemadmodum pacta, Bruxellis inita duodecimo menſis *May* proximè elapſi, planiſſimè demonſtrant, ut belli incendium in Galliam ſpargant: Fidē faciunt, tum Iohannes Meneſæus captus, qui undecimo Septembris elapſi inventus eſt viſitare ad mediam noctem clauſtra & introitus regni ex parte Occitaniæ, tum claſſis Neapoli adornata ſuperiori anno, quæ provinciam Romanam incurſaret, tum diverſa alia machinamenta, quæ per vias minimè ancipites emanarunt; adeo ut nihil culpæ regno iſti impingi poſſit.

Accedunt & perniciofa conſilia quæ continuā ſerie & nexuerunt & deduxerunt ex omnibus plagis ad exitium provinciarum unitarum; ut jam nihil dicatur de repulſa earum conditionum, quas ipſiſſimi ante objecerant Dominis Ordinibus Generalibus, tanquam Cerbero offam, unde gravius rei fiunt in injuriarum. Cum igitur Majeſtas Chriſtianiſſima videat, ſeſe ab ipſiſſima ratione, cujus ductum maximè homines ſequi debent, ad arma expediēda, ad amicitiam abdicandam adverſus regem Hiſpaniæ perurgeri & obligari, Domini Ordines autem Generales bellum ex omnibus ſuis viribus continuare conſtituerint,

Ex,

integrè conſtaret exercitui utrique,& Regis & Ordinum ut tum nefas ſit militem alienum ſuſcipere, & illa ſigna deferentem ad iſta, aut viciſſim admittere, adeò ut, ſi qui præfecti militares patiantur hunc articulum infringi, iidem puniantur ſeverè, ut per ſtativa, ubi exercitus coniunguntur, regii duces eligant ex duobus locis æqualibus alterutrum;ad metanda caſtra,imperium porro quilibet in ſuum ſervabit exercitum.

Quod ſi uſus ferat,ex utroque exercitu disiungi aliquod agmen,ad defendendum & cuſtodiendum militem, illud eodem ordine & imperio conſtabit, ſive ſeparatim, ſive coniunctim procedat,prout neceſſitas id exiget,ſive etiam ob viam eat ſuppetiis,quas hoſtes ex Germaniâ poſſent adſciſcere,ſive nova inſtituatur irruptio, ad diſtrahendas hoſtium vires, iuxta diſceptationem & factam & definitam, ſive aſſerenda ſint loca periculis expoſita per provincias tum Regis, tum Dominorum Ordinum Generalium ex plaga Germaniæ.

Quod ſi Maieſtas Chriſtianiſſima & Domini Ordines Generales alicui bono iudicent ſeparari illum exercitum expeditum, licebit id per ſententiam & conſenſum,ſummorum Ducum apud exercitum, ita tamen, ut nulla ſit ſuſpicio periculi, quod in limitem Dominorum Ordinum Generalium ex parte Germaniæ, queat incumbere;

II. Cum autem uterque exercitus rantummodò Belgium invadere debeat, quod monuimus, populi illi fuerint invitandi,ut ad cauſam communem accèdant; & ex urbibus ſuos eiiciant Hiſpanos,compliceſque eorum, libertatis candidati

Hæc ſi præſtent intra tertium menſem; poſt hanc conditionem perlatam; eædem provinciæ manebunt junctæ & unitę in idem corpus ſtatus liberi, cum omnibus juribus ſupremitatis, ſine immutatione religionis Catholicę Romanę; cuius exercitium permanebit in illis provinciis juxta eum ſtatum, in quo nunc inveniuntur.

III. Eodem tempore, quo aliquę provincię, Urbes, Principes & Domini Eccleſiaſtici aut ſeculares, cuiuscunque fuerint conditionis in illa parte Belgii, ſincerè ſeſe ad-

 jungent

jungent ad præſens hoc inſtitutum de conſtitutione æqui & tutæ pacis ac libertatis, Majeſtas Chriſtianiſsima, et Domini Ordines Generales eos ſuſcipient in protectionem et ſocietatem,facientque ligam offenſivam et defenſivam cum ipſis,navata,pro virili, omni opera, ut et ipſis effecto iſtius tranſactionis frui liceat, hac addita promiſſione,eos ſimul comprenſum iri in omnibus pactis, quæcunque poſtea inſtituantur, adeò ut defenſionem erga univerſos et contra omnes,quamprimum ad cauſam communem acceſſerint ſibi paratam ſciant.

Per univerſum belli curſum,ſicuti et à pace conciliata, religio Catholica Romana ibidem conſervabitur integra, cum iiſdem immunitatibus,authoritatibus, prærogativis, quibus Prælati et Eccleſiaſtici, ſive in corpore et communitate,ſive in particulari fruuntur impræſentiarum,neque verò ab illis Dominis,urbibus et communitatibus alia fiducia exigetur,præter fidem,et aliquot obſides, qui ad definitum cuſtodiantur tempus juxta conſenſum.

Ita tamen,ut iidem Principes, Dynaſtæ.Provinciæ et Urbes contribuant bona fide pro facultatibus ſuis ad propriam defenſionem. Quod ſi ſors ferat, ut per eandem viciniam, tres aut quatuor urbes ſimul faciant deditionem, aut alia ſecundum aliam,conventum eſt,ut integrum ipſis ſit formare corpus aliquod Status liberi,quo in ordine etiam fuerint conſervandi & ſuſtentandi cum Dynaſtis & Nobilibus,qui fortean in diſtrictu & viciniâ earum urbium comprehenderentur.

IV. Quoniam verò fieri nequit, ut per illas provincias limites aſſerantur adverſus Hiſpanorum violentiam,univerſa loca à littore Flandriæ, uſque ad Blankebergam, cum duabus leucis interioris territorii, relinquetur Regi, cum oppidis Theodonisvilla & Namurco, territorio et juriſdictionibus,adeoque Oſtenda,ad conditiones, quæ inferius addentur ad partitionem ſummam; Domini autem Ordines Generales ſibi habebunt ad conditiones pariter definitas in partitione illâ ſummâ, Hulſtam cum diſtrictu Waeſe,Bredam,Geldriam,Stephaniverdam, cum territoriis & juriſdictionibus.

V. Cum autem contingere poſſit, provincias illas Belgii,

quæ

quæ etiamnum parent Regi Hiſpaniæ, recuſare adminicula recuperandæ libertatis, ſed neglectâ requiſitione, quæ intra definitum perferatur tempus Hiſpanis potrò adhære re, adeoque adjuvare ipſorum peſſima conſilia. Rex & Domini Ordines Generales conſiderant eo caſu rerum ſuarũ nihilominus eſſe, vt ſecuritati illarum provinciarum proſpiciatur, et calamitates inde oriturę præveniantur, dum ſalus ipſorum quæritur, conſtitutum fuit, vt ex ſorie iſtius tranſactionis & conſilij, Rex et Domini Ordines Generales provincias illas ſubiugent, partitio verò earundem fiat in modum ſequentem hac tamen conditione, vt per diſtrict" partitionis loca, quæ excuſſerint jugum Hiſpanorum, modò corpus trium, aut quatuor vrbium conficiant, vti ſuperius monuimus, reliquantur libera, nulla alia ſubjectio ne erga Regem et Dominos Ordines Generales impediti, niſi ſacramento, quo teneantur abſtinere à noxâ, et promo vere inſtitutum pro facultatibus, poſtquam obſides præbuerint, donec Hiſpani ex vniverſo exterminentur Belgio.

Portio Regis erga Ordines Provinciarum Vnitarum in Belgio.

Regi tranſcribitur ager Luxembergenſis, Comitatus Namurci & Hannoniæ, Arteſiæ & Flandriæ, vsq; ad limites, qui ducta linea definientur, quę incipiet à Blankebergà ſimul ſumptâ tranſibit inter damum & Bruxellas; media via inter vtrumque locum, vt rectâ deſinat Rupelmundę, quæ itidem regi cedet. De Cambreſio liceetit diſponere Regi pro arbitrio & voluntate.

Portio Ordinum Provinciarum Vnitarum in Belgio.

Marchionatus Sacri Romani Imperii, quo continetur vrbs Antverpia, Dynaſtia Malinarum, Ducatus Brabantiæ, & reliquũ littus à Blankebergâ, quæ regi relinquitur donec vniantur Vrbes Dami & Hulſtæ, cũ territorio Waeſę, vſq; ad lineã ſuperiorẽ, ea tamẽ cõditione, vt ratione dami

vbi Belgium fuerit penitus ſubactum, provideatur per Commiſſarios vtrinq; ad id negotium deputatos, vt vrbs Brugarum & territorium, quod dependet, quæ regi ceſſit, ab inundation & incommodo cataractarum ac aggerum circa illam vrbem, indemnis præſtetur.

Quamvis autem ſuperius mentio non ſit facta, in quo ſtatu Oſtenda & Damium poſſint relinqui in poteſtate Regis & Dominorum Ordinum generalium, vt maturius deliberetur, quid bono publico vel maximè conveniat, conventum eſt, vt vniverſo Belgio ſubacto, diſpiciatur ex parte Regis & Dominorum Ordinum generalium per Commiſſarios ad id negotium deputatos, vti ſuperius meminimus, an præſter, munimenta Damo' addita complanari, an verò, vt Rex & Ordines Generales ea poſſideant firmata, Rex adeò portum oſtendæ ita componat, vti commodum ipſi videatur.

Conventum quoque fuit vt in gratiam Maieſtatis Catholicæ religio Catholica Romana relinquetur per vniverſum diſtrictum iſtius portionis, quemadmodum impræſentiarum viget, & Eccleſiaſtici hoc ipſo ſuo ſtatu & conditione porrò gaudeant.

VI. Quamprimum exercitus Regis fuerit progreſſus in Belgium, & bellum clarigatum inter duas Coronas, quem admodū ſuperius diximus, eousque permanebit, donec Hiſpani penitus exterminentur ex Belgio: quo temporis ſpatio nefas fuerit & Regiæ Maieſtati, & Dominis Ordinibus generalibus agere de induciis, aut armiſtitio aliquo, niſi conjunctim & ex communi conſenſu.

Quod ſi pax eâ qua dictum eſt ratione concilietur, & poſtmodum Rex Hiſpaniæ, Cæſar, aut alius quivis princeps domus Auſtriacæ, cliensve illius, aggrediatur Regem directè aut indirectè, ſive etiam Dominos Ordines Generales in eo quod præſenter poſſident, aut poſſidebunt, per victorias quas obtinere ſperant, Regia Majeſtas, & Ordines Generales bellum ſument coniunctim adverſus eos, qui aggredientur alterutrum, adeò vt nefas fuerit cauſam dirimere, aut inſtituere quamcunque negotiationem pacis, induciarum, aut armiſtitii, niſi coniunctim, & ex communi conſenſu.

Idem

Idem præſtabunt pariter, quandocunque Hiſpani aggrè dientur in futurum, directè aut indirectè Status & poſſesſiones Majeſtatis Chriſtianiſſimæ aut Dominorum ordinum Generalium, ſive intercedat aliqua negotiatio pacis ànterius, ſive non intercedat.

VII. Vt verò æmulatio, & deſiderium perſequendi illud inſtitutum, quod hac tranſactione delineatur, tumultu & confuſione vacet per executionem tam egregii facinoris conſtitutum eſt, ut exercitus Regi & Dominorum Ordinum Generalium, ubi vires ſuas contraxerint in unum molem, invadant primitus duo loca, quæ in portione Regis comprehenduntur, ut perinde alia invadant ex portione Dominorum Ordinum; niſi ſummi Duces utriuſque exercitus unà conſtituant per literas de diverſo inſtituto.

Hâc tamen mente, ut, ubi conjunctim, aut ſeparatim opera utriuſque exercitus ſuperentur loca in portione regia eadem extemplò tradantur, uti ſubiguntur quemadmodum fieri oportebit erga Dominos Ordines Generales, ubi conjunctim aut ſeparatim capiantur loca in ipſorum portione comprehenſa, quæ pariter ipſis tradentur, quamprimum fuerint capta; adeò ut inſtitutum nequeat coerceri, donec uterque in poſſeſſione ſtet eorum, quæ ipſi debebuntur ex tranſactione iſta, ſecundum partitionem ſuperius recenſitam.

Quod ſi Duces ſummi exiſtiment, nonnulla in ordine, quem ſententia communis, de occupandis locis præſcripſit, forte mutanda integrum in ipſis relinquitur, modo prius de re ipſa conveniant & conſtituant per literas.

VIII. Præter etiam conventum fuit, ut tempore invaſionis, quæ in litus Flandriæ decumbet, Domini Ordines Generales alant ſuis ſumptibus claſſem aut militiam benè inſtructam, quæ obſervetur ad illud litus, & valeat arcere, ſi quis ea loca firmatum veniat, adeò ut exercitus ille navalis inde non diſcedat, donec loca illa deditionem fecerint.

IX. Quod ſi poſt hanc tranſactionem de bello ſumendo ſignatam atque firmatam de pace inducijs aut armiſtitio agatur, nibil poterit auſcultari aut concludi, niſi conjun-ctim

ralium, ut accedat cum ipſis ad hoc inſtitutū, in quo cauſa ipſius, familiæque non negligentur, prout ſuis rebus conſultum putabit, præter publicum bonum, vel ſaltem ut ſeſe contineat intra terminos veræ Neutralitatis erga regiam Majeſtatem. & Dominos Ordines generales.

XII. Conſtitutum quoque fuit, ut eodem die, quo bellū fuerit clarigatum, inter duas coronas, Galliæ et Hiſpaniæ, præter exercitū navalē, quē Domini Ordines Generales tenentur obiicere littori Flandriæ in cōmune comodū, quēadmodum dicitur articulo octavo iſtius trāsactionis, Rex & Domini ordines general: ſuſtentēt continuò per Oceanū quamdiu bellum fervebit, quilibet 15. naves militares, quinque à centenis ad ducenta, quinque à ducentenis ad trecenta, & quinque à trecentenis ad quadringenta dolia,

Diſcedent autē in duas partes, quibus imperitabunt thalaſſiarchæ & alii præfecti ex utraque parte, ut ſecurū præſtent Oceanum & Canalem; littora ea provinciarum, quæ Regem agnoſcunt Dominum, & ipſos ordines generales, reddant libera & pacata, adeò ut commerciorum conſtet ratio, nec ab ullo unquam mortali turbetur, caveant, ne hoſtes communes excenſionem faciant ullam in provincias regis, aut Dominorum Ordinum Generalium.

Quod ſi duo illa agmina forté confluant, id quod neceſſitatis caſus exigere poteſt ad bonū publicū promovendū thalaſiarchia Dominorum Ordinum Generalium inclinabit primitus velum ſummi mali, exploſione tormentorum ſalutem dicens, quam regius pro more reddet: quemadmodum etiam uſu venit Regi Magnæ Britanniæ, cùm ipſius exercitus, & illi Dominorum Ordinum Generalium aliquando confluerent, Poſt hanc ſalutationem præfecti illarum navium convenient in aliquam earum, quæ vexillo regio ex ſummo malo ſit conſpicua, deliberabunt unà coacta Senatu bellico, ut in occaſionibus, quas mens humana præcipere non potuit, aut inſtructionibus ac mandatis inſerere, quicqaid optimum factu videatur.

Hinc thalaſſiarcha Dominorum Ordinū Generaliū ſecunda, pro thalaſſiarcha regius tertiâ, Dominorū Ordinū idem quarta, regius cōtr athalaſſiarcha, quinta & ille Dominum Ordinum ſexta, cæterique præfecti, qui ex utraque

millionem illum, qui jam adnumeratus fuit in annum milleſimum ſexcenteſimum triceſimum quartum, qui incidit alioqui in menſem Aprilem anni milleſimi ſexcenteſimi triceſimi quinti, ne qua ambiguitas in hoc ſuboriatur negotio.

Impræſentiarum denuò conſtitutum eſt, ut maieſtas Chriſtianiſſima exoneretur in poſterum duobus illis millionibus, & ſuſtentatione legionis illius ac turmæ velitaris.

Tranſactionem hanc habebunt gratam Rex & Domini Ordines Generales ſecundum formam & conſuetudinem, rationemque maximè validam, intra menſem, aut ſex ſeptimanas poſt obſignationem, & tradent eandem in manus Maieſtatis Chriſtianiſsimæ ac Dominorum Ordinum Generalium, ut accompleantur, & in executionem deducantur juxta ſuam formam & tenorem.

Tenor poteſtatis, Commiſſariis regiis collatæ.

Ludovicus gratia Dei Rex Galliæ & Navarræ, omnibus præſentes haſce viſuris ſalutem.

Dilectiſſimi noſtri, Principes amici, ſocii & confœderati Domini Ordines Generales provinciarum unitarum in Belgio miſerunt ad Nos Adrianum Pavium, Dominum Hemſtedæ, Hogersmildæ, Ritvici & Neokerkæ, conſiliarium, ſtipendiarium Hollandiæ & Friſiæ Occidentalis, & Johannem Knuytum, Dominum utriuſque Voſmariæ, primum Nobilem, & Advocatum Nobilitatis per Ordines Comitatus Selandici, & conſiliarium dilectiſſimi noſtri & amantiſſimi cognati, Principis Auraici, tanquam legatos extra ordinem, ut nobiſcum diſpiciant, de mediis convenientiſſimis, quibus ad æquam & ſecuram tranquillitatem Orbis Chriſtiani poſſit perveniri.

Cum autem promiſimus conferre in eam cauſam, quicquid à nobis expectari queat, conſtituimus deputare aliquos viros; qui ex noſtra parte agant cum illis legatis: gnari etiam Bullionum Conſiliarium noſtrum intimum ſigillorum apud Ordines noſtros equeſtres, Secretarium

intimum & ſummum Quæſtorem Galliæ, & Buthilerium itidem Conſiliarium noſtrum, magnum theſaurariũ noſtrorum Ordinum Equeſtrium, Actuarium ſacrarii, noſtrorum mandatorum & ærarii, tum Charnaſſæum, Baronem ipſius loci, conſiliarium itidem intimum, præ cæteris huic negotio pares, tum propter eximiam rerum publicarum notitiam, qua pollent, tum propter teſtimonia, quæ ſuſcipimus ab ipſis in rebus graviſſimis, quibus exercemur, prudentiæ, fidelitatis & ſtudii erga noſtrum commodum.

Propter iſtas igitur, & alias complures cauſas, quæ nobis hanc mentem ſuggerunt, dedimus & damus per literas iſtas præſentes ſignatas, noſtra manu, amplam poteſtatem Bulliono, Buthilerio & Charnaſſæo conferendi cum illis legatis, conveniendi itidem, promittendi, conſtituendi, concludendi & firmandi quicquid exiſtimabunt utile & neceſſarium ad bonum generale Orbis Chriſtiani, particulare iſtius Coronæ & Dominorum Ordinum Generalium, adeò ut transactionem obſignare queant.

Promittimus verò fide & verbo regio, nos gratum habituros, firmum & ſtabile ſervaturos, quicquid illi Bullionus Buthilerius & Charnaſſæus promittent, tranſigent & ſignabunt, & ratum habituros in forma maximè authentica, quæ fieri poſſit. Hoc enim volumus.

In quorum teſtimonium juſſimus apponi ſigillum noſtrum, ad iſtas præſentes literas.

Datum Lutetiæ Pariſiorum, triceſimo die Januarij anno gratiæ, milleſimo ſexcenteſimo triceſimo quinto, & regni noſtri viceſimo quinto.

Signatum

LUDOVICUS.

& in replica

ex juſſu Regis.

BUTHILERIUS.

& obſignatum magno ſigillo & cera flava.

Tenor

Tenor poteſtatis, legati extra ordinem Dominorum Ordinum Generalium Provinciarum Vnitarum in Belgio, collata.

Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, omnibus præſentes haſce literas viſuris, ſalutem.

Poſtquã commodũ judicavimus, mittere leg[atos] [e]xtra ordinẽ, noſtro nomine, & ex noſtra parte ad S[e]reniſſimũ Potentiſſimum & Excellentiſſimum Principem, Ludovicum, gratia Dei, Regẽ Galliæ & Navarræ Chriſ[ti]aniſſimũ ut gratias ageremus de cura & continuo ſtudio, [q]uo habuit Majeſtati illius nos decorare: prætetea etiã, ut ea[m] clarius edoceremus de quibusdam capitibus maximæ [c]onſiderationis, graviſſimi momenti & longiſſimę ſeriei, quantum contingunt incrementum, magnificentiam & ſp[l]endorem Majeſtatis Chriſtianiſſimę, fulcimentum regni, ſuſtentaculum & vigorem cauſę communis, contra progre[ſ]ſus ambitioſos Regis Hiſpanici, aut ſi quæ alia occurrant, [q]uæ commodum Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, noſtræque r[e]ipublicę juvare & fulcire queant.

Conſtituimus [i]gitur de iſtis rebus deliberare & concludere cum Majeſtate Chriſtianiſſima, aut cum iis, quos negotio voluerit deſtinare, ut fiat tranſactio firma, ad quam Regia Majeſtas & Comiſſarii ac Deputati illius condeſcendent, & pariter diſputent, diſquirant & co[n]ſtituant quævis alia negotia, ex occaſionum momentis, ſeſe præbentibus ad emolumentum utriuſque ſtatus. C[u]m igitur penitus nobis conſtet de induſtria prudentia, fid[e] [e]t candore & diligentia Adriani Pavii, Domini in Hemſteda, P[l]atvico & Neokerka, Conſiliarii, Stipendiarii, apud Hollã[n]dos & Friſios occidentales, Iohannes Knuyti, Equites aur[ati], Domini in utraque Voſmaria, primi Nobilis, & Adv[o]cati pro nobilitate Ordinum Comitatus Selantici, Con[ſ]iliarii ordinarii apud Sereniſſimum Principem Auriacu[m].

Hinc elegimus iſtos viros, ut ex noſtro parte, & noſtro nomine, veluti legati extra ordinẽ miſſi, agant c[um] Majeſtat[e] Chriſti-

Chriſtianiſſima, aut cum ijs, quos ipſa voluerint committe re ad hoc negotium, & cauſas ſimiles. Ut autem nego-tiatio ipſorum expedius procedat, & ipſi ad inſtitutum & concluſionem convenientem deducantur, noſtrâ plena poteſtate, potentia & authoritate commiſſione & manda-to ſpeciali omninò inſtrui debent. Nos igitur, cupien-tes præv enire & tollere iſtius modi rebus omnes omnino diſcept ationes, quæ poſſent ſuſcitari de ipſorum fiducia authori itate. damus, virtute iſtarum literarum utriuſque ſimul, & alterutri particulariter, ſi ex morbo alteruter, aut alio qu ovis caſu impediretur, quin negotiationi intereſſe poſſet, plenam poteſtatem diſputandi, conſtituendi, diſce-ptandi, agendi, conveniendi conſentiendi & concludendi cum M ajeſtate Chriſtianiſſima, aut iis, qui ex parte ipſius deputa buntur, pactum firmum & ſolidum, aut aliam iſtius-modi t ranſacti onem, quam ſimul diſpicient utilem ad u-triusq ue ſtatus emolumentum.

Qu icquid autem iſto modo conventum fuerit, tabulas, contr actus & promiſſa facient, in debitâ & bona forma, uti opus f uerit, generaliter deniq: facient in iis, quæ diximus etiam quoad circumſtantias & dependentias, ac ſi nos ipſi præſe ntes in perſonis propriis id faceremus, tametſi caſus aliqu is poſtulet mandatum ſpecialius, quam præſentes iſtæ l iteræ contineant: cùm per eaſdem promittamus ſin-cerè & bona fide, nos gratum habituros, firmum & ſtabile ſerva turos, quicquid ab ipſis in hac conditione fiet, pro-mitt etur; conveniet & indulgabitur in hoc caſu, adeò ut id obſe rvare, adimplere inviolabiliter ſuſtinere velimus. nul-lo n unquam tempore in contrarium ituri aut venturi, neq ue directè, neque indirectè, quacunque demum ratio ne aut modo, ſed univerſum hoc, ſi opus ſit ra-tum habituri, literas & tabulas in optima forma, uti fieri poteſt, ad voluntatem Majeſtatis Chriſtianiſſimæ exp edituri.

F actum Hagæ Comitis in conventu noſtro, ſub magno noſ tro ſigillo, ſubſignatum & ſignatura noſtri Amanuen-ſis rob

ſs roboratum triceſimo die May, anno milleſimo ſexcenteſimo, triceſimo quarto,

Signatum.

V.S. HARSOLTE VE

& in replica ſcriptum, legebatur

Ex mandato celſorum & potentium Dominorum Ordinum Generalium.

Signatum.

CORNELIUS MUSCHIUS.

Obſignatum erat magno ſigillo Dominorum Ordinum Generalium, in ſerico rubro, & duplici chordula auri & ſerici rubri.

In quorum fidem nos præfati Commiſſarii e legati ſub ſignati nomine ſuperiorum ſignavimus has præſentes literas, ſigno noſtro ordinario, & iuſſimus appendi noſtra inſignia.

Factum Lutetiæ Pariſiorum, octavo die Februarii anno milleſimo ſexcentreſimo triceſimo quinto.

Signatum.

BULLIONUS.
BUTHILERIUS.
CHARNASSÆUS.
ADRIANUS PAVIUS.
JOHANNES DE KNUYT

Cum ſigillis & inſignibus Commiſſariorum & Legatorũ.

Arti-

Quamvis articulo nono transactionis, quæ perfecta fuit inter Regem et Dominos Ordines Generales, & obſignata hoc ipſo die, dicatur, quod ſi poſt hanc transactionem de bello ſumendo ſignatam atque firmatam de pace, induciis aut armiſtitio agatur, id non poſſe auſcultari aut concludi; niſi coniunctim, & ex communi conſenſu Regis & Dominorum Ordinum Generalium, nihilominus Maieſtas Chriſtianiſſima et Domini Ordines Generales convenêre, vt in omnibus reliquis locis, vbicunque bellum geri poſſit, hâc autem transactione nemo ad id obligetur, Rex & Ordines Generales poterunt poſtmodum facere inducias & armiſtitia ſollummodo, quantum ipſis videbitur, pacem facere non poterunt, cùm ea nequeat concludi, niſi coniunctim, & ex communi conſenſu.

Qui articulus fuerit eiuſdem virtutis & vigoris, ac ſi inſertus eſſet maſſæ transactionis iſtius generalis, quæ hoc ipſo die abſoluta eſt.

Factum Lutetiæ Pariſiorum, octavo die Februarij, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo quinto.

Erat ſignatum,

Bullionus.
Buthilerius,
Charnaſæus,
Adrianus Pavius,
Iohannes de Knuyt,

& obſignatum ipſorum reſpectivè inſignibus.

Ratihabitio à Rege facta.

Quam transactionem & articulos ſecretos, ſuperius adſcriptos, poſtquam nobis fuêre exhibiti à noſtris Comiſſatiis, & vniverſum hoc vidimus ac examinavimus de verbo adverbum in noſtro Senatu, Nos ſimul habuimus gratos, eos approbavimus & ratificavimus: gratos habemus approbamus & ratificamus per præſentes haſce literas,

noſtra

noſtrâ manu ſignatas : promittimus fide & verbo regio; vniverſum hoc cuſtodire & obſervare, adeò vt non impingamus, neque directè, neq; indirectè, non feremus etiam, vt ex noſtra parte impingatur quacunque ratione aut modo. Hoc enim volumus

In quorum teſtimonium iuſſimus apponi noſtrum ſigillum ad has præſentes.

Datum Compendii, die 23. Aprilis; anno gratiæ, 1635. & regni noſtri viceſimo quinto.

CAPVT XXVI.

Epiſtola Regis ad Ducem Montis Baſonis, Parem & Magnum Venatorem Galliæ, Gubernatorem & Legatum generalem Regium apud Pariſios & per Inſulam Franciæ; qua explicantur iuſta cauſæ, quibus Regia Maieſtas adacta eſt bellum in Regem Hiſpaniæ decernere.

REx ſatis compertum dedit quibuscunque ſuis actionibus, ab ipſo exordio ſui regni; vsque ad hoc ipſum temporis momentum, quanto flagraret deſiderio quieris conſervandæ, quâ populares gauderent, pacisque cum vicinis colendæ, cum ante omnia ſollicitudinem ſuſcepe. it plus quam particularem, declinandæ priſcæ æmulationis, & malevolentiæ, qua Hiſpani adverſus Galliam ſtimulantur.

In eum finem Regia Maieſtas conſtituerat redintegrare ſocietatem etiam arctiorem, præ temporibus elapſis, inter duas Coronas, geminato matrimonio, tametſi plurimi ſociorum id vehementer diſſuaderent, quibus ſubditi ipſi ad ſtipulabantur, poſtquam libertatem ſumſerant de eo ſermocinandi cum vtrique præviderent, vinculum iſtud ſacrum non ſatis virium habiturum ad coërcendos Hiſpanos &

os, & inſtituta hæreditaria Senatus Hiſpanici ſiſtenda, deturbando & confundendo hoc regno, quod inſtar repaguli eos in opprimendis vicinis impedit.

Poſt geminum illud matrimonium nunquam deſiêrunt lædere maieſtatem Chriſtianiſſimam, creberrimis obiectis rationibus juſtiſſimè querulandi. Sic invasêre Ducem Sabaudiæ paulò poſt, ex nulla alia causa, quàm quòd ab ipſorum conſilio de invadenda Gallia abhorreret, quæſito per eam tempeſtatem prætextu, quaſi jura familiæ Mantuæ irent aſſertum, cuius commodis vtique tantopere ſtudent, vt poſtmodum in ejus exitium conjuraverint.

Noti ſunt tumultus, quos poſtea per Vallem Telinam, in diſpendium Rhætorum, quos Corona hæc inter antiquos ſocios connumerat, excitaverint, vt libero tranſitu gauderent, ad bellum ex Italia in Germaniam effundendum; id quod neque Carolus V. neque Philippus II. (quibus tamen pervigit oculus ad quaſvis occaſiones in ſuum commodum vertendi) auſi vnquam fuêre propter evidentiſſimam injuſtitiam, quæ ex iſta vſurpatione redundaret, vnde certiſſimo ſigno intentaretur dominium abſolutum, quod in amplas illas provincias ad hanc vallem collineantes quærebatur, vt reliqua facilius cederent.

Hiſpani exinde ægerrimè ferebant bonam illam concordiam, quæ admodum diu inter Galliam & Magnam Britanniam viguit; vnde primi authores extitêre, per machinationes Marchionis Mirabellii, legati ſui apud regem, diviſionis & diſcordiæ, quæ inter vtramque Coronam intercurrit, vnde peſſimi effectus proceſſiſſent, niſi perniciosa Hiſpanorum conſilia fuiſſent retuſa cum ignominiâ, vti omnibus patet.

Invenerunt tamen, interea per cuniculos, quos in Gallia inſtituerant, occaſionem inſtillandi in animos Religionariorum ſiniſtras ſuſpiciones, vt eos ad perduellionem apertam perurgerent: vnde rex neceſſum habuit conſilium de caſtigandis authoribus inire, quos etiam munimento, eatenus inexpugnabili, eſt aggreſſus. Credebant illi regem ad Repullam occupatiſſimum, curaſt ob ſeſſæ Caſalæ abiecturum, dum ipſi Italiam turbarent

& fundamenta certiſſima jacerent ad vſurpandas provinciás Mantuani, aliorumque principum vicinorũ. Idem ſanè agitabant, vt regem à juſtiſſimo inſtituto divellerent; quod ſuſceperat de ſubditis religionis diverſæ in eam proſperitatem reducendis, quam impræſentiarum in obſequio præſtito inveniunt.

Iniuriæ hę adeò graviter pungunt ex parte eorum, qui ſeſe ferebant amicos, vt nemo gravius lædi poſſit ab hoſte profeſſo, Maieſtas tamẽ Chriſtianiſſima nihil intermiſit, poſtquam priorem ſolverat Caſalæ obſidionem, ad pacis conſervationem, vt Hiſpanos liberari pateretur maniſeſtiſſimo periculo, in quo tum temporis verſabantur, de amittendo Ducatu Mediolanenſi, tametſi regia majeſtas invitaretur omnibus generibus rationum, quibus iubebatur occaſioni adeò legitimę ſeſe permittere, vt libertatem amicorum & ſociorum fulciret, & vicinos ad modum pernicioſos procul haberet, cùm ſane juſtiſſima pœna ſic ingruiſſet in vſurpationem inſtitutam, & ſpolium manifeſtum.

Hiſpani verò continuò poſt regreſſum regis, nullo pẽſo fidei publicæ & pactorum obſignatorum, induêre eos penes quos erat ſummum imperium armorum Cæſarea notum, vt Mantuam ipſam aggrederentur, quam etiam per impoſturam obruêre, vnde Italia denuò turbis & truculentis facinoribus laborare cæpit, vt rex cogeretur exercitum etiam tertiâ vice Alpes tranſmittere, vt animum adderet ſociis, & Hiſpanos adigeret, ad aliquantillam quietem permittendam.

Id verò adeò ægrè preſtitêre, vt exinde nunquam deſierint ex vindicta admodum vituperabili in familia regia alere diviſiones ab ipſiſmet excitatas. Vt autem malum redderent gravius per ſeparationem, vtendum cenſuêre opera Ducis Lotharingici, qui regno noſtro inimicitias immortales juravit, cum tamen per omnia genera conſiderationum teneretur præ cæteris omnibus agnoſcere, quanta beneficia hinc in ipſius familiam dimanaverint, ſi queant incendij flammas illi diſcordiæ inteſtinæ adhibere, & ſim illes in centrum, & per univerſum ambitum regni difflare. Neque verò quiſquam ignorat, eos inanem operam do , quod Gallia minus armelere

tur in Galliam, cùm anno ſuperiore diverſas in eum finem inſtituerint tranſactiones.

Majeſtas Chriſtianiſſima ſuſtinuit injurias iſtas univerſas cum tantâ patientiâ, ut, qui mentem adverterant, ſæpius eam excitaverint, ad ſenſum tot ſtimulorum, ſi aliquando tandem ſenſum teſtari veliet, nihil diſtulerunt ſæpius exponere, quanto damno afficeretur cùm pluribus aliis ſimul, ſi vires ſuas inutiliter evaneſcere pateretur, & in ſtatu torpido ſimplicis defenſionis coërceret, dum Hiſpani ſua arma, machinationes & vaframenta adhiberent ad ſubruenda & evertenda fundamenta libertatis publicæ, ut qui jam non ſuſpenſo gradu reperent, ſed aperto inceſſu graſſarentur juxta ultima ſua conſilia ad ſubiiciendum Imperium Auſtriacæ familiæ in formâ Monarchiæ perpetuæ, in partes ſuas pertractis aliquot Electoribus, exitio cæteris deſtinatis: addebatur etiam iſta ratio, labore, quo exercerentur Principes Italiæ, dum ad ſumptus extremos obligantur, ut ſeſe ab Hiſpanorum Harpagonibus extricent, unde continua æſtuat æmulatio, ut ei provinciæ nunquam liceat eſſe pacatæ, eos tandem aliquando, & non longè poſt in penitiſſimam reſiſtendi impotentiam prolapſuros adverſus vim integram quę vel ex Germaniâ à domo Auſtriacâ nova ſubinde ſubſidia trahat.

Cordatiſſimi quique depingebant regiæ maieſtati, nihil æquè periculoſum, quàm Hiſpanis permittere quævis compedia, quæ diſſimulationum uſu aucupari ſolent, adeò etiam commodo, & vafrè ex viciſſitudinibus occaſionum inſtitutò, at eodem tempore, quo Catholicis perſuaſum volunt, ipſorum commoda ſibi maximè cordi, pectus verò odio Vatiniano in Proteſtantes æſtuare, iſtis pacem offerant; & quaſvis conditiones, ut arma ſua in illos convertant, donec primo inſtituto ſatisfiant, & utroſque ſuæ immolent ambitioni.

Plurimis gnarum fuit proferre exemplum Caroli V. qui, ut occupata per Italiam firmaret, tantillum curaverat admonitiones Pontificis Maximi, qui ipſum incitabat, ad ſuffocandos Proteſtantes per Germaniam in ipſis cunis, quibus um è contrario ille colebat benevolentiam, ut illorum operâ uti poſſet ad bellum in Galliâ gerendum,

quod ſanè plurimum contribuit ad ſiniſtram doctrinam in plurimis locis,per illos tumultus diſſeminandam.

Prudentiſſimi Proteſtantium, qui huic Coronæ uniuntur ex cauſa libertatis publicæ, non deſiêre exponere regiæ Majeſtati formidinem, quam ex nimiâ violentiâ à Senatu Hiſpaniæ Imperatori ſuggeſtâ conciperent, ut cogatur pacem ab ipſis quovis pretio emendicare; immemores, utique non hoc primùm agi, ut hoc artificio in ſoporem dati perdant notitiam inſtituti illius, quo per iſtam ineſcationem exuantur dignitatibus, bonis,& omnibus privilegiis imperii. Recens tamen etiamnum manet recordatio illius conditionis, in quam redactos ſeſe dolebant, ut arma ponerent ad primos Bohemiæ motos, ex conſilio ipſius etiam Maieſtatis, quæ tum reddiderat Imperio eos effectus ſuæ benevolentiæ, ut ſibi perſuaſum habuert, non dimotum iri Imperatorem ab Hiſpanis à pari benevolentiâ erga Galliam, & Galliæ amicos.

Univerſæ iſtæ rationes potuiſſent ad vivum pungere animum cuiusvis principis, niſi à longo tempore fuiſſet obſtinatus, uti regia Maieſtas, in ſententiâ fortiſſimâ, quæ omnem omninò ſollicitudinem convertebat ad acquirendam tranquillitatem publicam quibusvis mediis potius,quàm armis: cùm conſideraret, remedium illud, quod non rarò neceſſarium eſt,ad extrema ultima eſſe ſeponendum, & tanquam, ad deploratiſſimum morbum, quin ullam aliam admittat medelam.

Quamvis autem Hiſpani poſtquam ſatis indicarunt apparatu ſuo in oculis univerſæ Europæ, Galliam deſtinari & quæri,patientiam Majeſtatis Chriſtianiſſimæ exploraverunt,ne vituperium,quod primis aggreſſoribus eſt paratum in ſe derivarent; abjecerunt tamen æſtum illum vehementiſſimum de offendendo, nihil penſi interim aut operæ omiſerunt, ut rupturam in eo obiecto ſumerent, quod ſciebant Maieſtati Chriſtianiſſimæ admodum tenerè adamati cùm violentiam eouſque prodidère, aut nihil meruerent capere Archiepiſcopum Trevirenſem, perſonam ſacram, Principem & Electorem ſacri Imperii, ut ſic omnia jura divina & humana violarent.

Hic

Hic ſanè, præter contemptum, quem indignitatem Eccleſiaſticam effudère, in perſonâ Prælati tantæ authoritatis & venerationis, oſtendêre, quantillo reſpectu dignentur Principes Electores. Jn qua occaſione Principes Imperii, & omnes omninò domini ſupremi tàm graviter ſunt læſi, ut noſtro ſeculo nihil tale ſit viſum, auditumve, maximè per circumſtantias exaggeratum, quæ Orbi Chriſtiano dijudicandum præbent iuſtam cauſam iniuriæ vindicandæ, vel propter ſuppetias iſti principi latas, quem etiam ſuo patrocinio protegebat.

Hucuſque non poterat *Majeſtas* Chriſtianiſſima ad ulla conſilia, quæ vim apertam inferrent adduci, tametſi à ſociis ſtimularetur à legatis ſuis edoceretur, & à quibus libet viris boni publici & coronæ hujus ſtudioſis moneretur, niſi Hiſpanos præverteret, ab iiſdem ſeſe præventum iri, ad ſummum Principem fœderatorum, & proprij regni detrimentum.

Per hæc univerſa tempora non intermiſit rex, ad frequentes petitiones Pontificis Maximi, quas Nuntij arietabant, autem ad propoſitiones pacis inclinare, cùm ea tantoperè à patente communi deſideraretur, ut illis certum faceret, quanta animi propenſione admiſſurus eſſet negotiationem generalem, ubi omnes omninò amici comprehenderentur conjunctim: nam rerum præſentium gnaros effugere nequit, hanc conditionem omninò eſſe neceſſariam, ſi maximè debeat conſtabiliri firma quies in Orbe Chriſtiano, cùm alioqui id demum foret fomitem relinquere, & ſemina ſpargere perpetuæ diſcordiæ, ignem non extinguere, ſed occultare ſub cineribus, quem liceat refodere, & incendium ventilare, eò majori cum periculo, quod inopinantes is eſſet correpturos,

Itaque *Majeſtas* Chriſtianiſſima juxta iſtud reſponſum demonſtravit Nuntiis, quanto cum ardore reſponderet ſollicitudini paternæ Pontificis, cum nullum penitus mediũ quod ratio humana excogitare queat, unquam prætermiſerit, quin ambabus manibus fuiſſet illud arreptura, adeò ut teſtata ſit illo ipſo progreſſu, ſummam ...cem generalem inclinationem, & quidem iis, q ià ad pa

Id verò exemplò conſecuturum erat, niſi exiguæ illæ copiæ militares, quas regia maieſtas illorum precibus dederat, ad tuitionem provinciæ, eximiam contuliſſent diligentiam in eis juvandis, cùm occuparent loca hoſtilia, & maiorem exercerent vigilantiam, quam poſterius animadvertere licuit, ubi bis ab aliquot annis libertate exutæ ſunt per Hiſpanorum machinationes.

Fatendum utique præceps ipſorum conſilium de exercitu per Vallem Telinam, promtè faciendo, ſummo detrimento non caruiſſe, cum vires non eſſent ad hoſtem reijciendum, niſi Dux Rohanius, qui ducebat nonnullas cohortes auſpiciis regiis in agro Mompeliardico, poſtquam reſumit, quantâ injuriâ rex affectus eſſet, capto Electore Trevirenſi in ipſa metropoli, & mandata recepiſſe, videret, ne quid reſpublica Vallis Telinæ detrimenti caperet, ne exitio devoveretur ab Hiſpanis, promtè convertiſſet & mentem & copias in illam provinciam. Id quod præſtitit bona cum venia omnium pagorum, tum Helvetiorum Catholicorum, tum Proteſtantium, adeò ut nullo negotio diverſo ſeſe diſtrahi pateretur, quo vicinorum, Hiſpanorum denique res affligere potuiſſet.

Semetipſos tandem accuſare poſſent de iis, quæ tum geſta ſunt. Neque enim infitias ibunt, legato regis Chriſtianiſſimi propoſuiſſe, fervente negotiatione Queraſciana, velint ne lites quaſcunque adeoque univerſas terminare, quæ à fracta tranſactione Monſoniana fuerint coortæ; ubi diverſam ſensêre. Unde legatis majeſtatis Chriſtianiſſimæ animis ſubiit (poſtquam ſæpius monerent, ſic relinqui ſemina novorum diſſidiorum) proteſtatione ſolenni ſibi cavere, cui videlicet calamitates, quæ inpoſterum inde poſſent pervadere, imputandæ forent. Teſtimonium iſtius rei perhibuerint fidele. Nuntii Pontificis maximi, qui interfuère tranſactioni Qeraſcianę.

Optaſſet rex litem repagulis juſtè, quam ob amicos ſuſcepiſſet defenſionis coercere, adeòque neceſſariæ præſſionis ex illorum parte, ne oppreſſio provinciæ ſumſiſſet indies incremẽta; Maluiſſet rex neceſſitatẽ armorũ declinare, quâ adigebatur ad vindictã tot tantarumque injuriam, quas ſuſtinebat, inprimis verò grandi illa carcere, cùm caperetur & attineretur Elector Trevirenſis.

Hęc vbi notitia applicatur ad actus hoſtilitatis qui ex tot alijs erupit in nervum, quorum vel catalogus tędium pariat lectori, conſurgit animus regis, vt omni mora rupta, exercitum immittat in agrum Luxemburgicum, vt ſic vindicaret injurias, quas magno numero ſuſtinuerat ex diverſis machinationibus.

Non detrectavit maieſtas Chriſtianiſſima Orbi terrarum cauſas aperire, quibus tandem impulſa fuit ad ea conſilia, quę ſuſcepit, defenſionis, vt ſimul per viam armorum finem faceret tot iniurijs, quibus ipſa cum ſociis nullo non tempore per Hiſpanos exagitaretur: non tamen ſine ſummo mærore animi cum æquitati nullus permittatur locus, poſtquam Maieſtas Chriſtianiſſima à tanto tempore in eum finem ſibi circumdederit, cancellos iuſtæ duntaxat defenſionis, & ſocijs adverſus manifeſtam oppreſſionem aliquas præbuerit ſuppetias.

Ibi verò juſtam quærimoniæ non inveniunt cauſam, niſi quod maieſtas Chriſtianiſſima noluerit ipſis proſtituere provincias ſociorum deglutiendas, in quibus per otium munimenta excitarent, & incrementa ſumerent, ad obruendum poſtmodum regnum Galliæ.

Quapropter rex certum habet, omnes omninò Europæ principes, & quemvis viri judicij & integri, ad Hiſpanorum protruduntur quærimoniæ adverſus maieſtatem Chriſtianiſſimam, de rebus per Germaniam geſtis, eo clarius intellecturos æquitatem ſui inſtitui, quod nemini non pateant cauſæ, ex quibus rex Sueciæ armatus in Germaniam tranſiverit, nulla vnquam ſorte Galliæ inde ſumpta: regem verò poſtmodum eò neceſſitatis, delatum vt in juſtitiis Hiſpanorum obviaret, quibus conſtiturum erat, Imperium conciliare hęreditarium domui Auſtriacę, vnde nimis apertè patuêre conſilia de Monarchiâ, quam ſomniant, in Orbem Chriſtianum acquirenda, & de principibus quibuſcunque ſpoliandis ex proxima quaque occaſione: adeò vt planum ſit, prætextum religionis, quo hactenus amicti proceſſerunt in ſcenam, perinde fucum conſiliorum iniquiſſimorum preſtare.

Non hic ſuperat otium, vt Orbi Chriſtiano exhibeantur libelli pernicioſi, qui in pluribus locis, clientelam

 ipſorum

Id verò Majeſtas Chriſtianiſſima exoptat ex imis viſceribus, ad majorem Dei gloriam & ſui expeditius, pauperculos ſuos ſubditos exonerare ijs gravaminibus, quæ conſervatio ipſorummet neceſſarie exigebat, cùm ipſa prævita ſit cordi, quam tamen multoties expoſuit, & nunquam non exponet cupidiſſimè in omnibus omninò occaſionibus ubi honor & cultus divinæ Majeſtatis, quies reipublicæ, & conſervatio bonorum vicinorum atque ſociorum agitur.

Scriptum *Moncovij*, nono die Iunij, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo quinto.

CAPUT XXVII.

Tranſactio inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ, & urbem Imperialem Colmariæ, quam in ſuum patrocinium rex ſuſcipit; inita Aveli, Calendis Auguſti anno 1635.

ARticuli placiti & conventi inter Buthilerium, Conſiliarium regium, Secretarium ſacrarij, mandatorum & ærarij magnum theſaurarium Ordinum equeſtrium, & Cancellarium Ducis Aurelianenſis, fratris unici regij Commiſſarium à regia Majeſtate deputatum ad hoc negotium; & Iohannem Henricum Mooquium, Syndicum & *D*eputatum urbis imperialis Colmariæ, ad regiam majeſtatem, & inſtructum ſpeciali poteſtate à magiſtratu & Senatu urbis.

Cùm Mooquius humiliter petierit à regia majeſtate, nomine urbis Colmariæ, ut omnes articulos ſequentes indulgeat exhibita prius poteſtate, eos acceptandi, & obligandi viciſſim urbem regiæ Majeſtatis ad res, inſcripto hoc comprehenſas, mandavit regia, majeſtas, ut Buthilerius, cum plena poteſtate agendi & conveniendi in ſuo nomine cum Mooquio ſuper hoc negotio; hinc illi in hos articulos ſequentes conſenſêre. Urbs Imperialis colmariæ declarat, quomodo conſtituerit perſe-

vult, ut tranſactio Hailbrunnæ facta, & Francofurti confirmata, cum declaratione articuli ſexti habeat locum, & intemerata maneat, ſine ullâ innovatione.

VI. Præſidiũ, quod rex urbi imponet, ſuſtentabitur ſumtibus regiis gratuitis, ad numerum ordinarium ſexcentorum peditum, & quingentorum velitum maximè, adeò ut regi ſit integrum minuere numerum, ſi videatur, ubi verò occaſionum viciſſitudines poſtulabunt majorem numerum, tum regia maieſtas eundem augebit juxta neceſſitatem, quæ menſuram copiat ex defenſione & conſervatione urbis.

VII. Quod ſi regia maieſtas neceſſum cenſeat, munimenta circumdare, tum incolæ non obligabuntur ad ſumptus, opem tamen ferent pro virili.

VIII. Gubernator, quem rex urbi imponet, obligabitur ad ordinem & diſciplinam in militem præſidiarium exercendam, ut ne qua injuria fiat civibus & ruſticis. Quod ſi querimoniæ fiat locus, ut civis militem in jus vocet, tum bonam & brevem adminiſtrabit juſtitiam, quemadmodum reciprocè, ubi miles cauſam habet adverſus civem, magiſtratus ordinarius urbis tenebitur æquitatem militi præſtare.

IX. Hoſpitium milit's & diſtributio ſtationum per urbem tradetur iis, quos Magiſtratus illi negotio præfecerit, adeò ut nemo alius ſeſe ingerere queat.

X. Urbs, ubi & per tempus præſidii Imperialis ac Suecici, ſemper adhibuerit ad quamlibet portam aliquos Cives, qui inſervierint & advigilarint ad cuſtodiam illius & ut importationem atque exportationem rerum vectigalium curent, tributumque ſolitum exigant, in eodem tenore conſervabitur.

XI. Quamprimum Gubernator fuerit ingreſſus in urbem exigetur index tormentorum, apparatus & armorum, quæ illic inveniantur, ut omnia poſt pacificationem remittantur & reſtituantur urbi in pari quantitate & qualitate, niſi in commodum urbi converrantur

Quod ſi Gubernator opus habeat aliquo apparatu ad commodum particulare regiarum copiarum, non licebit

ipſi

plificationem requirerent, Illuſtriſſimus Dominus Axelius Oxenſtern, regni Sueciæ Senator & Cancellarius, atque ad exercitus, & per Germaniam legatus, & vi poteſtatis ſibi à ſacra regia maieſtate, regnoque Sueciæ data congreſſus cum illuſtriſſimo Domino Buthilerio, Conſiliario, ſecretario Status regiæ maieſtatis Chriſtianiſſimæ, magno theſaurario & Cancellario Domini Ducis Aurelianenſis, fratris regij vnici, ad hunc Tractatum ſpecialiter, & cum poteſtate deputato, infra ſcriptos articulos, vt parti utrique & præſenti ſtatui rerum accommodatos, ad vtriuſque ſuæ regiæ Maieſtatis ratificationem acceptavit & concluſit.

I. Regina regnum Sueciæ; Rex regnumque Franciæ, impliciti bello cum domo Hiſpaniæ & domo Auſtriacâ, obligant ac promittunt, ſe non ſuſcepturos, aut admiſſuros vllum tractatum pacis, cum principibus dictæ domus Auſtriacæ, vno aut pluribus, multo minus ſuper hoc negotio concluſuros, niſi conjunctim & communi conſenſu; nec inituros ullam armorum ſuſpenſionem, aut inducias, niſi conjunctim, & communi conſenſu.

II. Cancellarius Sueciæ promittit, & ſe obligat nomine reginæ, ac regni Sueciæ, ad conſervandum liberum exercitium religionis Catholicæ in Eccleſijs, à ſua poteſtate ac imperio dependentibus, occupatis in Imperio ab anno milleſimo ſexcenteſimo decimo octavo, poſt exortos hoſce Germaniæ motus. Et vt Eccleſiaſticæ perſonæ fruantur liberè bonis ſuis ſine impedimento ac moleſtiâ, cum hac reſervatione, vt cuique parti ſuum jus ſalvum maneat.

III. Convenit quoque inter prædictos legatos, ne quis locus munitus aut caſtrenſis in imperio, qui tenetur manu reginæ Sueciæ, aut regis Franciæ, reddatur hoſti, niſi communi conſenſu vtriuſque reginæ regiſque, Sueciæ & Franciæ.

IV. Sereniſſima regina Suecię, & Chriſtianiſſimus rex Galliç convenerunt, & ſe obliàgrunt ad auxilium militare, Confęderatis Germanię ſervandum, prout ſe quiſque obſtrinxerit.

In maiorem rei fidem, hęc ſincerè ſervatum iri munivimus

ſubire conditiones tranſactionis incertæ & damnoſæ; quam expectare ſucceſſum pacis generalis & compendioſæ, qualem regia majeſtas ſibi propoſuit procurandam conjunctim cum Coronâ Sueciæ.

Sic rex, ut ampliora ſuppeditaret media Duci ad erigendam & ſuſtinendam cauſam communem, in quâ Confæderatorum ſalus verſatur, & fidem inviolatam ſervaret cum illis initam, conſtituit augere ſuppetias regias quas, hactenus Duci præſtitit, ad terminos & conditiones ſequentes.

I. Ut facultatem ſufficiat Duci ſummo utique Imperatori Confæderatarum virium, faciendi & conſervandi inpoſterum exercitus vegeti, ad formanda conſilia & inſtituta, quæ cauſæ communi videantur maximè commodare; promittit regia majeſtas præſtare; quamdiu præſens hoc bellum geretur, quatuor milliones librarum annuos initio conſtituto in quintum decimum Novembris jam adventantis, in ſtipendium & ſuſtentationem illarum copiarum, ex quibus exercitus ille conſtabit.

II. Promittit etiam regia Maieſtas, ſortem illam quatuor millionum dehinc adnumerandam per quartas; adeò ut primus terminus incipiat die 15. Novembris, fiatque per antecipationem, ut Dux facultate polleat copias ſuas quantocyus reſtaurandi, ad numerum conveni- entem: adeò ut pars pecuniarum, quatringenda nempè millia librarum adnumerentur præſentia altero die poſt obſignatos hoſce articulos; centena millia librarum ſub finem Decembris proximi, & quod reliquum fuerit, ad diem quintum decimum Februarii, quo ipſo expirabit terminus primus.

III. Solutio cæterarum quartarum præſtabitur poſt operam exhibitam, utpote ſingulis trimeſtribus unus millio librarum, modò Dux obligetur repræſentare exercitum intra viceſimum Januarii proximi, ſexies mille equitum, & duodecies mille peditum Germanorum, adeòque partem pecuniarum, quæ prænumerabuntur, impendat conſcribēdis novis copiis, de quib⁹ conveniet etiā.

IV. Obligatur inſuper Dux, facere & ſuſtentare exercitum in poſterum, qui conſtet ſex millibus equitum, &

duodecim millibus peditum, cum apparatu tormentario, ad numerum, ut infimum, bis mille equorum, & præfectorum, quos uſus requirit neceſſario induſtrios. Sic igitur tenebitur propter quatuor milliones librarum, ſubminiſtrare annonam & apparatum belli, ducibus ſtipendia adnumerare, & in univerſum præſtare quoſvis ſumptus, apud exercitum ſuſtinendos, per decurſum iſtius anni, quocunque demum nomine veniant.

V. Promittit præterea Dux, omnibus ſuis copiis præfectum iri laudatos duces, quos leget ex probatiſſimis & capaciſſimis armorum gerendorum: Equitem curabit valido equo, & ad minimum thorace ac doſſuali ferreo, duabuſque fiſtulis ephippiarijs inſtrui, peditem habebit exercitatum, ſclopeto & Jona pulveraria, fariſſâ & thorace munitum. Quando appropinquabit provinciæ alicui, quæ regem agnoſcat aut dominum, aut patronum, militem ſubiiciet ordini ac diſciplinæ arctiori, ne ſubditi regij oppreſſionem patiantur.

VI. Convenit etiam, & conſtitutum eſt, ut Dux impendat quatuor illos milliones librarum in ſtipendium univerſi exercitus, adeò ut annus abſolvatur octo luſtrationibus, quibus pecunia adnumeretur exercitui, quamdiu cis Rhenum verſabitur; eâ tamen conditione, ut quam primum traijcere Rhenum poterit & illic hoſpitari, tantummodo ſex luſtrationes peragantur, Duce interea obligato ad parcam pecuniarum regiarum diſpenſationem, tanquam propriarum.

VII. Quod ſi ut ad pacem generalem perveniatur, quem unicum ſibi ſcopum regia majeſtas cum Principibus Confæderatis ſumſit, Deo libuerit aſpirare cæptis Confæderatorum, unde alii Principes, Status & urbes Germaniæ, ubi falſam ſpem, quam ſuſceperunt ex pace Saxonicâ, depoſuerint, ad arma corripienda animentur, & Confæderatis accedant; Dux impendet pecunias, quas regia majeſtas obligatur ipſi præſtare, ad emolumentum cauſæ publicæ, & partem ex quatuor millionibus illis librarum diſtribuet, juxta numerum earum copiarum, quas ſummæ rerum addere queant.

VIII. Quemadmodum etiam, ſi vires Confæderatorum augeſcant, ut jam collatis ſignis ſeſe inferre audeant, & hoſti-

hoſticum incurſare ; eo caſu promittit Dux imminuere ſumptus regiæ Maieſtati, vt ex quatuor millionibus librarum tantundem decedat, quantum acceſſerit ex hoſtico, ad alendas copias ; in eo autem totus erit bona fide, & pro viri i, vt regia majeſtas quamprimum exoneretur nimijs ſ imtibus.

IX. Quoniam verò majeſtas regia non vult obligari ad præſtandos illos quatuor milliones librarum, niſi Dux connumeret ſex millia equitum, & duodecim millia peditum, intra diem viceſimum Ianuarij appropinquantis; convenit itidem, vt vniverſæ illæ copiæ ſtipendium accipiant ex manu theſaurarij, quem regia maieſtas leget, ex recenſione proximè à viceſimo Januarij inſtituenda per Commiſſarios & Antiſcribas militares regiæ majeſtatis, adeoque communicatis operis cum legato ſummo, quem rex prodet, & Quæſtore ſummo, apud Ducem vtroque permanſuro.

X. Cum autem plerumque committantur plurimi errores in recenſionibus per avaritiam præfectorum, quibus ſolitum eſt, lacunas copiarum explere milite alieno, ad diem luſtrationis, poterũt poſt recenſionem factam quandocunque id poſtulabunt Commiſſarius & Quæſtor, inſtituere aliam recenſionem, in qua deducatur, ad commodum regiæ maieſtatis, in quemlibet equitem quadraginta libræ, & duodecim libræ in peditem, portio autem præfectorum ad eandem rationem.

XI. Quod ſi Dux non exhibeat numerum definitum copiarum, quas tenetur intra conſtitutum tempus præſtare ; integrum fuerit regiæ majeſtati dare ipſi copias Gallicanas, aut exteras, vt exercitus ad numerum illum excreſcat, ſexies mille ſcilicet equitum, & duodecies mille peditum, in quem vſum concedet, quicquid ex quatuor millionibus librarum redundabit.

XII. Quod ſi ex aliquo conflictu, aut alio quovis caſu Dux perdat exercitum, aut partem illius, regia majeſtas opitulabitur ad alium conſcribendum, forte ex quatuor illis millionibus librarum deducta.

XIII. Promittit etiam maieſtas regia, ſi Dux ipſus, aut aliquis præfectus militaris ab hoſtem conflictu, capiatur, aut alia quavis occaſione in manus illius incidat, ſe ſe

literas, noſtra manu obſignatas : promittimus perinde fide & verbo regio, univerſum hoc ſervare & cuſtodire, ut neque directè neque indirectè infringamus, aut feramus, à noſtra parte infringi ullo modo, & quacunque ratione. Ea enim eſt noſtra voluntas.

In quorum fidem juſſimus apponi noſtrum ſigillum ad iſtas præſentes.

Datum ad Fanum Germani in Læo, die 10, Novembris, anno gratiæ 1635. & regni noſtri viceſimo quinto.

Signatum.

LUDOVICUS.

& inferius, ex juſſu regis:

BUTHILERIUS.

Articuli ſecreti.

Quamvis per articulos hoc ipſo die conſignatos inter Bullionum & Buthilerium ex unâ virtute poteſtatis à regia majeſtate, in eos collatæ, & Ponikanum ex altera parte, mandata & poteſtatem ſpecialem à Duce Bernhardo Vinarienſi adeptum, conſtitutum ſit, ut rex ſuppeditet quatuor milliones librarum annuos, ad ſuſtentationem exercitus, qui ſex millibus equitum, & duodecim millibus peditum conſtet, & ſummo imperio Ducis, cum cæteris viribus Principum Germaniæ Confæderâtorum ſubſit: Conventum nihilominus & concluſum per iſtas literas ſecretas, quæ tamen eandem vim & virtutem obtinebunt cum cæteris hoc die conſignatis, cum exercitus ille poſtquam ſit alendus ſtipendio regio, promittit Dux, ſeſe eum ducturum auſpicijs regis, regi omnem operam eo exercitu erga quoſvis, & adverſus omnes adfuturum, quæcunque demum mandata & juſſa in contrarium ſuggerantur.

Articuli iſti ſecreti fuerunt à nobis Commiſſariis deputatis à regia majeſtate, & à Sereniſſimo Duce Vinarienſi, conſignati & concluſi, ut habeant eandem vim & virtutem cum publicis, de quibus convenimus hoc ipſo die ex utraque parte, ut ratificentur à rege & à Duce intra menſem.

In quorum fidem ſignavimus præſentes hoc die 26. Octobris anno 1635.

Signatum.

BULLIONUS.
BUTHILERIUS.
SERVIENTUS.

&

PONIKANUS.

& roboratum ipſorum reſpectivè inſignijs.

Articuli autem iſti ſecreti habebantur rati, & comprobabantur ad fanum Germani in Læo, à majeſtate Chriſtianiſſimâ, die 10. Novembris, anno 1635.

CAPUT XXX.

Pacta Confœderationis & Societatis inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ; tum Chriſtinam, reginam Sueciæ, adverſus Imperatorem Ferdinandum II. & complices, pro libertate Germaniæ, inita Viſmariæ, anno 1636. die 10. Martii.

LUdovicus gratiâ Dei rex Galliæ & Navarræ, omnibus præſentes haſce literas viſuris Salutem.

Poſtquam conſtabilivimus pacem & quietem in noſtris Statibus, quâ populares noſtri fruuntur, per gratiam Dei ab aliquot annis, principalem ſollicitudinem convertimus ad ſocios fulciendos & juvandos, ut eos præſtaremus incolumes adverſus hoſti m inſtituta. Id verò undiquaque nobis ſucceſſit, tum per potentiam armorum, tum beneficiis & liberalitate.

Quemadmodum verò inter ſocios ſemper particulari benevolentia complexi ſumus Status Germaniæ, & Coronæ Suecicæ, ad imitationem defuncti regis, honoratiſſimi Domini noſtri & parentis, cuius memoria eſt in benedictione, ita gratum nobis accidit, ut confirmemus & renovemus tempeſtivè ſocietatem cum Corona Sueciæ initam, & continuo fluxu in eos derivemus beneficia noſtra, quò ipſi cordatius reſiſtère queant Cæſareanis & Hiſpanis, hoſtibus ſuis perpetuis.

Id verò illi probè præſtitere, ut ſæpius invaſerint cum inſigni emolumento hoſtes; unde non minus conſultum viſum, contribuere operam, ut Corona Sueciæ & Status Germaniæ fruantur quiete ſecura; & animadverſum fuit, provincias à Cæſareanis & Hiſpanis per Germaniam occupatas, præbere opportunitatem Orbis Chriſtiani turbandi, & principaliter tollendæ ex noſtris & Coronæ Suecicæ Statibus pacis ac tranquillitatis, id quod pro lubitu, quotieſcunque facultas fuit conceſſa, patrârunt, adeò ut nunquam non occaſiones & media tumultuandi timentur.

Hinc lubentiſſimo animo condeſcendimus, ut Commiſſarij noſtri deputarentur, qui agerent cum fiduciariis reginæ Sueciæ, ex ampliſſimis mandatis, de mediis conveniontiſſimis, quibus Hiſpani in eum ordinem redigantur, ut illas provincias nequeant in poſterum ſiniſtro uſu exercère ad detrimentum uniusatque alterius. Speramus autem, ſic pontem ſterni ad pacem orbis Chriſtiani, quæ profectò ſolidè non poteſt conſtabiliri, quam diu Hiſpani ſpem & media deſcendi in tumultibus ponent. Hinc noſtri, & reginæ Sueciçæ commiſſarii convenère in ea capita, quæ ſequuntur.

I. Confœderationi defenſionem & ſecuritatem utriuſque

que regni conſtato, ad conſervandas immunitates & libertates Germaniæ.

II. Rex bellum facito in provincijs hæreditariis domus Auſtriacæ transRehnum, & regina Sueciæ in cæteris provinciis hæreditariis illius familię, ideſt, in regno Bohemię & in Sileſiâ.

III. Principis & Status Imperii qui ſpoliati ſunt ſtatibus ſuis, reſtituuntur, & qui a ſocietate receſſere, reducantur.

IV. Omnia per Germaniam reſtituuntur in ſtatum, in quo fuerant anno milleſimo, ſexcenteſimo decimo octavo.

V. Rex Galliæ & Regina Sueciæ relinquunto exercitum liberum religionis in locis occupatis, quale prius illic fuerit.

VI. Rex Galliæ, & regina Sueciæ continuanto bellum donec ſibi ſatisfactum ſit, & acquieſcere poſſint.

VII. Rex Galliæ et regina Sueciæ ſtrenuam operam navanto, ut Principes utriuſque Saxoniæ ad ſuas partes pertrahant.

VIII. Copiæ militares Regis, et reginæ Suecicæ liberum commeatum habento per provincias utriuſque reciprocè

IX. Directorium conſilii formati reſtabilitor quemadmodum Hailbrunnæ fuit recenſitum.

X. Quicquid rex Gallię et reginaSueciæ occupaverint, quilibet retineto ſibi quamdiu bellum viget.

XI. Rex Galliæ, et regina Sueciæ mutua præſtanto ſibi auxilia, ſi per hoc bellum alterutri ſuboriatur hoſtis novus.

XII. Rex Galliæ adnumerari curato ſingulis annis per duos terminos Reginæ Sueciæ millionem librarum turneſiarum, et quinquaginta millia librarum in præteritum.

XIII. Rex Galliæ et Regina Sueciæ neque pacem, neque inducias faciunto cum Imperatore et complicibus, coniunctim et ex communi conſenſu.

XIV. Rex Galliæ et reginaSueciæ habento ſuos legatos et Oratores in aula utraque, apud legatos ſuos ſummos in Germania,

XV. Rex Galliæ & Regina Sueciæ neque pacem neque inducias, niſi eodem tempore pangunto.

XVI. Tranſactio pacis inſtituitur Coloniæ Agrippinæ.

XVII. Negotiatio Confœderationis rata habetur à rege Galliæ & à reginâ Sueciæ ; ſucceſſores ipſorum eam obſervanto.

XVIII. Rex Galliæ & Regina Sueciæ obligantur ad mutuam opitulationem , ſi fortè ab hoſtibus infringantur pacta pacis futura.

XIX. Confœderatio conſtato per triennium.

Articuli præſentes conſignati ſunt à Commiſſarijs, per Majeſtatem Chriſtianiſſimam nominatis , ex virtute poteſtatis ipſis collatæ, quemadmodum & à Commiſſarijs reginæ Suecicæ, æquè ex virtute ipſis collatæ]: qui Commiſſarij, ex parte vtraque promiſerunt , ſeſe procuraturos ratihabitionum literas intra unum menſem, ab hoc ipſo die conſignationis.

In quorum fidem obſignarunt has præſentes ſuis ſigillis ordinarijs, appoſitis etiam inſignijs , Actum Wiſmariæ, anno 1636. die 20. Martij.

Quæ tranſactio & qui articuli ſuperius tranſcripti, nobis fuêre exhibiti à noſtris Commiſſarijs , quos vbi vniverſos vidimus , & de verbo ad verbum examinavimus in noſtro ſenatu , habuimus gratos , approbavimus & ratificavimus; habemus [gratos, approbamus & ratificamus per literas haſce præſentes , ſignatas manu noſtrâ. Promittimus denique fide & verbo regio cuſtodire, & ſervare vniverſos , vt non impingamus , neque directè, neque indirectè non feremus] ex noſtrâ parte in eos impingi ullo modo aut ratione. Hæc enim noſtra eſt voluntas.

In cuius rei teſtimonium juſſimus apponi noſtrum ſigillum ad has præſentes.

Datum

Datum ad fanum Germani in Læo, die 15. Aprilis, anno gratiæ 1636. & noſtri regni 16.

Signatum.

LUDOVICUS.

& in replicâ, Ex juſſu regis.

BUTHILERIUS.

CAPVT XXXI.

Pacta Confœderationis inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ; tum Guilielmum Landgravium Haſſiæ, inita Veſaliæ anno 1636. die 21. Octobris.

SErenissimus, Chriſtianiſſimus & Potentiſſimus Princeps Ludovicus XIII gratiâ Dei rex Galliæ & Navarræ, continuatis ſollicitudinibus de conſervatione Principum & Statuum per Imperium, amicorũ ſuorum & ſociorum ſpecialiter vero eorum qui unionem redintegrarunt cum Gallia & Corona Suecjæ, ad conſervationem libertatum Germanicarum, et ad acquirendam pacem æquam ſecuram et generalem Orbi Chriſtiano, miſſo etiam inde ab anno præterito Illuſtriſſimo et excellentiſſimo domino Melchiore Mitta de Cheurieres, marchione Sancti Chaumontij, Comite de Miolans & de Anjou, primo Barone de Lugduno & de Sabaudia, Equite aurato ſuorum Ordinum, Conſiliario perenni, legato ſuo generali apud exercitus, & gubernatore urbis ac Citadellæ Sequeſteronis, legato extra ordinem in Germaniam, cum plena poteſtate confirmandi vivâ voce, ſcripto & effecto Principibus, Statibus

tibus & comunitatibus imperii fiduciam, & ſinceram ac bonam voluntatem regiæ majeſtatis erga ipſos:

Eidem in mandatis dat particularibus, ut adeat ſuo nomine illuſtriſſimum & potentem Principem, Guilielmum Landgravium Haſſię, Comitem Cattimeliboci, Dieſię, Ziegerhainæ ac Niddæ, Principem ſacri Imperij, tanquam unum ex principalioribus Confæderatis, atque ex numero eorum, quorum perſonas & merita maximi faciat, præter antiquam ſocietatem & protectionem, quam familiares ipſius ab omni tempore cum regno Galliæ tenuēre.

Ubi verò legatus hæc expediverit ab ipſo menſe Junij poſtremo, & fecerit tranſactionem die duodecimo ejuſdē menſis Mindæ cum Scheffero, Sixtino & Vultejo, Conſiliarijs illius principis, quos deputaverat et reliquetat in eum finem apud illum Legatum, cùm præſens nihil abſolvere potuiſſet, ob neceſſitatem prægnantiſſimam, quâ ad exercitum revocabatur; cum et viciſſitudines rerum, quæ ſunt conſecutæ poſtmodum, et rationes quædam magni momenti impedierint hactenus ratihabitionem, quin imo perſuaſerint novarum conditionum auctarium.

Ut igitur Landgravius teſtatum faceret, quantopere coleret regiam Majeſtatem, gratam memoriam beneficiorum, & ſtudium erga bonum publicum, cauſamque communem, cujus emolumentum regia majeſtas nunquam non cupit curare, quemadmodum & illud Coronæ Suecicæ, adeoque omnium Cōfæderatorum, ſic tranſivit veſaliam, in agrum Clivenſem, quo legatus abibat, & illic fecēre ac concluſēre præſentem hanc tranſactionem, juxta articulos ſequentes.

I. Landgravius promittit ſuſtentare exercitum, qui conſtet ſeptem millibus peditum & tribus millibus equitum, quem producat ad gerendum bellum adverſus hoſtes communes per Germaniam, uſque ad finem præſentis trāſactionis, agatque ex compacto cum rege Chriſtianiſſimo, Corona Sueciæ & omnibus ſocijs.

II. Ibit, quamprimum poterit, omnibus modis opitulatum Hermenſteynio, ex ſerie tranſactionis Mindanæ

danæ & ſecundum conditiones, Hagæ Comitis die 13. ſeptembris poſtremi pactas.

III. Quicquid princeps iſte in poſterum acquiret, & occupabit, non poterit reddere hoſtibus, neque etiam jam occupata, præter voluntatem regiæ majeſtatis.

Omnes principes & Status, quicunque antehac ab iſtis ſtabant partibus, aut qui ab hoſtibus communibus volent facere ſeceſſionem, vt ad curam boni publici accedant, poterunt admitti, aut ſaltem ſuſcipi in Neutralitatem à rege & Corona Sueciæ Landgravius verò promittit, ſeſe non impacturum in tranſactiones, quas regia majeſtas & Corona Sueciæ cum ipſis inſtituent, modò tempeſtivè admoneatur, ne adigatur reddere quæ occupata tenet aut contributiones reducere.

V. Landgravius promittit relinquere liberum exercitium religionis Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ, adeòque Eccleſiaſticis integram poſſeſſionem & fruitionem ſuorum bonorum, in ijs locis, quæ ab anno 1618. occupavit, aut porrò occupabit in poſterum, nunquam permiſſurus, vt quicquam immutetur aut innovetur hic aut illic in ſtatu, quem obtinebant anno 1618. Rex viciſſim promittit idem Proteſtantibus per ea, quæ ſibi in Germaniâ acquirere poſſint.

VI. Si propter emolumentum regis, aut cauſæ, communis copiæ aut exercitus Maieſtatis Chriſtianiſſimæ neceſſum habeant tranſire terras & Status Landgravij, præbebit ipſis hoſpitia & ſecuritatem neceſſariam, etiam annonam, quæ per provinciæ agtum habetur, ea lege, vt miles modeſtiam colat, vbi vero mora illic ſit facienda, & annona ac penuti ex vrbibus, adeòque pentoria publica provinciæ ſit exigenda, ſatisfiet principi aut frumento aut argento.

VII. Landgravius nullam ſuſcipiet negotiationem de induciis, aut pace cum Imperatore, ſive cum rege Hungariæ, complicibusve, ſine ſcitu & conſenſu regiæ majeſtatis: licebit tamen menſtruum inire armiſtitium, vbi neceſſitas exercitum vrgeat, ea lege, vt minimè prolongetur ſine voluntate regiæ Maieſtatis.

VIII. Landgravius promittit Deputatos ſuos ablegare,

ablegare, qui de pace agant quando & vbi conſtituerit rex, per intercesſionem Pontificis Maximi, cum regibus & Principibus complicibus agere adeò vt vniverſam exerat potentiam ad obtinenda & tutanda quæcunque per illam pacem regi & Confœderatis ipſius fuerint promiſſa.

IX. Vt autem Landgravius ne ſuccumbat ſub onere expenſarum, quas bellum poſſet efflagitare legatus ipſi promittit; nomine Domini ſui regis, ipſi adnumerare Hamburgi, aut Amſtelrodami, pro ipſius arbitrio ducenta millia Thalerorum Imperialium quotannis, quamdiu tranſactio iſta vigebit, nempe centena millia pecuniæ præſentis, & altera centena millia vltimo die Decembris adventantis.

Rex etiam in illum annum 1636. ipſis adnumerabit, tametſi concluſio iſtius tranſactionis dilata fuerit huc-uſque, quod Princeps vtique nihil defieit aperte pro cauſa communi, ſecundum ſtudium ipſius ſolitum erga Maieſtatem Chriſtianiſſimam & bonum publicum, adeoque ex ſpe ſuppetiarum, quas habebat promiſſas a menſe Junio poſtremo, per tenorem transactionis Mindanæ.

In annos verò ſequentes promittit Legatus eodem nomine ipſi adnumeranda ducenta millia Thalerorum Imperialium, nempe centena mil ia vltimo die Martij quinquagena millia vltimo Septembris, & altera quinquagena millia ultimo Decembris, quæ ſeries perget vſque ad finem iſtius tranſactionis.

X. Quamvis verò idem princeps legato demonſtraverit, hoſtis potentiſſimi viribus ſuas ferè fore inferiores ad diuturnum bellum, niſi validiora ſubſidia & copiarum & pecuniarum nanciſcatur; vt tamen teſtaretur ardens ſtudium ad promovendum laudabile regis inſtitutum ex omnibus ſuis facultatibus, & agendum prorſus pro virili, nō recuſavit hanc tranſactionē abſolvere, ſuſceptis quæ offeruntur, certa ſpe fretus, quam ex benignitate & benevolentia regiæ Maieſtatis hauſit, majorum ſubſidiorum.

Quamobrem princeps ſibi ſeponit libertatem rei humillimè demonſtrandæ, neutiquam tamen ab hac tranſ-

actione

actione recedens, cum animum inducat, tum demum regiam majeſtatem eò magis invitari ad fovendam & protegendam ſuam cauſam, ubi rebus geſtis comprobaverit verum & ſincerum ſtudium erga regis emolumentum, & pro bono cauſæ communis.

XI. Idem legatus, nomine regis promittit Landgravio, regiam majeſtatem nulli unquam tranſactioni de induciis aut pace cum Imperatore rege Hungariæ & complicibus inſtituendæ vacaturam, niſi adſcito & comprehenſo Lādgravio, & ſatisfactione præſtitā.

XII. Promittit prętereà idem legatus, Majeſtatē regiam, ſi forte fortunâ ſocietatem aliquam ineat cum rege magnę Britannię, pro reſtauratione libertatis & Principum Germanorum, omnia officia pręſtituram, ut Landgravius cum emolumento ſuo in illa comprehendatur.

XIII. Inſuper promittit idem legatus, regem porrò continuaturum ſua officia erga Dominos Ordines Provinciarum Unitarum in Belgio, ut Landgravius recipitur in ſocietatem cum ipſis, quemadmodum Majeſtas Chriſtianiſſima id jam mandavit Charnaſſęo, legato ſuo in Hollandiam.

XIV. Quod ſi hoſtes communes cogant vi amorum Landgravium ex provincia excedere, promittit dominus legatus, nomine regis ſui, perſonas principis, & conjugis, liberorumque illuſtrium receptaculum inventuros in regno ſuę Majeſtatis, cum benevolentia integrâ, & omnibus officiis, humilitatis, pro dignitate naturalium, donec reſtituantur. Quâ de re Majeſtas Chriſtianiſſima declarabit particularius mentem ſuam, ubi princeps ſermonem cum produci curabit.

XV. Legatus idem promittit denique nomine regis Landgravio, ſtipendium annuum, quod rex ipſi indulget, quotannis exolutum iri, adeò ut pręſenter adnumeretur in unum annū, juxta literas in eum finem perlatas.

XVI. Quod ſi in aliquo prælio, aut alio ſiniſtro caſu inſigniori Landgravius exueretur exercitu, majeſtas regia curabit, ut eundem reſtauret.

XVII. Si poſt pacem factam hoſtes auſint deſtituere, quę in pace continentur tranſacta, aut aliquid moliantur adverſus Coronas Galliæ aut Succiæ, adeoque adverſus

Laud-

Landgravium, & alios ſocios, Coronæ & ſocii obligabuntur ad arma recurrere, injuriamque averruncare, & laborantem defendere; id quod per decem annos obſervabitur, poſt pacem factam & conſtabilitam.

XVIII. Pacta hæc conſtabunt, donec bellum finietur; per æquam, ſecuram & generalem pacem.

Ut autem maior ſit fiducia omnium eorum, quæ ſuperius dicuntur, obſignavimus præſentes haſce literas; & iiſdem apponi juſſimus noſtra inſignia, ſub ratihabitione & comprobatione regis Chriſtianiſſimi, quam idem legatus promittit ſeſe procuraturum ante finem anni labentis.

Factum Veſaliæ, die viceſimo primo Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo ſexto.

Ita Signatum.

S. Chaumontius.

&

Guilielmus *Landgravius* Haſſiæ

& obſignatum ipſorum inſigniis.

CAPUT XXXII.

Exempla plurimorum Imperatorum, & regum ſub lege Dei, aliorumque Principum, qui, ut ſuperiores evaderent hoſtibus, populorum infidelium opera, utpote contrariorum legi ſuæ & religioni, ſunt uſi.

Invenire licet per ſacram ſcripturam, Davidem, virum fortem

fortem & ſanctum Prophetam;lapſu etiam temporis Regem Iſraelis,ut Saulis Regis, Domini ſui, manus atroces effugeret,ſeſe ad Regem Achis,idololatram & hoſtem legis divinæ ſubduxiſſe,etiã paulò poſt ordines traxiſſe inter infideles qui prodibant adverſus populum ſuę ipſius legis.

Sic Aſa Rex Iudæ in auxilium ſibi adſcivit Benadadum Regem Syriæ idololatram , ut ſic diſpelleret malevolentiam Regem Iſraelis.

Conſtantinus, princeps Chriſtianiſſimus, & idem Imperator, cui ſedes Apoſtolica plurimum debet, in exercitu habeat magnum numerum Gothorum, Idololatrarum, quorum Dux erat ipſe.

Bonifacius, Comes, admodum laudatus D. Auguſtino in epiſtolis,ad defenſionem, forſan ad vindictam alicujus injuriç ſuſceptæ, Vandalos in Africam vocavit, genus mortalium à noſtrâ religione remotiſſimum.

Narſes Eunuchus, Dux fortiſſimus Imperatoris *Iuſtiniani*, & inter paucos religioſus, quod maximè licet colligere ex ſupremis tabulis Sancti Georgii, plurimisque templis conſtructis & apud Venetos & apud Rauennates, auxiliares ſibi optavit Lombardos, qui id temporis abhorrebant à nomine Chriſtiano.

Arcadius Imperator Conſtantinopolitanus, princeps æquè religioſus, ac ſapiens & induſtrius, uti celebratur ab omnibus, qui hiſtoriam illius attigerunt, cum jam cum morte eſſet conflictaturus, ut qui cuperet Thedoſio puero octenni patronum diceret, guarus etiam Honorium fratrem minus aptum ad tuendam dignitatem Imperialem, animum ad Regem Perſarum convertit Idololátrarũ apud quos tum temporis rerũ potiebatur Iſdigerdes, quem ſupremis tabulis rogat, ut curam & tutelam pueri ſui, atque Imperii ſuſciperet: id quod per eam tempeſtatem ab omnibus principibus Chriſtianis fuit collaudatum. Nam Rex Perſarum non tantummodo ſuſcepit onus tutelæ, ſed etiam fidem ſervavit intemeratam uſque ad extremum vitæ articulum.

Heraclius Imperator, antequam hęreſin imbibiſſet, Saraceno mille ùtebatur in pluribus expeditionibus bellicis

Baſilius & Conſtantinus, filii Johannis, Imperatoris Conſtantinopolitani occuparunt Apuliam & Calabriam adjutante Oſtenzio Saraceno, quem paulo ante extermi-naverant Cretâ.

Henricus & Fridericus fratres Regis Caſtiliani, ſedente Pontifice Clemente IV. cum ſocios haberent Conradinos evocârunt Saracenos terra marique, non ut provinciam curarentur, ſed ut Gallo, Italia eijcerent. Unde non longè poſt ſubjecerunt ſibi Siciliam, exercitu etiam Africano in ſuas partes traducto.

Ludovicus Sfortia, Dux Mediolani, cum plurimis aliis Italiæ Principibus, ut Gallos extorres ageret, à Bajaſethe per vaſtamenta obtinuêre equitum ſatis copioſum.

Maximilianus Auſtriacus, non ut vim illatam arceret, ſed ut Venetorum rempublicam everteret, laboravit Turcam in eum finem provocare.

Franciſcus I. Rex Galliæ: cùm animadverteret Caroli V. ambitionē&aviditatem (is enim nihil penſi habuit, an rex Magnæ Britanniæ hæreſis aut ſchiſmate eſſet infamis, tam etſi eam ignominiæ notam inuſſiſſet Pontifex maximus, ubi fœdus cum eo pepigit, ad Galliam deſtruendam & diſpeſcendam, Regnum ſanè tum Catholiciſſimum) neceſſum habuit ut potentia utrique eſſet par, Turcarum ſuppetiâs adſciſcere,

Exoriente ſchiſmate in Eccleſia, anno ſeptuageſimo ſeptimo, ſupra milleſimum treceneteſimum, mortalitatis exuvias poſuit Gregorius II. Pontifex Maximus, in cujus locum ſuffectus fuit Archiepiſcopus Barri Neapolitanus cui nomen baptiſmale Bartholomæus, ſalutari autem voluit Urbanus VI. is quinque Cardinales una in mare præcipitavit.

Innocentius VII. Pontifex maximus ex feneſtra ſuperiori deturbatur ab aliquot Romanis.

Paulus IV, Pontifex Maximus Neapolitanus, ex familia Caraffarum oriundus, qui extirpanda hæreticę pravitati explorator fidei penè univerſam impenderat vitam, aliquando vim patiebatur à Duce Albano, exercituque Hiſpanorum: unde benè multos Germanos in urbem recepit, qui in Tuſcia præſidia tenebant Montaleonium, omnes omni-

omninò Lutherani, adeò publicè enſibus ferirent imaginem Domini noſtri JeſuChriſti, Miſſam haberent ludibriò carnes vorarent diebus eſurialibus, nec tamen ob tanta ſcelera puniebantur, ſed ne verbis quidem à ſanctiſſimo Patre noſtro caſtigabantur, qui tamen ob quamlibet minutiam iſtorum criminum, id quod ex cauſa forenſi patuit, mortis & ignis damnavit plurimos, cùm iſta nihilominus tolera-ret in peregrinis, tanquam propugnatoribus ſuis, uti eos nuncupare avebat.

Conſtante Ligâ inter Patrem noſtrum ſanctum, Pontificem Maximum, Pium V, & Regem Hiſpaniæ adverſus rempublicam Venetorum contigit prælium navale ad Lepantum, quo per gratiam Dei Chriſtiani ſuperiores fuêre: Accidit tamen, ut eodem die, quo depugnatum eſt, Johannem Auſtriacum accedere die ſeptimo Octobris, anno 1571. qui ad conflictum fuerat compulſus in gratiis, unde non longè poſt prælium Conſtantinopolim miſit, qui cum Turcâ tranſigeret, Antonium nempe navilianum Hiſpanum, & Polydorium Florentinum, ex Ducis Saxonici exercitu, quos comitarentur Legati Imperatoris, Carolus Kingius & Baro Ugenardiæ; qui præter poteſtatem, quam exhibebant ad perficiendam illam tranſactionem, tradidère Mahumeto, baſſarum principi, epiſtolam à Rege Hiſpaniæ ſcriptam,

Eidem Baſſæ Johannes Auſtriacus, ad demerendam gratiam, dono miſit filium Haly Baſſæ captivum, cùm tamen redimi vellet quinquaginta millibus Ducatorum. Quod ſi eo tempore Veneti diſtuliſſent pangere, Hiſpanus procul dubio prævertiſſet.

CAPVT. XXXIII.

Tranſactio de ſubſidio duodecies centenis millibus librarum, quæ Rex dat Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum; inita à Bullio-no & Chavinio, Senatoribus Regis intimis, & Commiſſariis ad hoc negotium, tum à Caſpare Voſbergio Equite aurato, domino Iſcalariæ, Deputato ex parte Provinciæ Selandicæ, in Conventu generali Ordinum, & ad idem negotium à Conventu deputatus, die 9. Februarii, anno 1637.

PRovinciæ Unitæ Belgii, cùm recolerent per omnigenam reverentiam & gratitudinem beneficia, favores & ſubſidia, quæ quovis tempore ex Gallia ſuſcepiſſent; & perinde cuperent ſibi conciliare omnibus, quæ intra facultatis terminos verſarentur, mediis conſervationem & adoleſcentiam laudatæ amicitiæ & ſocietatis, qua ex benigna Regis Chriſtianiſſimi voluntate hactenus ſplendebant, & conſervare præſentem rerum conſtitutionem, ſecundum omnia quæcunque poſſunt incendere ſplendorem Galliæ, bonum publicum Orbis Chriſtiani promovere, rempublicam Batavam firmare & ſecuram reddere.

In eum finem deputarunt Caſparem Voſbergium, Dominum Iſcalariæ, qui humillimè demonſtraret ſummas expenſas, ad quas Ordines per æſtatem præteritam fuerint adacti ob Bredam obſeſſam & captam, quas etiam facere cogerentur, ob exercitum producendum, ſi maximè facinus aliquod eſſent auſuri adverſus hoſtes communes, adeoque periculum facturi conjunctim cum Majeſtate Chriſtianiſſima, an vi armorum redigi poſſent ad ſenſum

rectæ

rectæ rationis,& conſtitutionem pacis honeſtę & generalis in Orbe Chriſtiano,quem unicum finem Rex & Domini Ordines ſibi ſemper in hoc bello propoſuêre.

Hinc igitur pet it humillimè ſubſidia maximè pecuniaria,ad minuendas vęgrãdes expenſas ,quas coguntur Ordĩnes per iſtunc annum continuare, nempe duodecies centena millia librarum , ubi ratio inprimis habenda fuerit, de expenſis per annum ſuperiorem factis

Cum igitur Rex cõſideret vægrandes expẽſas, quas Domini Ordines Generales Provinciarum Unitarũ in Belgio coguntur ferre,ad ſuſtenrandas copias, eaſque expeditas ſi maximè velint audere facinus aliquod inſigne adverſus hoſtes communes , & periculum facere coniunctim cum Maieſtate Chriſtianiſſima , an viarmorum queant redigi ad ſenſum rationis,et conſtitutionem pacis honeſtæ & generalis in Orbe Chriſtiano , quem unicum finem Rex et Domini Ordines Generales ſibi ſemper propoſitum habuère in hoc bello.

Hinc Maieſtas Regia,ut media belli continuandi ſuggerat,ipſique exercitum tempeſtive queant producere,adeoque hoſtes occupare maturius,& quæ conventa ſunt,facilius exequi,mandata & poteſtatem dedit Bulliono Senatori ſuo initimo et Quæſtori ſummo, tum Chavinio itidem Senatori intimo , magno theſaurario ſuorum Ordinum et ſecretario mandatorum regiorum , ut eò amplius teſtetur Ordinibus Generalibus perpetuam ſuam benevolentiam, qui conferant cum Vosbergio , Deputato Ordinum Generalium ad nos , ex virtute poteſtatum , inferius addendarum , de articulis et conditionibus uti ſequuntur.

I. Maieſtas Chriſtianiſſima per unum annum ſuppetias feret,cuius initium ducatur ab ipſis Calendis Ianuarii iſtius anni 1637.Ordinibus Generalibus, Provinciarum Unitarum in Belgio,pecuniarias, adnumerabitque duodecies centena millia librarum, quæ Ordines impendent reverà alendis copiis militaribus extra ordinem et morem ſuum præter illas expeditas, adeo ut poſtmodum conſcribantur nec ſors illa duodecies centenarum millium librarum in alium uſum convertatur, Id quod Ordines Generales

promittunt bona fide, & ſervabunt religioſè, ut invadant aut incommodent facilius, quibuscunque modis & viribus poſſint nocere hoſti.

II. Regia Majeſtas curabit dari in eam ſortem nomina bona, & ad mensurem illius, quem ordines Generales cum authoritate miſſuri ſunt in Galliam ad eam rem, ut ſolutio fiat effectiva tribus utique terminis, nempe quadringenta millia librarum ad numerentur ad diem ratihabitæ iſtius tranſactionis & totidem intra menſem Iunium proximè venturum, & quod reliquum eſt, intra menſem Septembrem itidem appropinquantem.

III. Quapropter Ordines Generales obligantur exercitum bonum & fortem producere, ad magnum aliquod facinus peragendum: ubi Regia Majeſtas itidem promittit ſeſe pariter bonum & fortem exercitum producturam, qui itidem magnum quid audeat in Belgio, & hoſtibus pro virili incommodet.

IV. Hæc autē inſtituta diſputabuntur ac deliberabūtur inter Principem Auraicum, & il um vir m, quem Rex mittet, ut ex ſua parte cum ipſo agat, utroque apprimè gnaro, taciturnitatem eſſe animam conſiliorum, adeò ut proſpere procedere nequeant, niſi illa obſervetur reli iosè

V. Conſentiunt Ordines Generales, ut ex ſorte illâ duodecies centenarum millium librarum ſeponantur ſtipendia Ducum Gallorum, quæ ſolvantur & dinumerentur ad illam portionem & ra ionem, de qua conventum fuit in tranſactione decimi quarti Aprilis, anno 1634. adeò ut ille, quem Ordines Generales ablegabunt Lutetiam Pariſiorum, ut recipiat duodecies centena millia illa librarum teneatur ibidem ſolvere & præſtare eandem ſummam, ad quam accedunt ſtipendia illa in ultimo ſolutionis termino.

VI. Majeſtas Chriſtianiſſima, & Ordines Generales ratihabebunt utrinque iſtos articulos, intra terminum ſex ſeptimanarum, ſi maximè fieri poſſit.

VII. Tranſactio iſta nihil penitus derogabit prioribus tranſactionibus inter Regiam Majeſtatem & Ordines Generales initis, quæ omnes omninò manebunt in ſuo robore & virtute, ut fideliter & religioſè obſerventur ex utraque parte.

Pote-

Poteſtas à Rege Bulliono & Chavinio collata, ad concludendam transactionem superiorem.

Ludovicus gratia Dei Rex Galliæ & Navarræ, omnibus præſentes haſce literas viſuris, ſalutem.
Chariſſimi noſtri principes amici, ſocij & Confœderati, Domini Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, miſſo ad nos Vosbergio legato extra ordinem, qui nobis humiliter demonſtraret vægrandes expenſas, quas ſuſtinere coguntur ad continuandum bellum, etiam nos roget ſubſidium in hunc præſentem annum quindecies centenarum millium librarum, vt exercitum quamprimum expediant; & facinus aliquod nobile adverſus hoſtes communes ſuſcipiant, periculumque faciant conjunctim cum regia maieſtate, an vi armorum illos queant redigere ad ſenſum rationis & conſtitutionem pacis honeſtæ & generalis in Orbe Chriſtiano, quem ſibi vnicum ſcopum Rex & Ordines Generales ſemper habuère propoſitum in hoc bello.

Regia igitur Majeſtas, vt inſtitutum iſtud promoveret ac continuando in poſterum bello, vt exercitus tēpeſtiuius poſſit produci & hoſtium conſilia occupare, easque vires præferre, quæ facilius exequantur conventa inter Regem & Ordines Generales, mandata & poteſtatem dedit Bulliono Senatori ſuo intimo, & Quæſtori ſummo, tum Chavinio Senatori itidem intimo, Magno theſaurario ſuorum Ordinum & Secretario mandatorum regiorum, vt conferant cum illo legato, tranſigant, promittant, & reſolvant, concludent & firment vna, quicquid conſulium & commodum videbitur, neceſſariumque ad bonum generale Orbis Chriſtiani particulare iſtius Coronę & Ordinum eneralium, ſignent denique tranſactionem.

Promittimus vtique fide & verbo regio nos gratum habituros, quicquid à Bulliono & Chavinio concordatum & ſignatum fuerit, etiam ratum facturos in forma maxime authentica. Hæc enim noſtra eſt voluntas.

In quorum fidem curavimus apponi noſtrum ſigillum ad has præſentes literas.

*D*atum ad fanum Germani in Læo, die 9. Februarii, anno gratiæ 1637. & regni noſtri viceſimo ſeptimo.

Signatum.

LUDOVICUS.

ex mandato Regis

PHILIPPEAUX.

Poteſtas Vosbergii, Deputato ab Ordinibus Generalibus, collata.

Provinciæ Unitæ Belgii, & Ordines Generales earum, omnibus præſentes haſce literas viſuris, ſalutem.

Poſtquam viſum eſt, legatum mittere extra ordinem ad Sereniſſimum, Excellentiſſimum & Potentiſſimum Principem, Ludovicum, gratia Dei, Regem Galliæ & Navarræ, qui humillimè demonſtraret, vægrandes & immanes expenſas, quas coacti ſunt ferre per æſtatem præteritam, dum obſideretur & caperetur Brega, & quas etiã num porrò ſuſtinere coguntur, ſi maximè velint exercitũ producere & aliquod facinus nobile adverſus hoſtes communes patrare, adeoq; periculum facere conjunctim cum Regia maieſtate, an vi armorum eos queant redigere ad ſenſum rationis, & conſtitutionem pacis honeſtæ ac generalis in Orbe Chriſtiano, cuius inſtituti exequendi ergò impræſentiarum omni facultate deſtituuntur, & in annum præſentem quicquam agere liceat, ob cauſas modò deductas.

Cum igitur ſeſe impotentes agnoſcant, aliud refugium aut ſubſidium non inveniunt, quod ſpes expeditum proponet quàm fortiſſimum Regem Galliæ; idcircò, optimò gnari, quantâ capacitate, prudentia, fidelitate & indu-

ſtria

ſtria polleat Caſpar Vosbergius, Eques auratus, Dominus Iſcalariç, eum ipſum delegimus, qui ex noſtra parte & noſtro nomine, veluti legatus extra ordinem, humilem petitionem illam faciat Regię Maieſtati, etiam tranſigat cum eadem aut cum eis, quos ipſa ad hoc negotium committet aut alia iſtiusmodi, de quibus tabulas, contractus & promiſſa in ea qua par eſt, forma faciat.

Pręſtabit igitur generaliter in hoc ipſo negotio, in circumſtantiis & appendicibus, quemadmodum præſtaremus, ſi præſentes perſonaliter adeſſemus, tametſi fors requiratur mandatum ſpecialius, quàm in his pręſentibus contineatur, per quas etiam promittimus ſincerè & bona fide, nos ſtabile habituros & ſervaturos firmum in perpetuum, quicquid per ipſum hac ratione fuerit factum, promiſſum, conventum & accodatum de hoc negotio, idetiam obſervabimus, adimplebimus & ſuſtentabimus invio labiliter, nunquam in contrarium ituri aut venturi, directè aut indirectè, ullo modo aut ratione quacunque, ſed vniverſum ratificabimus, vbi opus fuerit, & literas ac tabulas expediemus in optima forma, quæ dari poſſit, ad mentem Regię Maieſtatis.

Factum Hagæ Comitis in noſtro Conventu, ſub noſtro magno ſigillo, ſubſcriptione & ſignatura, per noſtrum Amanuenſem, die tertio Septembris, anno 1637.

Subſcriptum erat.

S. V. Harsolte Vt

& in replica ſcriptum legebatur

Ex mandato Celſorum & Potentium
Dominorum Ordinum Generalium.

Signatum.

Corn. *Muschius.*

Digitized by Google

Obſignatum erat magno ſigillo Dominorum Ordinum Generalium, in cera rubra, pendente duplici chordula ex auro & ſerico rubro.

In quorum fidem nos præfati Commiſſarii & Legati ſubſignati, ex virtute noſtrarum poteſtatum, ſuperius additarum, ſignavimus has præſentes literas noſtris ſignis ordinariis, & iisdem fecimus apponi noſtra inſignia. Factum Lutetiæ Pariſiorum, die decimo ſeptimo Aprilis, anno 1617.

Signatum.

Bullionus,
Buthilerius.

&

Caspar De Vosberguen.

cum ſigillis præfatorum Commiſſariorum & legatorum.

Quam transactionem ſuperius ſcriptam, vbi nobis exhibita fuit à noſtris Commiſſariis, poſtquam omnia vidimus & examinavimus de verbo ad verbum in noſtro Senatu, habuimus gratam, comprobavimus & ratificavimus per has ipſas literas, noſtra manu ſignatas: Promittimus perinde fide & verbo regio, cuſtodire & ſervare omnia, nunquam in contrarium abituri, directè aut indirectè, neque feremus, ut ex noſtra parte impingatur ullâ ratione aut modo quocunque. Hæc enim eſt noſtra voluntas

In quorum teſtimonium facimus addi noſtrum ſigillũ ad has præſentes literas,

Datum ad fanum Germani in Læo, die 8. Februarii, anno gratiæ 1638. & regni noſtri viceſimo octavo.

Signatum

Ludovicus.

ex mandato Regis

Philippeaux.

CA-

CAPVT XXXIV.

Conventa inter Ducem Bernhardum Vinarienſem, & Regem Galliæ, Ludovicum XIII. &c. die 17. Aprilis anno 1637.

BErnhardus gratiâ Dei Saxoniæ, Iuliaci, Cliviæ & Montium, Landgravius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, Comes Marchiæ & Ravensburgi, Dominus in Ravenſt: &c.

Grato animo recolimus, nos à Rege præſenter accipere trecenta quinquaginta millia librarum per Cambuim Diviodomi exſolvendum, centum quadraginta millia librarum à Hulſtio in occaſione quinti decimi May exhibenda, trecenta millia librarum, ſub finem Iunii proximi ab eodem Hulſtio, ſuper quibus ille nobis tradet præſenter promiſſum putum & ſimplex: centum quadraginta millia librarum in aſſignatione bonâ & validâ quemadmodum convenimus cum Regia Majeſtate, quæ flagitare nobis licet ad executionem noſtræ tranſactionis, uſque ad diem 15. May proximi.

Hinc viciſſim promittimus, nos Regiam majeſtatem liberare ab obligatione illorum terminorum, qui incident in diem 15. Novembris, iſtius anni, modò nobis adnumerentur ſexcenta millia librarum, die 15. Auguſti proximi, & trecenta millia librarum, die 15. Novembris iſtius anni. Id quod Regia Majeſtas nobis indulſit in præſentem annũ cum hâc mente, ut ad finem anni labentis copias in eũ ſtatum redigamus, quem præſens hoc conventum exigit, ut ſicutrinq; de puncto ad punctum executionem ſartiatur, in quo ſanè nos nulli operæ parcemus.

Hinc igitur movebimus ſub finem menſis Aprilis, quàm tardiſſimè cum copiis noſtris tam equeſtribus, quàm pedeſtribus, apparatuque tormentario qualem noſtra pacta exigunt, in Comitatum Burgundiæ, ut inde traijciamus Rhenum & bellum per Germaniam faciamus

con

conjunctim cum iis copiis, quas Regia Majeſtas voluit indulgere, ad emolumentum Regiæ Majeſtatis & promotionem cauſæ communis.

Factum Lutetiæ Pariſiorum, die decimo ſeptimo Aprilis, anno 1637.

Signatum.

BERNARDVS SAXO.

CAPUT XXXV.

Pacta Confœderationis & ſocietatis, inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ & Navarræ, tum Chriſtinam, Reginam Sueciæ, adverſus Imperatorem Ferdinandum III. Domum Auſtriacam & complices inita Hamburgi, anno 1638. die ſexto Martij.

SEreniſſimi ac Potentiſſimi Principis ac Domini, Domini Ludovici XIII. Franciæ & Navarræ, Regis Chriſtianiſſimi Conſiliarius Status, utriusque Ordinis Commendator, ac per Germaniam Extraordinarius Legatus, Claudius de Meſmes, Eques, Comes de Avaux &c. Conſtare volumus univerſis ac ſingulis, quorum intereſt, quòd cum traditio Regiarum ratihabitionem fœderis VViſmariæ, die 20. Martii, anno 1636. per ſolennes Regum Galliæ & Sueciæ legatos, concepti, variis de cauſis hactenus ſuſpenſa fuerit, nunc verò è re communi judicatum ſit, ut cuncta ritè conſumentur.

Atque interim rebus mutatis quædam inciderint, quæ clariorem explicationem deſiderare viſa ſunt: Nos ex ſpeciali mandato S.R. Majeſtati. Chriſtianiſſimæ, cum Illuſtriſſi-

ſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino, Domino Johanne Salvio, hæreditario in Off. & Thulina Sereniſſimæ Reginæ Suecicæ Conſiliario Secretiori, Aulæ Cancellario, & in Germania Legato, ad hunc quoque actum ſpecialiter inſtructo, congreſſi, dicta Wiſmarienſia pacto recognovimus, et pro uberiori eorundem luce inſequentes articulos ex vi factæ nobis à principibus noſtris, & utrinque commutatæ poteſtatis.

I. Imprimis mortuo Ferdinando III. Romanorum Imperatore, in quem articulus primus pactorum Wiſmarienſium conceptus eſt, bellum à Rege Chriſtianiſſimo & Sereniſſima Regina Sueciæ decretum eſto, geratur & continuetur in Filium eius Ferdinandum, & domum Auſtriacam, eiuſque adherentes.

II. Hi, ut ad honeſtam tandem pacem univerſalem eò potentiùs adigantur, uterque Regum, Rex Galliæ quidem per ſuperiorem Germaniam, Regina verò Sueciæ per provincias, Electores Marchionatus & Ducatus Brandenburgiæ & Saxoniæ, ſummis utrinque viribus, arma ſua in hæreditarias Auſtriacorum Provincias, quantum fieri poterit transferre, ac belli ſedem illic figere, contendant.

III. Articulus quartus in gratiam Catholicorum, ut fruantur libero ſuæ Religionis exercitio, & ſuis redditibus, juxta tenorem fœderis, exactè ſervetur, idem quoque in gratiam Proteſtantium dictum eſto.

IV. Tempus fœderi ſtatutum, ex tenore articulorum 17. & 18. à traditis Ratihabitionum inſtrumentis, in triennium numeretur, videlicet à 15. menſis huius, ad 15. uſque diem Martii, anni 1641. incluſivè.

V. De ſubſidiis, ex articulo 11. controverſis ita conventum eſt, ut tametſi traditio Ratihabitionum hactenus ſuſpenſa fuerit, ad belli tamen onera, quæ Regina Sueciæ, prima dicti fœderis firmatione, ad hunc uſque diem, pro causâ communi ſuſtinuit, ſublevanda, Rex Chriſtianiſſimus det eidem ſtatim hîc Hamburgi (præter reſiduum anni *1637.*) quadraginta Imperialium thalerorum millia. Quibus ritè cum prædicto reſiduo numeratis, Regina Sueciæ nihil ulterius à Rege Galliæ, in hunc diem ex cauſa horum fæderum prætendat,

VI. Pro-

VI. Pro tribus verò annis ſequentibus, ad quos fœdus excurrit, videlicet à 15. Martii 1638. ad eandem uſque diem Anni 1641. incluſivè, Regina Sueciæ à Rege Chriſtianiſſimo quotannis millionem unum librarum Turonenſium Amſtelrodami accipiat. Mediam partem duobus à reddita Ratificatione, menſibus, hoc eſt, 15. May, 1638. alteram ſex poſt menſibus, nempè 15. Novembris eiuſdem anni, & ita deinceps.

Tum pro præteritis duobus menſibus, tum in anticipationem quatuor ſubſequentium ſolutiones fiant iiſdem diebus, 15. May, & 15. Novembris cuius libet anni: & quoniam moneta Gallica in his ęris minus commoda eſt, Rex Galliæ gratificabitur Reginæ Sueciæ moneta Imperiali, dando eidem pro ſingul s millionibus quadraginta millia Imperialium thalerorum in ſpecie.

VII. Et quia ad tractatus cum hoſte inſtituendos, & Rex Chriſtianiſſimus, & Sereniſſima Regina Sueciæ crebris amicorum Principum officiis invitantur, ne quid in ſe deſiderari poſſit, honeſtas pacis Univerſalis conditiones nunquam recuſaturis, quamtocyus notum Mediatoribus faciant, ſibi eſſe decretum de pace, induciiſve, non niſi coniunctim agere, nihil abſque mutuo conſenſu paciſci, & utramque cauſam ſimul, & eodem momento pertractare, ut ipſi Mediatores ſuam operam & ſua officia eò dirigant.

VIII. Quibus verò modis certius maturiuſque id fiat, ità convênit, ſi unus idemque locus, omnibus, quorum interest, tractaturis tutus, commoduſque viſus fuerit, ibi Gallici & Sueci cum poteſtate legati, cum hoſtium fœderatorum legatis conjunctim agant, tranſigantque: ſin minus, loco quidem ſeorſim, at re, cauſâ, & tempore conjunctim utrobique tractetur, & à Rege quidem Chriſtianiſſimo, Coloniæ Agrippinæ, à Sereniſſima verò Sueciæ Regina, Lubecæ vel Hamburgi, advocatis utrinque communibus per Germaniam amicis & ſociis.

IX. Agantur Coloniæ Res Regis Chriſtianiſſimi, Hamburgi, vel Lubecæ res Reginę Suecicæ, & utroque in loco communium per Germaniam fœderatorum. Interſit tamen tractatui Colonienſi Agens Suecicus, Hamburgenſi Lubecenſive Gallicus, uterque tam ſine poteſtate agendi

cum

cum hoſte communi, quàm ſine voto, ſed honeſtâ ſeſſione, ut audiant, & referant ad Plenipotentiarios quiſque ſuos & ſicuti opus, præſentes moneant: Nihil autem illis inſciis aut inconſultis utrobique tractetur.

X. Uterque regum ſalvos invicem conductus & ſecuritatem, per Mediatores ab hoſte communi procurent, tàm pro mutuis utriuſque legatis, quàm pro communium fœderatorum deputatis, & ſingulorum nuntiis, curſoribus, litteris, Et neque Coloniam, neque Hamburgum, aut aliò prius mittant, quàm acceptis utrinque prædictis omnibus Salvis Conductibus, idque apud Mediatores conſtanter profiteantur.

XI. Si tamen communibus per Germaniam fœderatis Salvi Conductus à Ferdinando negabuntur, eò inſiſtat uterque Regum apud Mediatores, ut ab illo ſaltem ſecuritatem pro iis ſcripto impetrent, quos dicti principes & Civitates Germaniæ ad utrũq; conventũ ablegare voluerint.

XII. Utriuſque Conventus idem ſit primus, idem ultimus dies, & utroque loco omnia collatis conſiliis peragantur: pari paſſu, ac lente utrobique feſtinando.

XIII. Nihil quicquam uno alterove loco concludatur, ſine mutuo & explicito cõſenſu, hinc inde legatorum Galliæ & Sueciæ per dictos Agentes declarando

XIV. Uterque conventus alter ab altero totus pendeat, & ita cohæreant, ut pace vel utroque in loco confectâ, vel neutro diſcedatur, Ideo nullus pacis induciarumve tractatus Coloniæ ſubſcribatur, niſi per Agentem Sueciæ liquido conſtiterit, tractatum Hamburgi ſubſcriptioni quoque proximum eſſe: ac vice verſâ, idem Hamburgi à Legatis Suecicis obſervetur, donec per Agentem Galliæ certiores fiant, Tractatum Coloniæ ſubſcriptum iri.

XV. Rex Galliæ præſtabit eventum Hamburgenſis Tractatus, Regina Sueciæ Colonienſis: & ita quidem, ut ſi alterutrum directè vel indirectè violari contigerit, vel alicui fœderatorum bellum inferri ex causâ & occaſione præſentis fœderis, teneatur utrumque regnum ſine mora, aut tergiverſatione repellere communibus armis injuriam, idque obſervetur ad decennium à die firmatæ pacis.

ſum potuit obtinere effectum boni adeò juſti, nec inducere Hiſpanos ad conciliandam pacem generalem, ſecuram & compendioſam Orbi Chriſtiano.

Cùm autem ſemper deſideret libertatem & quietem Italiæ, decrevit renovare aliam ligam cum Domina Duce Sabaudiæ, ſorore ſua, matre & tutrice Ducis Sabaudiæ, Franciſci Hyacinthi, filij ſui, & adminiſtratricis illorum ſtatuum, quod conſilium Regiæ majeſtatis Domina Dux cupiens promovere, & ſequi exẽplum defuncti Ducis Sabaudici, ad aſſerendos ſuos ſtatus, conventum eſt in conditiones ſequentes.

I. Ut ſit liga offenſiva & defenſiva inter Regem & Dominam Ducem Sabaudiæ, ſororem ſuam, veluti matrem & tutricem, Franciſci Hyacinthi, filij ſui, in cuius executione obligantur facere bellum apertum adverſus Hiſpanos, usque ad finem anni 1640. In quem finem producent exercitus ſuos intra quintum decimum diem, aut maturius, ſi fieri queat, qui eo numero copiarum conſtet, uti inferius definietur.

II In eum finem contribuet Rex duodecim millia, peditum, & mille quingentos equites, ſuo ſumtu.

III. Domina Dux Sabaudiæ, præter præſidia in locis munitis (quæ ſarta tecta habebit) alet in caſtris ſuo ſumtu, tria millia peditum, & mille ducentos equites.

IV. Præterea Domina Dux alet ad exonerationem Regis, tria millia peditum, & mille ducentos equites, qui cõnumerentur iis copiis, quas Regia Majeſtas tenetur contribuere ad hanc præſentem ligam, in quorum ſtipendium & ſuſtentationem Regia Majeſtas adnumerari faciet quotannis octingenta quadraginta millia librarum.

V. Cum ſummam per difficultatem tormenta traducãtur Montes, Domina Dux ſua expediet, usque ad numerũ quintum de... cum veſte, magiſtellis globis æquatæ molis, & carris ad vecturam neceſſariis: Idcircò regia majeſtas in ſeſe recipiet reliquos ſumtus, quos res tormentaria exigit, ſuppeditabit pulverẽ tormentarium, funiculos, plumbum & cæterum apparatum, præter illa, quæ Dominæ Duci excipiuntur curanda: quòd ſi tormentorum aliqua, aut univerſa perdantur, rumpantur aut findantur, tum preti-

 umeo-

unicorum ratihabebitur Dominæ Duci juxta æſtimationem per iſtiusmodi mercium peritos facta.

VI. Quamvis Regi debeatur principalis adminiſtratio iſtius exercitus, ſummi, tamen Duces Regis nihil agent in ſtatibus Dominæ Ducis, ſine ipſius authoritate, niſi per occaſiones, quæ ad id invitabunt. Summi duces equitum & peditum obſequentur mandatis; Regiorum, qui ſunt apud exercitum, qui tamen nihil gravabuntur communicare in Senatu, quæ ſint ipſorum partes, adeò ut Duces Sabaudici ſemper ſpeciale obtineant imperium in ſuas copias.

VII. Confœderati dabunt liberum commeatum & hoſpicium in ſuis provinciis, & præſtabunt annonam; & apparatum belli copiis ligæ, pretio per Commiſſarios utrinque nominatos conſtituto.

VIII. Confœderatis nefas ſit ad quemvis tractatum pacis aut induciarum cum hoſtibus deſcendere; ſine communi conſenſu partium.

IX Confœderatis nefas ſit, conſtante è liga invadere ullũ Principem & Statum, qui eâ comprehenduntur; niſi Hiſpanis directè aut indirectè adhæreant, iiſq; ſubſidia & militis & argenti præſtent, adeoq; apparatus bellici: ſic igitur neminem eorum, qui adhærent confæderatis, turbabunt.

X. Quod ſi contingat, uti nunc ſit, hoſtes invadere aliquem locum nobilem in ſtatibus Dominæ Ducis, ipſa non ſolum poterit uti copiis, quas Ligę addidit ad ſui defenſionem, ſed & Imperator Regius, per occaſionem majoris momenti; adducet auxilia illis ſtatibus, niſi impeditus eſſet in opere manifeſto graviore & ad communem cauſam compendioſiore, illa verò occaſio non maximoperè urgeat; quin Ligæ exercitus tempeſtivè perficiat inſtitutum, ut ſic continuo provinciæ aut loco laboranti ſuccuratur.

XI. Summus Dux Regiæ Majeſtatis non poterit in provinciis Dominæ Ducis ullum ferre mandatum de foro annonario, commeatu aut hoſpitio copiarum; diſtribuentur enim ex mandato Dominæ, & Regia Majeſtas tenebitur præſtare ſumptus hoſpitiorum.

XII. Regia Majeſtas præterea tenebitur adnumerare pretium frumenti, prout conventum eſt; cum eo, quod amplius debet & debebit, ratione hoſpitiorum, tum equeſtrium, tum

um,tum pedeſtrium,ex ſerie computi in eum finem traſigendi.

XIII. Sumtus quos regia Majeſtas faciet in hoc bello,licet in defenſionem iſtarum provinciarum.quæ Sabaudiam ſpectant,tantummodò adhibeantur,non poterunt repeti nec prætendi per Regiam Majeſtatem & ſucceſſores Coronæ à Domina & Duce Sabaudiæ.

XIV. Loca verò ab hoſtibus jam occupata, & quæ porrò poſſent occupari, cùm Regia Maieſtas & Confœderati obligentur ad bellum continuandum,recuperabuntur & reſtituentur: quod ſi contingat bannum aliquem in detrimentum Ducis & ſuorum ſtatuum promulgari; Regia Maieſtas obligabitur,pacem non facere, niſi bannus ille tollatur, & omnia omninò reſtituantur in priorem ſtatum ita etiam, ut obtineat Dux confirmationem conceſſionū et inveſtiturarum,ſuper omnes terras,quibus Dux defunctus Victor Amedeus ipſius parens, inveſtitus fuit ab Imperatore defuncto.

XV. Quod ſi poſt hanc ligam factam Domina Dux patiatur vim armorum,ex occaſione iſtius ligæ; Regia Maieſtas et Confœderati obligabuntur ei opitulari & ſuccurrere.

XVI. Ut inter Principes Confœderatos conſtet concordia bona,deputabunt hinc inde legatos,qui conferant de rebus neceſſariis, & qui conſiderent ſtatus communes iſtius Ligæ.

XVII. Domina Dux Sabaudiæ obligatur ad obſervationem ſuperiorum,uti mater & nutrix Ducis Franciſci Hyacinthi, filii ſui & reſpectivè Cardinalis Valetſanus, ſummus Dux apud exercitum Italiæ & Emerius Conſiliarius ſecretior Regis, Quæſtor ſummus,& legatus ad Dominam Sabaudiæ, ex virtute poteſtatis in ipſos à Regia majeſtate collatæ, obligantur referre ratibabitionem puram & ſimplicem iſtius tranſactionis,intra unum menſem.

Factum Taurini,die 7. Junii,anno 1638.

Signatum CHRISTINA

Cardinalis VALETTANUS

EMERIUS.

& inferius CARRONUS

CAPUT XXXVII.

Tranſactio de ſubſidio duodecies centenorum millium librarum inter Regem Galliæ & Ordines Generales Provinciarum Unitarum, confecta à Bullioно Senatore & ſecretiore, magno theſaurario Ordinum & Secretario mandatorum regiorum in hac cauſa, tum à Guilielmo Lierrao, Domino Oſtervici, Legato ſolenni Ordinum Generalium apud Regem.

LUdovicus gratiâ Dei Rex Galliæ & Navarræ, omnibus præſentes haſce literas viſuris, ſalutem.

Benevolentia, qua complectimur chariſſimos noſtros Principes amicos, ſocios Confœderatos, Ordines Generales Provinciarum Unitarum in Belgio nos ſemper invitavit, ad favorem & liberalitatē ipſis exhibendam, ut eo facilius ſuſtineat vægrandes illas expenſas, quas ipſis facere oportet in gerendo bello. Hinc lubentes dedimus poteſtatem noſtris Commiſſariis, inferius nuncupatis, ut noſtro nomine tranſigant & ſignent pacta quædam de ſubſidiis, quæ Ordines Generales à nobis poſtulant per iſtum annū & paria optant illis, quæ ſuperiori anno præſtitimus. Id verò à noſtris Commiſſariis & ipſorum legato apud nos fuit confectum, ex vi poteſtatis collatæ, in ea quæ ſequuntur.

Cum Rex conſideret vægrandes expenſas, quas Domini Ordines Generales Provinciarum Unitarum in Belgio tenētur facere, ut ſuſtentēt copias ſuas expeditas, & audere queant facinus aliquod memorabile adverſus hoſtes communes, & periculū facere conjunctim cum majeſtate Chriſtianiſſima, an vi armorum eos redigant ad ſenſum rationis. & conſtitutionem pacis honeſtæ ac generalis in Orbe Chriſtiano, quem unicum ſibi ſcopum Rex & Ordines Generales ſemper propoſitum habuerunt in hoc bello,

Hinc

Hinc Regia majeſtas ut media ſuggerat ad bellum porrò gerendum, & ad exercitum tempeſtivè producendum, qui hoſtium conſilia occupet, & facultate polleat, ea quæ inter Regiam majeſtatem & Ordines Generales ſunt decreta, exequendi: dedit mandata & poteſtatem Bullliono, Senatori ſuo ſecretiori, Quæſtori ſummo, & Chavinio itidem Senatori ſecretiori, magno theſaurario ordinum, & Secretario mandatorum Regiorum, in eo amplius teſtatus Ordinibus Generalibus, continuã ſeriem ſuæ benevo entiæ, ut conveniãt cum Guilielmo Lierrço, Domino Oſtervici, legato ſolenni eorundem Ordinum Generalium apud nos, ex virtute poteſtatum inferius inſertarum ad hos articulos & conditiones, quemadmodum conſequitur.

I. Regia Majeſtas ſubſidio fuerit per annum unum, qui incipiat Calendis Ianuarii, hujus ipſius anni 1639. Ordinibus Generalibus Provinciarum Unitarum in Belgio adnumerabitque duodecies centena millia librarum, ut impendantur ab Ordinibus Generalibus reverâ copiis militaribus extra ordinem alendis, quę jam ſunt ſcriptæ, aut poſterius ſcribentur.

Adeo ut illa duodecies centena millia librarum non queat converti in alios uſus quoscunque, id quod Ordines Generales promittunt bona fide & ſervabunt religioſè, ut invadant hoſtes eò gravius, & ei noceant quibuscunque modis & facultatibus.

II. Regia Majeſtas curabit dari aſſignationes bonas illius ſortis, & quidem ad voluntatem illius quem cum authoritate miſſuri ſunt Ordines Generales in Galliam ob eam cauſam, ut effectivè ſolvatur, idque per tres terminos quorum prior ad ratihabitionem prǽſentis iſtius transactionis feret quadringenta millia librarum, alter per menſem Iunium proxime venturum alia quadringenta millia librarum, & poſtrema quadringenta millia librarum per menſem Septembrem ſubſequentem.

III. Idcircò Ordines Generales obligantur exercitum bonum & validum producere, ad facinus patrandum memorabile, ubi Regia Maieſtas itidem promittit, pariter producere exercitum bonum & validum, ad ſimile aliquod facinus per Belgium patrandum, ut ſic hoſtibus noceat quibuscunque modis & facultatibus.

qui hoſtium conſilia occupet,& facultatem habeat,ea quę inter Regem & Ordines Generales ſunt decreta, expeditè exequendi,mandata dedit & poteſtatem Bullionо Senatori ſuo ſecretiori & ſummo Quæſtori, tum Chavinio itidē Conſiliario ſecretiori, magno theſaurario Ordinum & ſecretario mandatorum regiorum, vt confe:ant cum legata Ordinum Generalium,conveniant,promittant, & decernant, concludant & tranſigant vnà, quicquid judicabunt vtile & neceſſarium ad bonum publicum Orbis Chriſtiani particulare iſtius Coronæ & præfatorum Ordinum Generalium:adeoque ſignent tranſactionem.

Promittimus dehinc fide & verbo regio,nos habituros gratum,quicquid à Bulliono & Buthilerio fuerit promiſſum,tranſactum & ſignatum, ratificavimus etiam,in forma maximè authentica,quæ dari poſſit. Hæc enim eſt noſtra voluntas.

In quorum teſtimonium fecimus apponi noſtrum ſigillum ad has præſentes literas.

Datum ad fanum Germani in Læo,vltimo die Februarii,anno gratiæ 1639.& regni noſtri viceſimo nono.

Signatum.

LUDOVICUS.

ex mandato Regis,

BUTHILERIUS.

Sequitur tenor illius poteſtatis , quam Ordines generales dederunt Guilielmo Lierreo,Domino Oſtervici,legato ſolenni apud Regem Galliæ.

Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, omnibus haſce præſentes viſuris,ſalutem.

Poſtquam viſum eſt mittere Legatum ad Sereniſſimum, Potentiſſimum & Excellentiſſimum Principem

magno ſigillo, ſubſcriptione & ſignatura, Amanuenſis noſtri, die 30. Januarij, anno 1639.

Subſcriptum erat.

S. V. HARSOLTE Vt.

& in replica erat ſcriptum.

Ex mandato Celſorum & Potentium Dominorum Ordinum Generalium.

Signatum.

CORN. MUSCHIUS.

Obſignatum magno ſigillo Ordinum Generalium in cera rubra, pendente duplici chordula ex auro & ſerico rubro.

In quorum omnium fidem nos Commiſſarij præfati & Legatus ſubſignati ex virtute poteſtatum ſuperius recenſitarum, de verbo ad verbum ea inſeruimus, & ſignavimus præſentes haſce literas ſigillis noſtris ordinariis, & fecimus appendi noſtra inſignia.

Factum Pariſiis Lutetiæ, die 24. Martij, anno 1639.

Signatum.

BULLIONUS.
BUTHILERIUS.

&

GUILIELMUS LIERRÆUS.

cum ſignis præfatorum Commiſſariorum & Legati.

Quam tranſactionem ſuperius tranſſcriptam, vbi nobis fuit exhibita à noſtris Commiſſarijs & vbi omnia vidimus ac examinavimus de verbo ad verbum in noſtro Senatu,

 gratum

gratam habuimus, approbavimus & ratificavimus : gratam habemus, approbamus & ratificamus, per iſtas præſentes, noſtrâ manu ſignatas. Promittimus porrò fide & verbo regio, cuſtodire, & ſervare omnia, nec vnquam impingere directè, aut indirectè, nec ferre, vt ex noſtrâ parte impingatur vllo modo aut quacunque ratione, Hæc enim eſt noſtra voluntas.

In quorum teſtimonium, fecimus apponi noſtrum ſigillum ad iſtas præſentes literas.

Datum Compendij, die 13. Aprilis, anno gratiæ, 1639. & noſtri regni viceſimo nono.

Signatum.

LUDOVICUS.

ex mandato Regis

BUTHILLERIUS.

CAPUT XXXVIII.

Pacta regis Ludovici XIII. cum Landgraviâ Haſſiæ, inita die 22. Auguſti, anno 1639.

SEreniſſimus, Chriſtianiſſimus & potentiſſimus Princeps Ludovicus XIII gratiâ Dei rex Galliæ & Navarræ, continuatâ benevolentiâ erga principes & Status Germaniæ, ſollicitudineque ſolitâ pro conſervatione, particulatim eorum, qui cum ipſa Corona Sueciæ vniuntur ad aſſerendas leges, privilegia & libertates ſacri Imperij, & pacem bonam atque ſecuram Orbi Chriſtiano conciliandam; vbi reſcivit, potentiſſimam & illuſtriſſimam principem Amaliam Eliſabetham, Landgraviam Haſſiæ, per natales comitem Hanoviæ, Catti-

melīboci, Dieſiæ &c. principem Sacri Imperii, viduam defuncti Landgravii Guilielmi Haſſiaci, beatæ memoriæ tutricem Domini Landgrauij filij ſui, Adminiſtratricem provinciarum; memorem patrocinij & ſocietatis, quam principes familiæ Haſſiacæ ab boni tempore cum Corona Galliæ coluerunt, & transactionum, ante hac in eâ causâ factis à defuncto principe Landgravio, marito ſuo, cujus bonum inſtitutum ipſa conſtituiſſet perſequi, & contribuet ex omnibus viribus ſuis ad incrementum boni publici. Cùm autem eò amplius quæreret fulcire Status principis Landgravii, filii ſui, per unionem & cauſę & armorum cum Gallia & Suecia aliisque Germaniæ ſocijs.

Hinc regia majeſtas injunxit Rudolpho, Domino Amōtoti, Conſiliario ſuo, qui in negotio regio verſabatur per Hollandiam, ut adiret Dominam Landgraviam, quam redderet certam de benevolentia regia & ſuppetiis, quas regia majeſtas præſtò haberet ad ipſius commodum, ut inſtitutum ſuum rectius perageret, etiam ſuppetijs ſuffulta, poſſet cum operæ pretio arma commodare emolumento cauſæ communis, & promotioni pacis honeſtę ſecurę & generalis hinc deſideriū de renovandis pactis ſocietatis cum regia majeſtate, unde Amontoto conventum eſt in articulos ſequentes.

I. Promittit Landgravia alere exercitum, qui ſeptem millibus peditum, & tribus millibus equitum conſtet, ad continuandum bellum adverſus hoſtes communes per Germaniam, uſque ad finem transaction is præſentis, adeò ut agat ex composito cum rege Chriſtianiſſimo Corona Sueciæ & omnibus ſocijs.

II. Quicquid Domina Landgravia occupaverit in poſterum, nefas fuerit reſtituere in manus hoſtium, ita nec ea, quæ nunc occupata tenet, præter voluntatem regiæ majeſtatis.

III Omnes omnino principes & Status, qui ante hac ab iſtis ſtabant partibus, aut qui ab hoſtibus volent facere

ſeceſſio-

ſucceſſionem, ut accedant ad boni publici ſtudioſos, poterunt admitti, aut ſaltem recipi ad neutralitatem à Rege & Corona Sueciæ. etiā promittit Domina Landgravia, ſeſe nihil commiſſuram in tranſactiones, quas regia Majeſtas & Corona Sueciæ ſuper eo negotio cum illis facient, modò ipſa fiat certior, nec obligetur ad reddenda quæ tenet loca, nec ad tributa militaria reſtringenda.

IV. Domina Landgrafia promittit linquere liberum exercitum religionis Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ, etiam Eccleſiaſticis integram poſſeſſionem & fruitionem omnium ſuorum redituum, in omnibus locis, quæ occupaverit ab anno 1618. & quę occupabit in poſterum, neq; permittet, ut quicquam ibi immutetur, aut innovetur in alterutro ſtatu, in quo fuerunt anno 1618. Unde Rex promittit ex ſui parte idem Proteſtantibus, qui comprehendentur in illis occupationibus.

V. Si propter emolumentum Regis & cauſæ communis, copię aut exercitus regiæ majeſtatis tranſeant terras & ſtatus Dominæ Landgraviæ, ipſa præbebit hoſpitia, & annonam campeſtrem, eâ lege ut miles modeſtiam colat: ſed ſi mora fiat, & annona ac proviſiones neceſſariò ex oppidis & penu publico petantur, fiet reſtitutio frumenti, aut numerabitur pretium à Rege: quod idem Domina Landgravia promittit Regię Majeſtati, ſi Haſſiacæ copiæ tranſeant ſtatus Gallorum.

VI. Domina Landgravia nullam tranſactionem accipiet de induciis aut pace cum Rege Hungariæ, aut adhærentibus, abſque ſcitu & conſenſu Regiæ Majeſtatis, licebit tamen ipſi armiſtitium facere menſtruum, per neceſſitatem ſui exercitus, ita tamen, ut ne prolongetur ſine voluntate Regiæ Majeſtatis.

VII. Domina Landgravia promittit mittere ſuos Deputatos, ad agendum de pace, loco & tempore, quibus Regiæ Majeſtati libuerit, intercedente Pontifice maximo, cum Regibus & Principibus, quorum res agitur, & ex omnibus viribus ſuis aſſeret, quicquid Regi & illius Confœderatis per pacem illam concedetur, Rex itidē ex ſua parte promittit paria Dominæ Landgraviæ, etiam procurare ſalvum conductum & ſecuritatem neceſſariam admittendos Deputatos.

VIII. Vt

VIII. Ut autem Domina Landgravia poſſit ſuſtinere facilius ſumptus, in quos bellum ipſam poſſet præcipitare, Amonrotus promittit nomine Regis, Domini ſui, adnumerare Hamburgi & Amſtelrodami, pro ſubitu ipſius ducenta millia thalerorum Imperialium, ſingulis annis, centum millia, ultimo die Martii, quinquaginta millia ultimo Septembris, & reliqua quinquaginta millia ultimo Decembris cuiuslibet anni, qua ſerie procedendum, uſque ad finem iſtius transactionis, quæ incipiat ultimo die Martii, anno proximo 1640.

In hunc verò annum 1639. quamvis adoleverit, Domina Landgravia demonſtravit Amonroto nimias expenſas requiri, ad bellum apartè ſumendum, & bona conſilia in executionem deducenda, quę conceperit pro emolumento cauſæ communis, & particularis ſuæ. Hinc Amonrotus promittit Dominæ Landgraviæ adnumerare quadraginta millia thalerorum Imperialium, ad diem 20. Septembris proximi, modò tum ipſa ſeſe oſtendat paratam ad pręſtandam hanc transactionem: cætera ſexaginta millia poſt quintum decimum diem, quo temporis ſpatio ipſa reverà induat hoſtilia, ut ultima centum millia repræſententur ad ultimum diem Decembris, hoc anno finiente.

IX. Quamvis autem Domina Landgravia demonſtraverit Amonroto, ſibi ferè impoſſibile accidere, ut diutius reſiſtat tantis hoſtibus, niſi potentiora ſentiat adminicula, tum copiarum, tum pecuniarum, ut teſtaretur ſtudium, quo flagrat erga Regis bonum inſtitutum ex ſua parte etiam promovendum in omnibus, quæ facultates ferant, & vires poſſint, non ſuperhabuit hanc transactionem firmare, ſuſcepta ſorte oblata ſecundum ſpem firmam, quam in benignitate & benevolentia Regiæ Majeſtatis collocat ampliorum ſubſidiorum.

Hinc ſibi ſeponit facultatem omnia humillimè exponendi, neque tamen diſcedit à præſenti iſta transactione, ſed ſibi perſuaſum it, Regiæ Majeſtatis eò magis provocari favorem & patrocinium in cauſam particularem, quantò magis ipſa ſit demonſtratura actionibus ſuis verum & ſincerum ſtudium erga Regiam cauſam & emolumentum publicum.

X. Amon

X.Amontotus nomine Regis promittit Dominæ Landgraviæ, Regiam Majeſtatem nulla transactione de pace aut induciis cum Rege Hungariæ & ipſius adhærentibus impediri, niſi ipſa adſciſcatur & comprehendatur, ſibique ſatisfactum videat.

XI.Amontotus itidem promittit, Rege Domino ſuo aliquam ſocietatem cum Rege Magnæ Britanniç ineunte, ad reſtaurationem libertatis apud Principes Germaniç, Regiam authoritatem valituram, ut ipſa comprehendatur pactis cum cauſa ſua.

XII.Amontotus promittit præterea, regem continuaturum ſua officia erga Dominos Ordines generales Provinciarum Unitarum in Belgio; ut ipſa recipiatur in ſocietatem eis datis etiam mandatis ad ſuos miniſtros apud Ordines Generales, ut id dent operam.

XIII. Quod ſi hoſtes communes cogant vi armorum Dominam Landgraviam, exire provincia, Amontotus promittit nomine Regis, ipſam & liberos recipiendos in regnum ſuæ Majeſtatis cum benevolētia integra, & omnibus humanitatis officiis pro dignitate nataliū; donec reddantur ſuis: quare Regia majeſtas aperuit particularius ſuam voluntatem ſcripto illo, undecimi Junii, anno 1638.

XIV. Amontotus promittit nomine Regis Dominæ Landgraviæ ſtipendium, quod Regiæ Majeſtati placuerit indulgere defuncto Domino Landgravio, ſuo marito, continuari Domino Landgravio, filio ſuo, & poſthoc quotannis ſolvi, juxta codicillos in eum finem datos, adeò ut primus annus repræſentetur ex hoc ipſo die transactionis, quamprimum ratihabitio tradatur ex parte Regiæ Majeſtatis.

XV. Quod ſi per conflictum, aut caſum aliquem inſignem Domina Landgravia perdat exercitum, regia majeſtas curabit ex omni facultate eundem reſtitui; ſic ubi aliqua principalior urbs provinciç obſidebitur, omnem operam dabit Regia Maieſtas, ut ſuppetias ſubmittat hoſtibus repulſandis pares.

XVI. Quod ſi poſt pacem factam hoſtes deſint conventis & transactis, vel etiam audeant aliquid adverſus

Coronas Galliæ & Sueciæ, Dominam Landgraviam, ſive alios ſocios; Coronæ & ſocij tenebuntur arma reſumere ad repulſandum hoſtem & eum defendendum, qui opprimetur: Obſervabitur autem id per decennium à pace facta & ſtabilitâ.

XVII. Quod ſi aliquæ provinciæ aut Status requirant, ut ſibi liceat arma conjungere, aut neutras partes juxta ipſam tueri, ad commodum melioris factionis, poterit ipſa tranſigere, modo nihil deroget iſti tranſactioni, quæ conſtabit cum poſtrema, uti renovata fuit inter Galliam & Sueciam: quâ renovatâ & hæc intelligitur renovanda quemadmodum perſeverabuntuſque ad finem belli.

Ut autem omnia ſuperiora certius ſerventur, ſignavimus hanc tranſactionẽ, & fecimus apponi noſtra inſignia, ſub ratihabitione regis Chriſtianiſſimi, quam Amontotus promittit procurare intra finem menſis octobris.

Boderius orator regius apud Dominam Landgraviam, particeps iſtius negotiationis, ſignavit itidem hanc tranſactionem.

Factum Dorſtenæ, die 22. Auguſti, anno 1639.

Signatum.

Buthilerius.

Ratihabitio tranſactionis ſuperioris, facta à rege Galliæ & Domina Landgravia Haſſiæ.

Poſtquam rex intellexit ab Amontoto, Conſiliario ſuo, qui in negotio regio abierat in Hollandiam, Corſicum ſecum conveniſſe, ex poteſtate à domina Landgravia collata, ut ipſi in manus traderet Scriptum ab ipſa Domina obſignatum, ad eum, qui ſequitur, tenorem.

Secundum ſcriptum, quod Amontotus obſignavit ex parte Regis, & quod itidem ſignavi die 22. Aug. proximè elapſi, quo dicitur me non velle obligari ad tranſactionem eodem die perfectam, inter Amontotum nomine Majeſtatis Chriſtianiſſimæ & meipſam, niſi certior eſſem, de iis, quæ Corona Sueciæ nihil eſſet indultura ex tranſactione, quæ renovanda videbatur inter illam

coro-

Coronam & meipſam, quemadmodum ſperabam id adepturá ad diem 20. Septembris proximè elapſi, ut exinde particulariter promitterem executionem iſtius tranſactionis, quæ nomine Majeſtatis Chriſtianiſſimæ fuerat mecum inſtituta.

Poſtquam igitur plenam ſuſcepi notitiam de inſtituto Coronę Suecicæ, ne tempus ulterius perlabatur, quin majeſtati Chriſtianiſſimæ teſtatum faciam, quanto honore & commodo æſtimem continuatam benevolentiam & regia ſubſidia, quæ in ſocietate apparent, quantoque ſtudio deſiderem conferre, quicquid mearum fuerit facultatum, ad emolumentum Majeſtatis Chriſtianiſſimæ & cauſæ communis, adſtringo me per præſentes haſce literas, ad obſervationem futuram iſtius tranſactionis, & omnium ac ſingulorum, qui in ea continentur articulorum, & ad eorundem executionem articulatam, juxta formam ac tenorem ipſiſſimum, adeo ut in eum finem bellum ſummum adverſus Regem Hungariæ & adhærentes, hoc ipſo menſe Martio, quinto decimo die, poſt numerata a majeſtate Chriſtianiſſima, centum quinquaginta millia thalerorum Imperialium, quam ſummam libuit Regiæ Majeſtati mihi indulgere in annum proximè elapſum quemadmodum eâ ſumma mihi ſatisfactum dico in illum annum.

Deducentur tamen de illa ſumma quinquaginta millia thalerorum Imperialium, quæ recepi Amſtelodami, ex vigore alicuius tranſactionis, cum Duce Longavillano inſtituta, ut nempe ex eo tempore arma mea adverſus illos hoſtes converterem, eosque pro facultatibus affligerem, & nunc promitto exercitum alere, qui cõſtet ſeptem millibus peditum, & tribus millibus equitum, ut majori cum numero, præter illa ſeptem millia peditum & tria millia equitum, quæ alere debeo, ſi maximè fieri queant, poſt auctas copias, progrediar adverſus hoſtes conjunctim, aut ſeparatim cum exercitu, cui præeſt Dux Longavillanus, aut alius quiſpiam ſociorum, ex compoſito ſcilicet, juxta tenorem articuli primi in hac tranſactione.

Aſſentior etiam, ad dilucidiorem explanationem articuli XVII. in hac tranſactione, quo dicitur, ut, ubi fortè

aliqui

aliqui Principes aut Status à me petant conjunctionem armorum inſtituere, aut neutras erga me tenere partes, adcommodum noſtræ factionis, liceret mihi cum illis agere; regis autem eſſet et Coronæ Sueciæ, veluti principum Confæderatorum in hac factione conſtituta, diſpicere, quid ad commodum cauſæ communis ſpectet, & quos Principes Statusve ad neutras poſſim admittere partes, ſi qui accedere rogent, id quod præter clarum aſſenſum non fecero.

Aſſentior etiam, ut tranſactio, inter Majeſtatem Chriſtianiſſimam & me ipſam inſtituta renovetur, quotieſcunque ipſius ſocietas cum Coronâ Sueciæ renovabitur; & promitto perinde ex mea parte, me illam articulatim obſervaturam, adeo ut nova tranſactione nihil ſit opus.

Aſſentior præterea, ut ducenta millia thalerorum Imperialium, quæ regi libuit mihi promittere in hunc annum præſentem 1640. juxta tranſactionem cum majeſtate Chriſtianiſſima perfectam, cuius ſummæ prior terminus adeòque media pars incidit ſolvenda in finem præſentis iſtius menſis, reijciantur in menſem Majum proximè adventurum, altera verò pars media, ſuo adnumeretur termino.

Poſtquam rex vidit ſcriptum iſtud, gratum habuit, omnibus articulis, ibi comprehenſis, inprimis verò, ut tranſactio perfecta inter Maj. ſtatem Chriſtianiſſimam & Dominum Landgravium intelligatur renovata, quotieſcunque Societas Galliæ cum Corona Sueciæ renovabitur promittit perinde Majeſtas Chriſtianiſſima ex ſua parte, obſervationem & executionem iſtius tranſactionis articulatam, adeò ut nihil opus, novam conſtitui.

Factum ad fanum Germani in Læo, die 22. Martii, anno 1640.

Signatum. LUDOVICUS.

& inferius. BUTHILERIUS.

cum inſigniis regiis.

Declaratio ſuper IV. & X. articulum tranſactionis Dorſteniana, ex die 22. Auguſti, anno 1639.

Quod quartum articulum attinet promittit Domina Landgravia relinquere liberum exercitium religionis Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, Eccleſiaſticis etiam integram poſſeſſionem & fruitionem ſuorum bonorum, & declarat Amontotus per has præſentes literas, Majeſtatem Chriſtianiſſimam non prætendere eo ipſo articulo, vt turbetur aut poſtuletur Landgravia in poſſeſſione & fruitione, quas defunctus Landgravius, maritus ipſius & ipſa ante hac obtinuerunt in bonis Eccleſiaſticis, neque vt cogatur ea dimittere aut imminuere media, quæ inde hauriuntur ad ſuſtentationem copiarum, vſque ad pacem generalem,

Decimum articulum promittit Amontotus nomine regis Dominæ Landgraviæ, Majeſtatem Chriſtianiſſimam neque pacis, neque induciarum inire rationes ſine ipſâ; promittit etiam operam dare in tractatib⁹ de pace generali, vt religio, cujus vſus viget in Statib⁹ Dominæ Landgraviæ, ibidem conſervetur; cum eâdem libertate & exercitio, quo nunc viget.

Cum rex igitur poſtuletur à Dominâ Landgraviâ has declarationes ad IV. & X. articulum tranſactionis ſuperioris, vti perfecta eſt inter majeſtatem Chriſtianiſſimam & ipſam, & obſignata ab Amontoto, habere gratas: ratas vtpote habuit eaſdem majeſtas Chriſtianiſſima per iſtas præſentes literas, et promittit earum obſervationem juxta formam & tenorem.
Factum ad fanum Germani in Læo, die 22. Martij, anno 1640.

Signatum. LUDOVICUS.

& inferius, BUTHILERIUS;

cum inſigniis regiis.

CAPUT XXXIX.

Articuli à rege Ludovico XIII. indulti Directoribus exercitus Vinarienſis proximè à Ducis Bernhardi obitu, menſe Octobri, Anno 1639.

VBi rex fuit certior de obitu Ducis Vinarienſis, pergeret autem in eâdem propenſione quam Majeſtas Chriſtianiſſima ſemper oſtendit ad conſtitutionem libertatis Germanicæ, eodem Majeſtas deputavit Comitem Guebriantum, Choiſium, & Baronem Oyſonvillæ, ut cum directoribus & præf. ctis exercitus, cui præfuerat defunctus Dux Bernhardus Vinarienſis conveniret de rebus maximè commodis, ad ſuſtentationem illius exercitus, & ad emolumentum cauſæ communis: In cuius negotii executione Deputati, Directores & præfecti militares convenère, ut transactiones inter Majeſtatem Chriſtianiſſimam & Dominum Ducem Vinarienſem, quantum ad illũ exercitum attinet, principes, urbes & Status Confæderatos perfectæ, juxta formam & tenorem proprium ad reſtitutionem articulorum ſequentium.

I. Majeſtas Chriſtianiſſima indulget & intelligit, eas copias, quibus præerat Dominus Dux Vinarienſis ſeſe contineant, quemadmodum ille per ſupremas tabulas eſt teſtatus deſiderare, idque ſub imperio eorum Directorum & præfectorum militarium, quos ibidem nuncupavit.

II. Ut tormentatia res ab iiſdem præfectis curetur, qui tam curabant vivente Duce Vinarienſi, agminique ut plurimum Germanorũ adhæreat, cum poteſtate in Campiductores, Gallos & Directores copiarum Germanicarum collata mandandi, quæ fuerint neceſſaria.

III. Quod ſi contingat, (id verò prohibeſſit Numen) illũ exercitum, aut partem eius diſperire ex aliquo adverſo

 caſu

conſtitutam; unde præſenter Deputatis itidem fiet copia illius Capitulationis.

VII. Majeſtas Chriſtianiſſima præter ea præſtabit apparatum belli pro neceſſitate, quemadmodum & omnes ſumtus extra ordinem, quos exercitus poſtulabit in gerendo bello; & reddentur rationes ex fiduciario, quem vel rex, vel magnus magiſter rei tormentaria apud Gallos in eum finem apud Exercitum conſtituet.

VIII. Majeſtas Chriſtianiſſima itidem curabit præberi panem quotidianum pediti & tormentario militi per exercitum productum, & præſidia nulla indefacta deductione quod ſtipendium. Quod ſi nonnulli præfectorum militum, aut cæterorum particularium apud exercitum perant à Majeſtate Chriſtianiſſima ſibi donari aliquas terras & domicilia in agris occupatis, eam experientur munificentiam, ut quilibet ſibi ſatisfactum gaudeat.

IX Promittit etiam majeſtas Chriſtianiſſima ratas habere & confirmare omnes omnino donationes terrarum dynaſtiarum & domiciliorum in agris & urbibus, quaſcunque fecerit defunctus Dux Vinariensis, præfectis & militibus iſtius exercitus, aliisve particularibus, quorum utebatur operâ.

X. Quapropter & viceverſa Directores, tribuni & præfecti militares, promittunt nomine univerſi exercitus porro inſervire fideliter & conſtanter Majeſtati Chriſtianiſſimæ erga omnes & contra univerſos, quæcunque mandato ex adverſo queant perferri, quemadmodum tenebatur facere Dux defunctus per tranſactionem tricesimi ſexti Octobris anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo ſexto initam, adeò ut exercitus ducatur in omnia loca, ad quælibet inſtituta, quæcunque majeſtas Chriſtianiſſima deſiderabit in Gallia, Germania, Burgundia, Lotharingia aut Belgio, ad reſtaurationem libertatis publicæ & Statuum oppreſſorum.

XI. Mandata diſtribuentur exercitui à Directoribus, aut ab aliquo eorum, quemadmodum ipſis videbitur, in diem, ſeptimanam, aut aliter: quæ mandata primitus recipient à Duce Longavillano, ſummo imperatore apud exercitum regium, prout faciebat defunctus Dux

milliâ Wittelsbachica, non Habsburgica, & â Proteſtantibus, qui gravamina ſua in quibus ſpeciatim Domui Bavaricæ Donovverdenſem executionem, & Colonienſem ſucceſſionem impingebant, non niſi armis expediri volebant, promoti.

Fuerit ſanè primus quidam eius belli finis Domus Auſtriacæ, ſecundarius fuit Bavaricæ, poſt omnium Catholicorum oppreſſionē: Id quod ipſe Dux Bavariæ litteris ſuis nunc typo vulgatis teſtatur, illiusque adeò proviſu periculi jam dudum ille antea ligæ ſe Catholicæ authorem, poſt Ducem præbuit. Brevi, inde bellum erupit, in quo Bavarus ita ſe geſſit, ut fœderis Catholici copias contra Unioniſtas duceret; deinde pacificatione Ulmenſi cum iiſdem decideret, expreſſo pacto, ne Palatinum extra Bohemiæ fines offenderet.

Juvit itaque Cæſarem, ſed non niſi amplisſimis promiſſis, & nominatim pollicitâ Electoralis Dignitatis, & Palatini Patrimonialium Regionum mercede conductus: Quod an ei per Pacificationis Ulmenſis leges liceret, Proteſtantes negant, cum ſine huiuſmodi auctoramento, & juratæ Cæſari ſubjectionis religione, & legibus Imperij, quibus quilibet Status alterii injuſtè offenſo ſuppetias ferre tenetur, denique ipſa neceſſitate ſuadente, cum non niſi ſalvo Cæſare ſalvus eſſe poſſet, Cæſari opitulari debuiſſet.

Victoria Pragenſis jus belli aſſervit, & Palatino ex Bohemia profugo, omnia in eum ſtatum redibant, quo erant ante belli initia, & poterant honeſtâ pace Controverſiæ finiri cum Proteſtantibus, niſi belli ſumtus reflagitante Bavaro, Cæſar ei coactus eſſet ſuperiorem Palatinatum invadendum relinquere, mox ipſam Electoralem Dignitatem in eundem transferre. Hæc illa fuit omnium ſubſequentium inde bellorum alea, & huius excidij, in quod præcipites ivimus, cauſa præcipua: cùm Proteſtantes, quamvis perpetuis cladibus domiti, Domum tamen Palatinam extorrem Imperio pati non poſſent eiusque reſtituendæ gratiâ externa arma inveherent nam bellum Danicum hinc ortum eſſe, nemo negat.

Suecici etiam bellica cauſa poſſet aliqua ex parte in Edicti Eccleſiaſtici Publicationē reijci; ſed ubi vera & genuina

ina belli Germanici cauſa hæſerit, docuit Conventus Ratis bonenſis, anno 1630. peractus; Cum res ibi locorum eſſent, ut Cæſar cum Proteſtantibus honeſtiſſimam pacem inire poſſet, aut ſi ſuis Conſiliis ſine interpellatione uti potuiſſet, facile ei fuiſſet, Statuum dicto audientium quietem victricibus armis protegere. Sed paci cum proteſtantibus interceſſit Bavarus, nolens Palatinatu cedere niſi ſibi aliunde a Cæſare, cui interea perſuaſerat, ut ſe tredecim millionum debitorem conſtitueret, & nominatim conceſſa ſuperiori Auſtria, ſatisfieret.

Utque ejus rei ſibi patronum aliquem pararet & vindicem, occulta, cum Gallo ſerere conſilia, & clandeſtinis ſe fœderibus illigare cæpit, Gallicæque gratiæ colligendæ ſtudio, Mantuanum bellum coëgit Cæſarem victorem, æquis cum victo conditionibus, componere. Mox Walſteinium, (cuius fortunæ & rerum geſtarum ad eum diem neminem pænitebat) exauctorare, & Fœderis Catholici, quod jamdudum abolitâ Proteſtantium Unione, & ipſum abolere æquum erat, idque ut fieret, Proteſtantes magnoperè contendebant, perpetuationem, admittere.

Prorogati ergò belli Germanici factum, ut excitari, non penes Hatsburgicam, ſed Wittelsbachicam Familiam quęras licet. Dum enim Ratisbonę hęc Cęſari extorquentur, Gallis interea metu armorum à Cęſare ſoluti, expertiſque omnia à Cęſare, ſuffragante *Bavaro*, impetrari poſſe, vacuum liberumque fuit Suecum in Germaniæ initum niſi rerum mutationem ſpirantis, viſcera armatum inducere, novumque ad veteres, & graviſſimum Imperio hoſtem excitare.

At Bavarus harum rerum aut inſcius, aut incurioſus, eo ſolo triumphare, quod ſumma rei militaris ad Tillium, clientem ſuum, rediiſſet, Gallorum fraudem neſcire Sueci vires contemnere, & intempeſtivę parcimonię ſtudio, lectiſſimum fęderis Catholici, & victorem militem, non perſoluto ſtipendio dimittere, quî uno inde agmine ad Suecum conceſſit, gratulante illò ſibi, quod Bavari hoſtis ſui beneficio jam is eſſet, ut nulla aperti prælii alea detrectanda ipſi foret.

Atque hęc tempore agebantur, cûm quicquid eſt in Ger-

in Germania Proteſtantium, Lipſiæ conveniſſet, ibique adventantis Sueciæ fiducia exagitaretur, ut quam iniquiſſimæ Cæſari & Catholicis pacis conditiones extorquerentur; à quibus ſi quis credebat Electoralem dignitatem exceptum, ac præterito Palatino, Bavaro perpetuatum iri, nimis is ſimplicis oportet fuerit ingenij. Ecce autem inſperatâ Lipſienſi clade fortuna Catholicorum uno omnis impetu concidit, Bavarique mens, quæ ante cladem erat confidentiſſima, poſt eandem facta eſt abjectiſſima, ut nil jam niſi de Bavariâ conſervanda cogitaret.

Itaque licet Tillius, collectis cæſi exercitus reliquiis, & adjuncto Lotharingio, copiiſque Cæſaris ex Italia adventantibus, ita Vires ſuas refeciſſet, ut Sueco victori par eſſet, & prope Wurtzburgum egregiam habuiſſet occaſionem paris ei referendæ cladis; Quod rex ipſe faſſus eſt, nunquam ſe in majori diſcrimine fuiſſe, quam tum, cum ipſe exiguis cum copiis inſtructiſſimo hoſti tam propè conſediſſet, coëgit tamen Tillium Bavarus, omiſſa omni aliâ curâ, omiſſo Lotharingio, quem interea Galli Provinciâ ſuâ omni exuerunt, citatum agmen ad Bavariæ fines convertere. Quâ in profectione, fugæ ſimili, teſtatiſſima res eſt exercitui illi, à quo plenis turmis ſe milites ſubducebant, & maximam partem ad hoſtem tranſibant, plus virium deceſſiſſe, quam ſi duplicatam juſto prælio cladem accepiſſent.

Culpam ſi nullam hic agnoſcit Bavarus ſuam, & illa in fortunæ eventum reijcienda eſt, quo colore excuſabitur, quod mox inſcio Cæſare, inſcijs Catholici fœderis ſociis, tum maximè cum ille Ingolſtadij cum iſtis Mindelheimij de bello, communi conſilio gerendo conſultaret Gallis ſuaſoribus Neutralitatem illam (quam ut cæterarum actionum ſuarum vomicam ipſe Dux execrari etiamnum dicitur) ambijt, nulla communis patriæ, nullâ Imperii, ſed ſolâ ſui ſolius conſervandi cura.

Sed caſtigavit ſcilicet fortuna ipſa imprudentiam Conſilii, & Suecus Bavariæ illatus, coëgit penatibus propriis profugum, ad ſacram anchoram, ad Cæſarem & Walleſteinium confugere, à quo ſublevatus, non nihil tamē &

denuò dejectus, cum Raris bona eorũ culpâ, (qui ut ſumtibus parcerent, loci præſidium imminuerant) amitteretur, brevi tamen, opitulante toto exercitu Cæſareo urbis illius victores ſuas adeò rurſus ſtabilire potuit, ut extincto Walleſteinio militaris imperii pars maxima ad eum rediret, & ſeparatum jam habere inciperet exercitum Bavaricarum Imperii copiarum nomine inſignem, quo ille nũc inſtructus, ſuo arbitratu hinc fert leges, inde derogat, & de alienis paciſcitur.

Nordlingenſi victoria res Imperii reviviſcere poterant ſi pari ac Suecus ardore, uſi fuiſſemus eventu rerum, Sed Bavaricus miles, nondum maturo hybernorum tempore hyberna petere occupans, deſtituit in curſu rerum Cæſareum militem, unaque optimas rerum gerendarum occaſiones.

In ſecuta eſt pax Pragenſis, in quâ quanto ſtudio Cæſar egerit, ut ſalva Bavaro Electoralis Dignitas & res partæ eſſent, ne ille quidem ipſemet negabit. Tanti tamen apud eum non fuit, ut poſtea eligendo Imperii Succeſſori gratuitum ſuffragium inoratus ſed inauratus præſtaret.

Deceſſit Ferdinandus II. relictis florentiſſimis copiis, quibus cum milite Bavarico junctis, Gallaſſius Banerium ad maris Balthici oras redegit, ſpesque erat ibi locorum bellum conſtitutum: ſed queſtus eſt Gallaſſius, copiis Bavaricis ad coercendos Haſſos revocatis, optima exercitus parte ſe nudatum deſtitui. Eodem anno, cum Verdenſis alteri copiarum Bavaricarum parti præfectus, Vinarienſem Rhenum transgreſſum, feliciter rejeciſſet; mirari ſubiit, cur non Rheno & ipſe ſuperato, hyberna æquè transfluvium, ac ille quæſierit, auctusque ſic animorum habitus ſubſequentium annorum ſucceſſu.

Nam ut in medio relinquatur, Briſacumne ſervari potuerit, ſi ſerio eam in rem allaboratum fuiſſet, extincto improviſâ morte Vinario, quin Bavari, ſi confeſtim Rhenum transjeciſſent, magnarum rerum occaſionem in manibus habuiſſent, pauci admodum ſunt qui dubitent: ſed cur nec illo, nec ſequentibus annis Bavari unquam ſibi quicquam trans Rhenum negotii eſſe voluerint, id verò multum, & ſiniſtri rumoris & ſuſpicacis ſilentii præbuit;

buit, Eumque, nunc tantopere perſuaſum eſſe vident, pacem à Gallis, non niſi Alſatia & Briſaco conceſſo haberi poſſe, ambigere ſubit, An non ab illis, qui aliena jactura, licet in eâdem navi ſint, ſua conſervare ſatagunt, ultrò Gallis hæ conditiones ſint oblatæ.

Certum eſt, Gallos nō ſincerè cum Domo Bavarica amicitiæ jus quærere, ſed id duntaxat ut ea lactata, & ad ſuas rationes tantiſper, dum Domum Auſtriacam evertant, adjuncta, mox cum ejus voti compotes erunt, illam quoque ſubruant, ſolumque id ei beneficium præſtent, quod Polyphemus Ulyſſi promiſit, ut eam omnium extremam devorent. In ſinu lætantur Galli, cum tot ad eos Literæ, tot Legationes, nuper ipſe Bavaricæ conſcientiæ ephorus commeavit, cùm Oſnabrugenſem, alia ex parte audiunt Tullenſem, & Virodunenſem Epiſcopatus ſomniantem, rident eum, qui ſine ſuffragio populi Ædilitatem populi gerit, & inconſultis trium Circulorum, Franconici, Bavarici & Suevici Statibus, eoſdem Gallicæ protectioni, aut Neutralitati proſtituit, in quam ut Catholici conſentiant, id tamen nunquam facturi ſunt Proteſtantes.

Urbes præſertim liberæ gaudent, ſibi ultrò in manus dari facultatem ulſciſcendi eas, quas interdum cum ex intervallo reſipuerunt Bavari, eis clades intulerunt: præcipuè cùm tam candide, quæ ſua in Bavarū mens ſit, cum ſæpe alias, tum nuper ſine ambage P. Veriaccio Galli demonſtrarunt, Nullam ſcilicet aliam à Bavaro Pacificationem admiſſuros, niſi præcipuis Bavaricæ arcibus ſibi traditis, & uno filiorum dato obſide.

Quam mentem reliquis curis defuncti, domoque Auſtriacâ in ordinem redacta, quin contra familiam Bavaricam Amphiarao etiam vivo, vel mox ſub terras condito, ipſi ſint demonſtraturi, dubitet ille licet, qui adeò ſtudio pacis indormiſcit, ut ne Galli quidem cantum audiat. Omnes Germaniæ Principes pares eſſe Galliæ volūt Galli, aut ſi quid infra pares eſt Cōſulatur Domus Lotharingica, affinitate juncta; quam ut tam longo annorum nexu æque ut olim Burgūdicam Britannicāq; familiam opprimere conantur, ita ſine dubio voti damnabantur, ſi poſſeſſa altrinſecus Alſatia, hinc à Germania, illinc à Gallia; re-

mera

mere poterint; meliorem ne Cōditionem, quam Lotharingus, à Gallis expectare debeant Bavari, tempus, quod quidem ſolùm nunc captari videtur, docebit.

Confeſtim atque confectâ pace Bavaria inermis erit, diſpicient Galli, quem ſuarum virium terminum eſſe velint, nec unquam ipſis juſtus color deerit Fęderis à Bavaris vel repetendi, vel ſuo arbitratu interpretandi, atque adeò immutandi.

Proteſtantes in Germaniâ & vindices eorum Sueci, quem habitum animorum præſtabunt, ſi revulſa à corpore Imperij (cui integro, non decurtato inhiant) Alſatia Bavarus ipſis ſufferendus ſit aut Palatinatus, aut Auſtriæ ſuperioris Dominus, & Gallia inſuper clientelâ tumidus. Aut enim ſtatim ſe in limine opponent, paceque à Gallo emptâ neutiquam illum frui ſinent, aut tantiſper diſſimulabunt, dum eadem Domus Bavarię, quæ Auſtriacæ fuerunt fata, appetant.

Quod ſi Naturæ concedere contingat Sereniſſimum Bavarię Electorem, ætate quâ eſt provectiſſimâ, Bavariaque vel inermis erit, vel deſtituta eius regimine, qui tanta cum prudentia hactenus & armis tutando moderatus eſt; conquerentur hunc pupilli Tirolenſes, pennis ſuis deplumati, & ſua vel reſtitui, vel reſarciri ſibi æquū putabunt. Fortaſſis erit aliqua & de Tutela contentio, fratriſque filios ejus, in quâ ſunt, fortunæ pœnitere incipiet Repetundarum judicium Bavaris Commiſſariis intentabunt Suevici, Bavarici & Franconici Circuli Status. Tum verò quid agent Galli, ſi, ut molliſſimè res gerantur, ad eos ibitur, ut arbitrium & authoritatem Controverſiis interponant; dijudicabunt ſcilicet litem eo eventu, ut victoresque ſimul pareant.

At enim providebunt Bavarię, ut ſemper armati, inſtructique ſint, & vi propulſandæ, & fraudi vitandæ, injurięque prohibendæ: ſed ſuiſne id propriis opibus obtinebunt, an vicinorum, ut adhuc temporis expenſis? Atqui prę ſe ferunt Bavari ad pacem cum Gallo componendam urgeri ſe maximè ſubditorum ſuorum querelis, qui tot tantorumque tributorum militarium oneri pares ſe eſſe ferendo negant; hi ſanè perpetuo militi alendo multò mi-

to minus aſſentient, Si onus hoc in Suevos & Francones ſolos inclinare volent, at neque illi bello ſopito belli nolentes perferent, & ubi aliter ſe explicare non poſſint, Bavaricæ ſervituti Gallicam ſervitutem præferent, mallentque jam dudum potentiori, quam nuper ſibi pari, ſubeſſe.

Cum ſuperioribus annis Palatinus Bohemiæ regnum invaſiſſet, rogatus ſocereus, rex Angliæ ut in poſſeſſione Adventitij regni generum defenderet, negavit eam à ſe morem introduci debere, ut aliena regna invadentibus auxilio ſit; nam idem exemplum poſſe in ſe & in ſuos recidere. Si nunc Bavari æquum cenſent, ut Tirolenſium pupillorum bonis Gallo addictis pacem redimant, videant ne quod Iuris nunc in alium ſtatuunt, procedente tempore eodem & ipſis utendum ſit.

Dicent Bavari, cum tot undique hoſtibus, & ipſo Turca ingruente, nec Domui Auſtriacæ, ne Bavaricæ medium ullum belli ſuſtinendi ſuperſit, ſed extrema neceſſitas urgeat pacis quocunque pacto acceptandæ; Galli verò eam niſi conceſſa Alſatia facere ullo modo velint, fieri aliter non poſſe, quin in eam Conceſſionem conſentiendum ſit. Reſpondetur ſi humano calculo res exigantur, verum id quidem eſſe, ſed ſi æquitas, ſi juſtitia conſulatur, & res Deo, non hominibus permittatur, ſupereſſe viam ex hujuſmodi anguſtiis emergendi. Sed ante omnia neceſſe eſt, ut Bavari conſcientiam propriam hoc piaculo abſolvant, & Quod ſibi fieri nolint, innocentiſſimis pupillis, ut fiat, non procurent. Cum Domino placuerint vitæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem, ajunt Sacræ literæ, ſi Bavarus abdicato propiæ utilitatis reſpectu, in commune patriæ bonum ſenſus ſuos intendat, & ſi pax jactura aliqua omnino redimenda ſit, in eandem jacturam & ipſe aliquid de ſuo concedere velit, ut ſcilicet damni lucrique partes æqua portione inter omnes, quorum intereſt pacem fieri, dividantur, Nemo dubitat, quin Deus aut faciliores ad æquam pacem Gallos ſit facturus, aut pertinaciam eorum condignis pœnis caſtigaturus.

CAPVT

Locatam ad Eſpenanum et Pleſſæum, eoſdem ſalute impertiant, et noſtram mentem, vti ſuperius patet, explicent rogent etiam; vt omnia hæc ad Maieſtatem Chriſtianiſſimam referant, voluntatemque et mandata regia auferant, adeòque nobis impetrent fiduciarios regios quibuſcum agere liceat de rebus præſentibus.

Nos quidem poteſtatem damus Deputatis illis noſtratibus, cum regiis adventuris concludendi & ſignandi eas tabulas, Contractus et promiſſa, quæ neceſſitas poſtulabit, modo ea omnia in eum finem contendant, ut ipſi ab oppreſſionibus quas quotidie ſuff runt, liberentur; adeò vt generaliter agant in præſenti negotio, circumſtantijs et appendicibus, quemadmodum nos ipſi, ſi præſentes eſſemus, agere quiremus, tametſi caſus aliquis requirat mandatum aliquod ſingularius, quam in his ipſis literis contineatur, per quas vtique promittimus ſincere et bona fide firma fore et ſtabilia, quæcunque in hoc negotio fuerint acta, promiſſa, conventa conſtituta à noſtris Deputatis, vt ea obſervemus, adimpleamus, & cuſtodiamus inviolabiliter, neque unquam in ea impingamus peccando, quocunque modo aut ratione, ſed omnia habeamus rata, vbi opus fuerit.

Factum Barcynone, ſub ſigno Conſiſtorij & ſub ſignatura noſtri Amanuenſis, die vltimo Martij, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo.

CAPUT

tem per totannos continuatam, ubi quæcunque inſtituta pacis toties per Nuncios Pontificis Maximi interpoſita, apud Hiſpanos nullum locum invenerunt, unde nihil expeditius viſum, quàm arma in ipſorum viſcetibus concutere, ut ſic tandem redigantur in ordinem, vicinis amiſſis, quos turbare ſolebant, ignemque diviſionis per omnes partes Orbis Chriſtiani ſpargere.

Hinc à Majeſtate regiâ propoſitiones illæ benignè ſunt auditæ, & nobis poteſtas ex ipſius voluntate per literas authenticas collata, ad tranſactionem præſentem ſocietatis & Hermandati perpetui conficiendam cùm Deputatis à Cõſiſtorio Principatus Catalaunici, & Comitatus Ruſſiliani, quantum in poteſtate Catalaunorum eſt ſitum. Rem verò poſt plurima colloquia abſoluimus in has leges.

I. Ut Principatus poſſit ſeſe aſſerere adverſus oppreſſionem, quæ intentatur, & ſemet reſtituere in certam fruitionem priſcarum Conſtitutionum & privilegiorum, promittimus nos nomine majeſtatis Chriſtianiſſimæ, datum iri ipſis Viros armorum ſcientiâ probatos, qui præſint ipſorum Copiis tum equeſtribus, tum pedeſtribus, etiam rei tormentariæ, quemadmodum deſiderant.

II. Promittimus etiam nomine Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, datum iri ſex millia peditum & duo millia equitum, ad uſus ſuperiores.

III. Promittimus præterea regiam majeſtatem ipſis daturam arma & Apparatum belli, modò æquum adnumeretur pretium ſecundum æſtimationem peritorum.

IV. Propterea Deputati Principatus Catalaunici jurant & promittunt, tum ſuo quàm Comitatus Ruſſiliani nomine, quantum videlicet Catalauni ex eo Comitatu tenent, ſeſe nunquam præſtituros ullas ſuppetias, favorem aut auxilia ulli omnino mortalium, qui in eum aliquid ſiniſtri moliatur; ſeſe nunquam receſſuros ab ullo articulo tranſactionis præſentis, quomodocunq; tandem cùm Rege Hiſpaniæ in cæteris conveniant; promittunt verò in contrarium, ſeſe conditiones iſtas cuſtodituros & obſervaturos eſſe omnes inviolabiliter.

V. Promittimus autem & Nos, regium patrocinium ex omni potentia, ut Catalauni frui poſſint juribus ſuis & immunitatibus.

VI. Promittimus prætereа, regem nihil auſurum contra Perpinianum, ſalſas, Colicbram, Elnam & alia loca, niſi ex compoſito & conſenſu Catalaunorum.

VII. Deputati Principatus Catalaunici promittunt nomine ſuperiori præbere annonam & proviſionem per Catalauniam exercitibus maritimis regiis, eâ tamen lege, ut nefas ſit claſſiariis in ullo portu facere excenſionem, præter provinciæ lubitum: duces tamen poterunt excendere, navibus ad ictum majoris tormenti à Continente remotis.

VIII. Nobiles, Cataphracti, & alii viri alicuius notæ, magiſter equitum & ſummus dux peditum accipient ſtipendium, uti fuit auctum à principatu, aſſentientibus Eſpenano & Pleſſæo Beſanſonio in tabulis ſingularibus.

IX. Catalauni prænumerabunt iſtis copiis quemlibet menſem, ſex regalibus diurnis in equitem, & duobus in quemlibet peditem erogatis.

X. Miles Gallicanus, ſi fortè Catalaunici cum hoſtibus redirent in gratiam, reducendo fuerint omni ſecuritate in Galliam, accipiet etiam menſtruum ſtipendium, præter operæ pretium, ut commodius ad ſua queant redire, pro more militari.

XI Et ut Principatus habeat proviſionem armorum ſufficientem, apparatum belli, & alia neceſſaria, majeſtas Chriſtianiſſima dabit permiſſionem exportandi ea ex Gallia, pro ratione neceſſitatis.

XII. Novem illi, qui in Galliam ratione obſidum ſunt miſſi à Principatu, id quod in nomine regiæ majeſtatis promittimus, regredientur in Catalauniam, quamprimũ, alii ipſis ſucceſſerint eiuſdem authoritatis & generis.

XIII. Quando verò duces, & milites revertẽtur in Galliam in Catalaunia tamen commorabuntur aliqui præfecti militares, ad majorem ſecuritatem obſidum Catalaunorum in Gallia, qui reddentur in ipſo limite, eodem prorſus tempore, quo obſides in Catalauniam tranſibunt.

In quorum fidem nos præfati Commiſſarij ex virtute noſtrarum poteſtatum ſignavimus præſentes has

has literas noſtro ſigno ordinatio, fecimusque appendi noſtra inſignia.

Actum Locatę, quinto decimo die Auguſti, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo.

Inſtructio Commiſſariis regiis data ad articulos eos, quos rex vult in tranſactione Confœderationis cum Catalaunis extare.

Vbi rex intellexit iteratam petitionem, Eſpenano, Campiductori & gubernatori Locatę factam ab Alcide Semenesio, præfecto vigilum Batcynon:; & poſtmodum à Franciſco Villpiano, arbiter militiæ per principatum Catalauniç in expeditione itidem iteratam Eſpenano & Pleſſço Beſanſonio, Structori aciei regio, à Raymundo Guymerardo, prout negotij ſingularem habebat poteſtatem à Conſiſtorio Principatus Catalaunici vt regię maieſtati luberet ipſis pręſtare ſuppetias & auxilia, tanquam bonis vicinis, qui ſemper coluerint benevolentiam cum ſubditis ipſius adverſus oppreſſionem meditantes,

Vt lubeat in eum finem maieſtati regię dare ducem & viros rei militaris peritos, qui preſint omnibus ipſorum viribus, magiſtrum equitum, magiſtrum rei tormētariæ, & magiſtros mechanicæ militaris, preter ſex millia peditum & duo mill a equitum, arma & apparatum belli pro neceſſitate, adnumerato pretio. Vnde ob hoc teſtimonium regiæ benevolentiæ obtulerint perficere tranſactionem ſocietatis cum Gallia, qua Principatus Catalauniæ obligetur gratitudinis ergò ob præſtita hæc ſubſidia, ad æquas conditiones, à maieſtate Chriſtianiſſima conſtituendas.

Cum igitur rex conſideret, poſtquam divinæ libuit providentiæ, permittere bellum apertum inter duas Coronas Galliæ & Hiſpaniæ, quod iam tot annos ſerpit, cum omnes omnino interceſſiones pacis amore toties inſtitutæ per Nuntios Pontificis Maximi, non potuere obtinere ab Hiſpanis, ut pacem ſectarentur, nihil adeò promtum viſum eſt, quam arma in ſuam ipſorum provin-

ciam redigere,& à turbandis vicinis abſtinere, ne porrò incendii fovillas per Orbem Chriſtianum ſpargant.

Hinc regi non ingratæ iſtæ propoſitiones, adeò vt cenſuerit præſentem hanc inſtructionem ſuis Deputatis omninò concinandam, vt ſuam voluntatem eò rectius intelligant, & ampliſſimè inferant tranſactioni & Hermandato perpetuo; quod firmabitur cum Principatu Catalauniæ, Comitatu Sadænæ, locis ex Commitatu Ruſſiliano; quæ in poteſtate Catalaunorum, ad terminos & conditiones ſequentes.

I. Primò ut Principatus ille facultate deſtituatur ſibi ipſi conſulendi adverſus oppreſſionem, quam metuünt intentatam; quin imò ut queant reſtituere ſeipſos in uſum fructum minime ancipitem Conſtitutionum & privilegiorum, quibus antiquibus vivebant; majeſtas Chriſtianiſſima ipſis præſtabit præfectos militares, qui ducant copias utriuſque militiæ terreſtris cum re tormentaria quemadmodum eos petiverunt.

II Rex dabit ipſis ſex millia peditum & duo millia equitum in finem ſuperius dictum.

III. Rex ipſis arma & apparatum belli dabit juſto pretio.

IV. Quapropter Principatus Catalauniæ, & loca ex Comitatu Ruſſiliano, quæ ſunt, & poſthac erunt in poteſtate Catalaunorum, jurabunt & obligabuntur nullas unquam ſuppetias, favorem, aut auxilia cuiquam mortalium præſtare adverſum illa; neque unquam diſcedere ab ullo articulo iſtius transactionis, quacunque demum ratione ingratiam cum rege Hiſpaniæ redire detur; è contrario promittunt eos obſervare & cuſtodire univerſos inviolabiliter.

V. Rex proteget Catalaunus in juribus ipſorum & immunitatibus.

VI. Rex nihil tentabit adverſus Perpinianum, Salſas Coliebram, Elnam & alia loca, niſi ex compacto cum Catalaunis inito.

VII. Exercitibus regiis navalibus fas erit neceſſaria ex Catalaunia coëmere, ſed claſſiarijs nefas erit excendere in Continentem ex quocunque portu, ſine conſenſu popularium, id quod præfectis militatibus permittatur

naves:

paces autem militares extra ictum tormenti grandioris ſtabunt remotæ.

VIII. Catalauni prænumerabunt ſtipendium iſtis copiis per ſingulos menſes, ſex regalibus diurnis in equites ſingulos, & duobus in pedites ſingulos erogatis.

IX. Miles gravis armaturæ; & præfecti alij rei militaris magiſter equitum, tum peditum accipient ſtipendium, quod decreverit Principatus cum Eſpenano & Pleſſæo Beſanſonio, ad rationem compoſitam.

X. Miles Gallicanus, Catalaunis forte ad compoſitionem digreſſis, reducetur quam tutiſſimè in Galliam, adnumerato ſtipendio menſtruo, præter illud operæ navatæ, ut commodius poſſit redire ad ſua, pro conſuetudine militiæ.

XI. Et ut Principatus abundet proviſione armorum, apparatu belli & aliis rebus neceſſarijs, majeſtas Chriſtianiſſima permittet, ut ea omnia ex Gallia capiantur, pro ratione neceſſitatis.

XII. Novem autem illi, qui loco obſidum miſſi ſunt in Galliam à Principatu, poterunt bona cum veniâ majeſtatis Chriſtianiſſimæ, redire in Catalauniam, aliis ejuſdem generis & authoritatis, redire in locum ipſorum ſuccedentibus.

XIII. Quando verò ducibus & copiis majeſtatis Chriſtianiſſimæ redeundum fuerit in Galliam, certus numerus ducum reſtabit in Catalaunia, ad aſſerendos Catalaunorũ obſides in Galliam miſſos, qui tamen reddetur in ipſo limite eo ipſo quo obſides pedem transferent in Catalauniam tempore.

Damus igitur de iſtis articulis in inſtructione ſuperiori comprehenſis poteſtatem Eſpenano & Pleſſæo, negotiandi atque tranſigendi cum Deputatis ex Conſiſtorio Principatus Catalaunici, debitè fundatis in plenâ poteſtate, per Conſiſtorium illud ipſis collata.

Actum quinto decimo die May, anno milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo.

CAPVT XLIII.

Pacta Confæderationis & Societatis inter Ludovicum XIII. regem Galliæ & Navarræ; atque Chriſtinam reginam Sueciæ, inita Hamburgi, anno 1641. die 30. Ianuarij.

SEreniſſimi ac Potentiſſimi Principis ac Domini, Domini Ludovici, hujus nominis Decimi tertii Galliæ & Navarræ regis Chriſtianiſſimi Conſiliarius Status, utriuſque Ordinis Commendator, ac per Germaniam extraordinarius Legatus Claudius de Meſmes, Eques, Comes de Auaux; Conſtare volumus univerſis & ſingulis, quorū intereſt, quod emenſe fæderis ſpatio, inter ſuam ſacram regiam majeſtatem & Sereniſſimam Principem ac Dominam Chriſtinam, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque deſignatam reginam, & principem hæreditariam, magnam principem Finlandiæ, Ducem Eſthoniæ & Careliæ, Ingriæque Dominam, & regnum Sueciæ, ante triennium initæ, cùm etiamnum hoſtes pacem impediant, ſejungendi, qui in belli ſocietatem venerunt, fruſtrandiſque unicè intenti, ne & vana impoſterum ſpe quieti publicæ illudant, ubi regnorū amicitia, & conjunctio, nullis temporum intervallis diſtincta nullum ſubinde ſeparationi locum reliquerit. Utrique majeſtati viſum eſt, pactis armisque inſiſtere, donec tuta & honeſta pax utrique regno, Fæderatisque omnibus parta & conjunctim ſtabilita fuerit.

Facta igitur nobis poteſtate cum illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Iohanne Salvio, hæreditario in Adesburg, Offuverbii & Tulingæ, Sereniſſimæ reginæ Suecicæ Conſiliario Secretiori, Aulæ Cancellario & in Germaniam legato, de re tota tranſigendi, ac ſi quas prædicti fæderis leges movere, mutare ve conduceret, ſtatuendi, id ſequentibus Articulis mutuo conſenſu, conſilioque expreſſimus,

I. Tra-

I. Tractatus fœderis, ad diem ſextam menſis Martij, anno ſupra milleſimum, ſexcenteſimo trigeſimo octavo inter Chriſtianiſſimum regem regnumque Galliæ, & Sereniſſimam reginam regnumque Sueciæ, Hamburgi concluſus; ſervetur utrinque, in omnibus & ſingulis ſuis clauſulis, ad pacem uſque univerſalem, niſi quatenus hic ab illo diſcedit.

II. Catholici per Germaniam, in primis Eccleſiaſtici, ſuæ religionis exercitio, ſuiſque bonis ac redditibus ex conſtanti priorum fœderum tenore, abſque impedimento, aut perturbatione fruantur quod idem quoque de Proteſtantibus dictum eſto.

III. Auxiliares pecuniæ in poſterum ad millenas libras duodecies centiesâ Chriſtianiſſimo rege quotannis durante bello, reginæ Sueciæ repræſententur, ſed in monetâ Imperiali, ſolvendo pro dicta ſumma quadringenta & octoginta millia Imperialium thalerorum, idque Hamburgi in Banco ducenta nempe & quadraginta millia thalerorum imperialium, ad diem ultimum Iunii, pro tribus exactis menſibus, & tribus ſecuturis, totidemque ad diem ultimam Decembris cuiuslibet anni, anticipatâ ſemper menſium trium ſolutione.

IV. Si de univerſalibus plurium annorum induciis cum hoſte tranſigi poterit, æquis & commodis conditionibus tranſigatur. Iis durantibus, fœdus hoc quidem vigeat valeatque; ceſſet tamen promiſſum ad levanda belli onera ſubſidium, & ſuſtentandis præſidiis copiiſque, quas Regina Sueciæ interim retinuerit. Rex ei ſuum gratificandi animum nullis non temporibus teſtaturus, trecenta thalerorum Imperialium millia quotannis Amſtelrodami in Banco numerari curabit: huius vero induciarij ſubſidij ſolutio ſicut bellici, bipartita eſto, ijſdemque terminis ac diebus, ultimâ ſcilicet Junij, atque ultima Decembris fiat.

V. Quod ſi dictæ induciæ vel ab adverſa parte ſub quocunque prætextu ita violentur, ut compellata nolit damnum & iniuriamve ſarcire, vel præter vota fęderatorum infecta pace exeant, tum utroque caſu, ſumtis denuò armis, ſua vis huic fęderi omni ex parte & auctoritas

conſtet,ac nullæ interceſſiſſent induciæ, idonec per tractatum pacis vniuerſa tranquillitati publicæ ritè proſpectum ſit.

VI. In pactione induciarum vtrinque collaboretur,ut illuſtriſſimi Duces Braunsvico-Luneburgici, Illuſtriſſima Landgravij Haſſiæ vidua, et quicunque porrò principes aut ſtatus Imperij ad fœdus acceſſerint, commodas ſibi quoque conditiones obtineant.

VII. Cum per hoſtes demum licuerit pacem vel inducias conjunctim tractare, ne tàm optandæ rei moram afferat longior locorum diſtantia, talia eligantur loca, quæ pauci ab invicem miliaribus diſſita, commoditatem præbeant, ſine mora, periculo aut difficultate communicandi, qualia ſunt Monaſterium & Oſnabruga, aut ejusmodi ferè intercapedinis alia.

VIII. Pro expeditiori tanti negotii exitu, vtriusque partis præſidia durante congreſſu, ex omnibus tractatuum locis amoveantur; illis tamen rurſus ni pax ſucceſſerit ſtatim inducenda.

IX. Pacta hæc, pro credita nobis authoritate concluſimus, recipimusq; fore, ad quem modum ſe habent, vt eodem planè firmata à regibus noſtris & ratihabita intra menſes duos vtrinque commutemus.

In quorum omnium fidem præſentes manibus & ſigillis propriis munivimus, Hamburgi, vltimâ die menſis Junij anno 1641.

CAPVT. XLIV.

Transactio facta inter Cardinalem Richelii pro Rege, & Ducem Lotharingiæ Lutetiæ Pariſiorum anno 1641. *die* 29. *Martii.*

VEra pœnitudo Ducis Caroli Lotharingii ſæpius teſtata eſt Regi, quàm perverſa coquat in præcordiis inſtitu

inſtituta, quod à decem aut duodecim annis erga Majeſtatem Chriſtianiſſimam patuit, præter quam quod ſupplex in propria perſona petiit ſibi remitti & condonari quicquid deſperatio ipſum adigere potuerit tum dicere tum facere in detrimentum reverentiæ, qua agnoſcit Regi à ſe deberi; adeoque fiduciam, quam præſtat, ſeſe nempè in poſterum cauſam ſuam huic coronę inſeparabiliter annexurum: Eà Maieſtatis Chriſtianiſſimę apud animum id valuere, vt libenter deduceretur ad ſenſa Chriſtiano digna & ad motus gratię, quos Deo placuit immittere.

I. In qua conſideratione, quemadmodum Benignitatem DEI implorat humiliter de abolendis ſuis offenſis, oblivioni tradit ex bono corde omnes illas à Duce hactenus commiſſas

II. Poſtquam autem Dux obligatur, quemadmodum id fit per hanc pręſentem tranſactionem, & ipſius & Succeſſorum nomine, etiam eorum, qui in poſterum actionem ſunt habituri, tum fervente curſu iſtius belli, tum pace conſtante, inviolabiliter adhęrere emolumento iſtius Coronę, neque vllam colluſionem ſervare cum domo Auſtriaca, & aliis hoſtibus iſtius Coronę, aut cum quocunque demum, qui poſſet turbandi proſperitatem Regię cauſę conſilia agitare, poſteaquam Dux ſeſe abdicaverit omnibus negotiationibus, quę interceſſerint ipſi cum quoquam, in quantum impingunt in tenorem ipſius tranſactionis.

III. Conſentit Majeſtas Chriſtianiſſima ipſum reſtituere in poſſeſſionem Ducatus Lotharingici, & Barri, qui a Corona hac dependet, de quo etiam impręſentiarum fidem et homagium præſtabit regi, ſic etiam in eam cæterorũ ſtatuum, quibus fruebatur ante hac, exceptis tamen iis quæ ſequuntur.

IV. Primo excipitur Comitatus & munimentum Claremontii cum omnibus dependentiis, & appendicibus, vt in poſterum maneant vnita Coronæ in perpetuum.

V. Deinde loca præfecturæ & terræ Iameſij ac Stenææ, quæ itidem relinquentur Maieſtati Chriſtianiſſimæ & ſucceſſoribus regibus, in perpetuum propria, cum omni cenſu eorum, pagis & diſtribibus annexis.

VI. Denique & vrbs ipſius Dunum cum ſuburbio, quæ pariter propria fuerit in poſterum regis, & ſucceſſorum ipſius.

VII. Tandem Vrbs Nanceium relinquetur in manibus regis ratione depoſiti, durante hoc bello, ut eadem reddatur Duci intra eum annum, qui pacem nobis concludet, cum pagis ſuburbicarijs, qui itidem relinquentur in manibus & in diſpoſitione maieſtatis Chriſtianiſſimæ, vt commodius ſubſiſtat vrbs, quamdiu rationem depoſiti ſuſtinebit.

VIII. Conſtitutum eſt, vt Marſalium ſolo æquetur, antequam Duci reddatur, adeò ut nullo vnquam tempore fas ſit illa munimenta reſtaurare.

IX. Convenit etiam, vt Commercia vigeant libera inter Status, in quos rex reſtituit Ducem, & inter illa loca, quæ relinquantur majeſtati Chriſtianiſſimæ, ſive propria, ſive ſequeſtra tantummodo, ad eandem rationem proprium, adeò vt quæcunque ſunt neceſſaria ad ipſorum conſervationem à Duce recuſari nequeant, aut à ſubditis ipſius intervetti, modò pretium vulgare præbeatur, ſecundum mercimonia illorum Statuum.

X. Dux dabit liberum tranſitum per ſuos Status omnibus omninò copijs regijs, quas maieſtas Chriſtianiſſima tranſmiſſura eſt ſive in Alſatiam aut in alia loca Germaniæ, ſive in agrum Luxemburgicum, aut Comitatum Burgundiæ, quinimò præbebit forum annonarium, rege ad pretium vulgare provinciæ ſatisfaciente.

XI. Convênit prætetea, vt Dux impræſentiarum conjungat omnes ſuas copias, quæ ipſum nunc comitantur, quemadmodum & vniverſas reliquas, quas vel in poſterum habebit, cum copijs regiis: vt ipſæ ſacramentum dicant regiæ maieſtati de bonâ & fideli operâ præſtanda ſub authoritate Ducis, erga omnes & adverſus quoſvis quibuſcum jam bellum geritur, vbicunque locorum, & quacunque ratione id regi videbitur: ipſæ autem copię Lotharingicę in poſterum par recipient ſtipendium cum regiis, per tempus expeditionis, eâ tamen lege, vt hyberna in agro Gallicano ne capiant, ſed ſolummodò in Statibus Ducis, aut in provinciâ hoſtili.

XII. Con-

XII. Conſtitutum eſt, ut ne liceat *Duci* ullas copias admovere, aut in ſtationibus collocare, propè Nanceium, niſi ultra quintam leucam, quam diu locus ille fuerit in manibus regis.

XIII. Quoniam majeſtas Chriſtianiſſima reſtituit Ducem in ſuos Status, uti ſuperius dicitur, plurimæ lites, quæ fuerant definiendæ ante bellum, ob rationes longè diverſas earum relinquentur definiendæ ipſi cum Galliâ, ſed tamen per viam amicabilem, proximo, quoque tempore.

XIV. Quoniam verò ex eo tempore, quo rex occupavit Lotharingiam, magnus numerus provincialium majeſtati Chriſtianiſſimæ dederunt operam, ex tenore ſacramenti, quod ab illis exegit; Convenit, ut ne Dux illis ideò malè cupiat, aut quicquam vindictę ingerat, ſed ut eos pari ſenſu eum probis & veris ſubditis habeat, quibus & nomina & redditus debitos ex Statibus ſuis ſolvat: id quod regia majeſtas adeò ſingulariter deſiderat, ut niſi fiduciam poneret in fide, quam de hoc articulo dux interpoſuit, nunquam indulſiſſet duci, quæ hac tranſactione comprehenduntur.

XV. Convenit etiam ut ne liceat *Duci* ullam mutationem inferre proviſionibus beneficiorum, quæ à rege ſunt collata uſque ad hunc ipſum diem tranſactionis adeò ut ij, quibus proviſio obtigerit, relinquantur in tranquilla poſſeſſione & fruitione eorum, *Duce* nihil impedimenti interponente, aut degradationem audente, quin imò perget majeſtas Chriſtianiſſima diſponere de benificiis Urbis Nanceij, quamdiu illa reſtabit in manibus depoſitarij, conſtitutione illorum beneficiorum nihil immutata.

Munia juſtitiæ criminalis per urbem Nanceium relinquentur itidem diſpoſitione majeſtatis Chriſtianiſſimę, ut viri iis inſtructi independenter officium faciant per urbem & ſuburbicaria loca, ubi maieſtas Chriſtianiſſimæ conſentit, ad translationem Balivatus, quem Dux Nanceio ademptum, alia conferat pro lubitu, ad definitionem omniũ litium, quæ ſolebant di iudicari in Balivatu Nanceiano, præter eas, quæ ſuperius recenſitæ excipiuntur.

XVI. Conſtitutũ etiam eſt, ut ne Dux queat ullũ hominem Nanceii cum authoritate habere, ſuo nomine niſi

niſi qui recipiat redditus domini, cui tamen numeri Gallum præficiet, qui tamen regi non ſit in gratus.

XVII. Conſtitutum prætetea, ut confiſcationes, quæ à rege ſunt aliquibus collatæ, ob arma hoſtilia, valeant quoad uſum fructum redditum, qui ex illis bonis colliguntur, uſque ad diem præſentis transactionis; modo illi, quorum bona fiſco fuere addicta, deſinant operam navare hoſtibus majeſtatis Chriſtianiſſimæ, quo uno caſu reſtituetur in poſſeſſionem & fruitionem ſuorum bonorum, ſic tamen, ut ij, qui uſum fructuum ex virtute illarum donationum obtinuerunt, ne queant inde conveniri aut inquietari ullo modo aut ratione, nulla denique de cauſa.

XVIII. In hac tranſactione nihil dicitur de lite, quæ verſatur inter Ducem, & Dominum Nicolaum Lotharingicam & filiam defuncti Ducis Henrici, de matrimonio ipſorum, cùm definitio ejus purè dependeat à tribunali Eccleſiaſtico & Pontifex maximus, apud quem partes litem inſtituerunt, jus ipſis ſit dicturus ex ratione juſtitiæ, Dux tamen dabit interea ei ad formam alimentationis centum viginti millia librarum monetæ Gallicanæ, in ſingulos annos: & ut ſolutio reverà præſtetur, conſtitutum eſt. ut ea ſumma centum viginti millium librarum quolibet trimeſtri fiat ex collectis Barrenſibus, & illis non ſufficientibus, ex ſalinis Roſidreſiis, & domino utili Nanceij, adeò ut prænumerentur in manus cujuſcunque, quem majeſtas Chriſtianiſſima denominabit, & qui eandem deferat ad Dominam Nicolaam Ducem Lotharingiæ.

XIX. Superiora fuêre conſtituta inter Cardinalem Ducem Richelii, pro rege, Ducem Lotharingiæ, qui promittit, ſeſe ſervaturum omnia contenta iſtius tranſactionis, eâ fidelitate & firmitudine, ut etiam conſentiat, poſtquã per eandem relinquit regiæ Majeſtati, ut eò inſeparabilius unitus perſiſtat Coronæ, quod reliquum eſt provinciæ, & rex reddit, & poſt pacem confirmatam reſtituet, devoluatur ad eandem Coronam, ſi quicquam peccet in tenorem iſtius transactionis, quacũque ratione aut modo.

Factum

Factum Luteciæ Pariſiorum, die 29. Martii anno 1641.

Articuli ſecretiores, inter Cardinalem Ducem Richelij pro rege; & Ducem Carolum Lotharingiæ tranſacti, ut habeant eandem vim cum tranſactione per hunc ipſum diem inter ipſos confectam.

Quamvis per tranſactionem hoc ipſo die confectam, inter Cardinalem Ducem Richelij, pro rege, & Ducem Carolum Lotharingiæ, nulla fiat mentio munimentorum, quæ circumdata ſunt Nancero, ut prius complanentur, quàm urbs gemina poſt pacem reſtituatur in manus Ducis; his tamen præſens articulus ſecretior fuit conſtitutus, ut conſtet certò, majeſtatem Chriſtianiſſimam nolle reſtitui urbem geminam Duci, niſi poſt munimenta complanata; quamvis etiam Dux humillimè ſupplicaverit regiæ majeſtati, ut aliam mentem induceret, Dux utique voluntati Majeſtatis Chriſtianiſſimæ ſeſe permittit, ut quicquid videbitur inde fiat.

Cumque nihil æquè ac temporis diuturnitas fiduciam pactorum comprobet, quam actiones Ducis præteritæ ademerunt regiæ majeſtati, convenit, ut quotieſcunque Dux non adfuerit majeſtati Chriſtianiſſimæ, aut ad aliquem exercitum ex ipſius diſpoſitione, non commoretur Lunævillæ, ut Nanceio nimium viciniæ; ubicunque verò Statuum ſuorum habitet, talem ſeſe gerat, ne illi, quibus commiſſa ſunt loca, regi aut propria facta, aut in depoſitum tradita, nullam occaſionem juſtæ ſuſpicionis capere poſſint. Convenit etiam, ut Dux ſingulis annis curet præberi ex ſylvis & ſaltibus ligna ad omnes præſidiorum ſtationes Nanceii neceſſaria, aut ſaltem patiatur ea cædi & advehi ex mandato illius gubernatoris, quem rex Nanceio imponet.

Superiora fuêre conſtituta inter Cardinalem Ducem Richelij, pro rege, & inter Ducem qui promittit, ſeſe & ſerva

di, convenêre cum iiſdem legatis, qui itidem pari ſunt inſtructi poteſtate, à rege ſuo portugalliæ, in conditiones ſequentes.

I. Pax in poſterum conſtabit & perpetua ſocietas inter reges Galliæ & Luſitaniæ, ipſorum adeòque regna, provincias, maria, portus & ſtationes.

II. Promittunt reges iſti bona fide, ſeſe nulla omninò ſubſidia militis, pecuniæ, apparatus bellici, armorum, aut annonæ præbiturum hoſtibus alterutrius, adverſus quos impræſentiarum bello implicati certant, neque directè, neque verò indirectè.

III. Domini Ordines Generales Provinciarum unitarum in Belgio admittentur ad hanc ſocietatem eis conditionibus, quę cum ipſis tranſigentur.

IV. Fervente hoc ipſo bello, quod maieſtas Chriſtianiſſima gerit adverſus regem Caſtiliæ, quodque potentius continuabit, rex Luſitaniæ aget ex ſua parte continuò adverſus eundem regem, invadetque eum ex omnibus viribus ſuis, terra marique.

V. Ut autem id rectius fiat, Maieſtas Chriſtianiſſima conſentit jungere ſub finem menſis Junij, viginti naves probè inſtructas & armatas, cum viginti Gallionibus regis Luſitaniæ, quas illius Legati promittunt nomine regis, domini ſui, ad id temporis momentum fore præſtò probè inſtructas & armatas, tanquam vela facturas: minimæ illarum ferant trecenta dolia, ut utraque claſſis firmata inſuper aliis viginti navibus, quas Ordines Generales debent ratione auxiliorum regi Johanni cum invadet claſſem caſtilianorum, ex indiis redeuntem, & provincias ipſius, ubicunque videbitur commodum, incurſabit.

VI. Hoc tamen ſenſu, ut eędem naves tum Luſitaniæ, tum Ordinum Generalium primas deferant thalaſſiarchæ Gallico, ipſi debitas, cum ipſo imperio. Quod ſi claſſis Caſtiliana capiatur, captam ex æquo partientur Confęderati.

VII. Si proximo biennio & duo reges & Ordines Generales cenſeant, idem aut per inſtitutum perurgendum, ex communi utique ſententia id fiet.

VIII. Li-

VIII. Liberum fuerit commercium inter illa regna & Status duorum regum, ſicuti tempore priſcorum regum in in Luſitania, adeò ut fas ſit illorum ſubditis negotiari & mercari per omnem ſecuritatem invicem, tanquam ſolet inter amicos & ſocios, nullo interjecto impedimento, ſed omni genere protectionis & ſubſidij ad negotiationem præſtito, etiam ubi opus fuerit, tranſigetur utrinque de privilegiis & libertatibus ampliandis.

IX. Majeſtas Chriſtianiſſima permittet, ut liceat Luſitanis exportare ex ſuis regnis, Statibus, Portubus & Stationibus in regnum Luſitaniæ quævis genera armorum annonæ & apparatus bellici, in uſus commodum regni illius ſolummodò, quemadmodum etiam rex Luſitaniæ permittet, ut ſubditi Majeſtatis Chriſtianiſſimæ queant exportare ex ſuis regnis quæcunque neceſſitas ipſorum requiret.

Articuli ſuperiores ſignati ſunt nomine regis Chriſtianiſſimi per Dominum Segerium, Equitem, Cancellarium Galliæ; Dominum Buthilerium Commendatorum magnum theſaurarium utriuſque Ordinis regii, & procuratorem ſummum fiſci Gallicani; & Dominum Buthilerium, chavinium, etiam Commendatorem, magnum theſaurarium utriuſque Ordinis regii, ſecretarium Status, & mandatorum: Tum nomine regis Luſitanici per Franciſcum de Mello Conſiliarium regis, & Venarionum magiſtrum; Antonium Coelho de Carvallo itidem Conſiliarium regis & Parlamenti ſupremi, legatos ad majeſtatem Chriſtianiſſimam: ratihabebuntur autem reſpectivè per reges Galliæ & Luſitaniæ intra quartum menſem.

Factum Lutetiæ Pariſiorum, Calendis Junii, anno 1641.

Signatum:

SEGUERIUS.

BUTHILERIUS.

Signa-

Digitized by Google

Signatum.

Segueriuſ
Buthileriuſ
Buthilerius

Quamvis in hiſce pactis publicis, hoc ipſo die initis inter Commiſſarios Regis Chriſtianiſſimi, & legatos Regis Luſitanici, quod fieri poſſit in favorem Regis Luſitanici ſi forte Rex & fœderati concludant pacem cum Domo Auſtriacâ, Rex tamen Chriſtianiſſimus ex animo generoſo nihilominus voluit certum reddere Regem Luſitaniæ, fratrem ſuum optimum, ſeſe, ubi ad concluſionem in negotiatione pacis pervenerit, omnem operam inſumpturum; ut integrum relinquatur, ipſi ſemper in prætentionibus juſtis auxiliari, modo fœderati majeſtatis Chriſtianiſſimæ velint ſecum ſubire eandem obligationem; eo nempè ſenſu, ut per eum caſum Rex Luſitaniæ obligetur nullã prorſus tranſactionem inſtituere cum Rege Caſtiliæ, ſine conſenſu Regis & fœderatorum.

Articulus iſte ſecretior ſignabitur nomine Regis per Dominum Cardinalem Ducem Richelii, & nomine Regis Luſitanici, per Dominum Franciscum De Mello & reſpectivè ratihabebitur per Majeſtatem Chriſtianiſſimam, & Regem Luſitaniæ, intra quartum menſem.

Factum Lutetiæ Pariſiorum, Calendis Iunij, anno 1641.

Signatum.

Seguerius.
Buthilerius.
Buthilerius.

Signatum.

Seguerius.
Buthilerius.
Buthilerius.

memor, quantum eo nomine majeſtati Chriſtianiſſimæ deberet, facilè intelligebat, quanto progreſſu ſuppetiæ illæ copias ſuas eſſent cumulaturæ ad emolumentum cauſæ communis, et promotionem honeſtæ ſecuræ et generalis pacis. Hinc itidem deſideravit renovare pacta ſocietatis cum majeſtate Chriſtianiſſima, de quibus conventum eſt cum Rudolpho, ſecundum articulos ſequentes.

- *I.* Convenit et conſtitutum eſt, ut pacta Confœderationis, anno 1636. inita, ſuſtineantur in omnibus ſuis punctis et articulis, præterea, quæ hac tranſactione nunc deroganþur —

II. Convenit itidem ut Catholici et proteſtantes conſerventur in libero exercitio ſuę religionis et in fruitione ſuorum bonorum.

III. Rex, ut Reginæ Sueciæ ſuppeditet facultatem ſuſtinendi aliquanto facilius ſumptus, quos tenebitur facere ad perficienda facinora gravia, ad hoſtes communes, frangendos, et in eum ordinem redigendos, ut pacis ſubeant conditiones æquiores, Majeſtas Chriſtianiſſima curabit ipſi adnumerari quotannis duodecies centena millia librarum, quamdiu bellum fuerit gerendum.

IV. Permiſſum ſit unicuilibet eorum agere de induciis cum hoſte, ſi fieri poſſit; ita tamen ut illis conſtantibus Rex adnumeret ſingulis annis Reginæ Sueciæ treceta millia thalerorum Imperialium.

V. Vbi induciæ non ſerventur à parte adverſa, aut expirent pace nondum conſtituta, transactio hæc renovabitur et obſervabitur, uti prius.

VI. Vbi agetur de induciis, Rex & Regina Sueciæ id dabunt operã, ut ſocii obtineant conditiones, ipſis commodas, & nominatim Duces Brunsvicenſes, & Lunæburgenſes, & Landgravia Haſſiæ.

VII. Vt Deputati Regis & Reginæ Sueciæ agant conjunctim de pace, aut de induciis, in locis non nimium invicem diſſitis.

VIII. Quamdiu convenietur de pace, præſidia deducentur ex illis locis, in quibus colloquia habentur.

IX. Ut hæc transactio ratihabeatur, comprobetur, & cōfirmetur intra menſem ex hoc die, per Regem & Reginam Sueciæ.

In quorum fidem nos præfati Commiſſarii ex virtute noſtrarum poteſtatum ſignavimus has præſentes noſtro ſigillo ordinario, & curavimus ad illas appendi noſtra inſignia.

Actum Hamburgi, anno 1641. triceſimo die Iunij.

Quam tranſactionem, uti ſuperius patet, nobis exhibitam à noſtro Commiſſario, poſtquam omnia vidimus, & de verbo ad verbum examinavimus; habuimus gratam, comprobavimus & ratificavimus; habemus gratam, comprobamus, & ratificam⁹ per haſce ipſas litteras, noſtrâ manu ſignatas, & promittimus fide ac verbo regio, nos obſervaturos & cuſtodituros univerſa; adeò ut nihil impingam⁹, neque directè, neque indirectè; neve feramus ut ex noſtra parte impingatur ullo modo aut ratione: Hæc enim noſtra eſt voluntas.

In quorum teſtimonium curavimus appendi noſtrum ſigillum ad has ipſas literas.

Datum ad fanum Germani in Læo, die 21. Aprilis, anno gratię 1641.

Signatum.

Ludovicus.

& inferius.

ex mandato Regis

Buthilerius.

CA-

CAPVT. XLVII.

Admonitio ex mandato Regis, de inſtitutis Comitis Sueſſonii, Ducem Guiſiæ, Bullionæi Valettani, Subiſii, & aliorum.

CHari & dilecti: Sollicitudo quæ nos inceſſit, ne rumores quidam, unde ab aliquo tempore aluntur novæ factiones à nonnullis ſubditorum noſtrorum ſuſceptæ, ad turbandam quietem ſtatus noſtri, nos cõjiciant in formidinem, ex ignorantia minutiarum, ſuaſit, ut nos moneremus, doceremusque, eodem tempore, quo illæ paterunt quod iſtiusmodi caſibus ſummum eſt remedium nihil eſſe quod formidetis, per gratiam Dei ex peſſimis conſiliis quæ nunc pateſcunt.

Deus, qui per diverſas occaſiones compertam dedit ſingularem protectionem, quâ regnum hoc inumbrat, perſit, ut a tempore annuo aliqui eorum, quos Subiſius & Valettanus miſerant, ut fidelitatem nonnullorum noſtrorum ſubditorum tentarent & corrumperent, inciderint in manus noſtras, unde per ipſos pronum fuit addiſcere, quomodo Subiſius & Valettanus Regi Hiſpaniæ perſuaſum volebant, quàm facilè ipſi poſſent nonnullas noſtrarum provinciarum concitare ad tumultuandum; tametſi earundem fidelitas ſit tutiſſima.

Quomodo cum eo egerint, et armatus in Britanniam Armoricam faceret irruptionem, in agrum Aulniſium irrueret, aut fluvium verſus Burdigalam aſcenderet; quam telam id temporis maximè ordiebantur, ut cùm Chevreuſia in Hiſpaniâ eſſet, in nervum erumperet, certa ſpe, tum demum circa agrum Sedanenſem præſto futurum alium exercitum, quem nonnemo noſtrorũ ſubditorũ in Champaniam immitteret, juxta negotiationes in hunc finem ab Abbate Mercio inſtitutas, qui ex diverſis prætextibus ſæpius abivit in Germaniam, Sedanum & Bruxellas.

 Con-

Contemta & tacita volebamus hæc conſilia, tanquam inania, quemadmodum à biennio fecimus, intellectis ſollicitationibus, quib⁹ Campiductores tam peditum, quã equitum, apud noſtros exercitus tentabantur, vt fidelitatem projicerent, quam nobis debent; cum incendium pararetur noſtris navibus; cum miſſi eſſent, qui ſpecularentur Breſtum, quanta potentia valeret, cum Metis obruenda eſſet, quam Dux Valettanus ibat oblatum Hiſpanis, in diſpendium ſui ſanguinis, cognati noſtri. Cardinalis Valettani, cujus fidelitas tanta erat, vt complures mortem ipſius inveniant in ægritudine, quam ex proditione illa contraxit animi. Niſi continuatio nobis planum faceret, id, quod ab initio attribuebamus levitati trahere ſeriem atrocis malitiæ & inveteratæ, ad cujus remedia eò proniores nos eſſe decet, quòd authores illius nunquam non abuſi ſunt noſtra indulgentiâ.

Nunquam fidem apud animum noſtrum inveniſſet, niſi poſt abolitum peſſimæ temeritatis crimen, quod Comes Sueſſonum, cognatus noſter, in noſtrum detrimentũ anno 1636. commiſit cum ipſi credideramus exercitus noſtros, denuò ad paria conſilia eſſet relapſus, quorum notitia nuper ad nos emanavit. Verum enim verò tot capita factioſa, quæ apprehendimus, dum provincias noſtras obirent, ut militem adverſus noſtrum emolumentum ſcriberent, ſeducerent noſtro ſacramento addictum, ſubditorum fidem labefactarent, præter collectas militares nomine & auſpiciis cognati noſtri apud Leodienſes inſtitutas, hoſtilia commiſſa adverſus Striionarios à Gubernatoribus noſtris per limitem inſtructos, ut etiam ferro ciciderint gregarii, quibus hoc unum erat injunctum, ut exportationem granorum ex hoc regno coercerent.

Invaſio aperta Montis Olympii, cujus definitio nõ tantum Sedani fuit delineata, ſed etiam bis ad executionem deducta cum copiis illius loci, quibus Hiſpanicæ iungerentur, quicquid conclamatum eſt per Champaniæ limitem, & authenticè comprobatur literis originalibus, & teſtimoniis quorundam captivorum in eum finem ante vagantium, à quo adeò eorum, quos corruptela tentavit.

Miſſio-

Miſſio Vaurellæ ad Chariſſimum & amantiſſimum fratrem noſtrum, Ducem Aurelıæ quæ videtur ea propter ſolummodo fuiſſe permiſſa, vt locus fieret recipiendis novis teſtimoniis, quâ fide itate frater noſter eſſet, & vt malitia eorum, qui ipſum perditum volebant, documenta manifeſtiora protruderet; vbi Vaurella ille in manus noſtras incidit, cum Sedanū reverſurus, credebat omne declinaſſe periculū, indicium tamē fecit, ſeſe miſſum fuiſſe, vt certiorem faceret fratrem noſtrum, Comitem Sueſſonum Ducem Guiſiæ & Ducem Bullionæum tranſegiſſe cum Cardinale Infante pro Rege Hiſpaniæ, & Cardinalem Infantem ipſis promittere grandes pecunias, partem aliquā accepiſſe ad ſcribendum exercitum, qui hinc inde auctior aliis copiis adverſus Galliam graſſetur, & vbi frater noſter recuſet imperium in illum exercitum, Comitem Sueſſonum id onus in ſeſe ſuſcepturum.

Profectio publica Ducis Guiſianij Bruxellas, vt transactio illa firmior eſſet, ingeſſit nobis adeò claram ejus rei notitiam, de qua dubitare volupe erat, vt non licuerit integro officio, quod debemus ſtatui noſtro, & nobiſmet ipſis, amplius differre, quin vobis notum faceremus, Comitem Sueſſonum, Ducem Guiſiæ & Bullionii profeſſos nobis eſſe hoſtes, ex ſerie actionum ſuperiorum, quæ ſanè eò maiorem infamiam trahunt, quòd ſic collimantur capita cum iis, qui exitium iſtius Status ſibi vnicè propoſuerunt quærendum. Volumus igitur, vt tales cenſeantur ab omnibus noſtris ſubditis, vt declarentur hoſtes, niſi intra menſem temeritatem eiurent, & ad noſtram clementiam confugiant.

Quemadmodum verò cura, quam pro hoc noſtro regno gerere debemus, nobis iniungit, vt nihil cautelæ aut providentiæ prætereamus neceſſariæ, circa conſervationem tranquilitatis publicæ, ita fiducia, quam in veſtra fidelitate collocamus, eximet omnem ſcrupulum, de vobis ambigendi, quin facturi ſitis, quicquid nobis de veſtra vigilantia promittere poſſumus, ideò ſcilicet, vt ſi qua ſeries infauſtæ illius conſpirationis in provinciis, quas incolitis, emergat, complices, quoscunque

comprehendantur, ut peſſima conſilia citiùs caſtigentur, quam excludantur.

Per hanc veſtram promptitudinem, & benedictionem divinam, cui ſanè omnes omnino proſperiores ſucceſſus debemus & tranſ...ius, quos cunque demum obtinemus, nihil dubitamus nobis ſpondere, malitiam cerebroſorum hominum ſibi ipſi fore noxiam, nos autem magnū inde compendium accepturos, ſi ſcilicet hoſtes iſtius regni fa lantur, & magno pretio ſpem vanam emant, quam hactenus ipſis concipere licuit ex vanis propoſitionibus, quas illi ſuperius nuncupati ſuggeſſerunt, ut vel inde æquiores reddantur ad honeſtam pacem ineundam, poſtquam ab ea hucusque tam longe receſſerunt.

Scriptum Abbavillæ, die octavo Junii, anno 1641.

CAPVT LXVIII.

Summa pactorum, quæ Iohannes IV. Rex Luſitaniæ cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio inivit, Hagæ Comitis in Hollandia, die 21. Ianuarij, anno 1641. & 18. Novembris.

Conventum eſt de induciis & ceſſatione armorum in decennium de navigatione & commerciis, de mutuo auxilio adverſus Regem Hiſpaniæ.

I. Induciæ ſunto per decennium inter Luſitanos & Hollando, ultra & cit a lineam æquinoctialem.

II. Induciæ incipiunto per Europam ab ipſa ſubſcriptione tranſactionis.

III. Et per Indiam Orientalem anno poſt tranſactionem ... elapſo, modo ratihabitio tradatur Hagæ Comitis ex parte Regis Luſitanici.

IV. Incipiunto vero, quemadmodum & publicatio ea... priusquam annus abſolvatur.

V. In

V In iis comprehenſi ſunto Reges, Dynaſtæ, Nationes Indiæ Orientalis, amici & ſocii Ordinum Generalium Provinciarum Vnitarum in Belgio.

VI Naves Luſitanicæ ne impediantur ab Hollandis vela facere ex regno *Luſitaniæ* ad Indias Orientales, & ex Indiis Orientalibus ad Luſitaniam viciſſim.

VII. Naves Ordinum Generalium Provinciarum Vnitarum, ne impediantur à Luſitanis vela facere ex illis Provinciis ad Indias Orientales, & ex Indiis Orientalibus ad eaſdem Provincias.

VIII. Rex Luſitaniæ & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum, eorum etiam ſubditi, liberè & ſecurè poſſunt facere contractus & tranſactiones per Indias Orientales.

IX. Rex Luſitaniæ, & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum, quemadmodum & ſubditi illorum conſervantur in poſſeſſione eorum locorum, quæ poſſederunt per Indias Orientales, quemadmodum invenientur ea poſſediſſe tempore eo, quo iſtæ induciæ promulgabuntur.

X. Induciæ decennales incipiunto per Indias Orientales, poſtquam ratihabitio Regis Luſitanici exhibita Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum, etiam promulgata fuerit per ea loca.

XI. Ratihabitione iſtarum induciarum à Rege Luſitaniæ exhibita Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum, Hagæ Comitis poſt octavum inde menſem agitor de pace, quæ ſpectet terras & maria freti, adeoque juriſdictionem Societatis Indicæ Occidentalis.

XII. Vbi pax non inibitur, induciæ tamen decennales valento.

XIII. Societas Indiarum Occidentalium & ipſius ſubditi, fruuntor in terris & dynaſtiis, quas Rex Luſitaniæ per Europam poſſidet, iisdem exemtionibus & libertatibus, quibus fruuntur cœteri ſubditi Provinciarum Vnitarum, ea tamen lege, ut ſocietas, & ipſius ſubditi ne advehant ex Braſilia in Luſitaniam, ſaccarum, lignum Braſiliæ proprium, & alias merces in Braſilia natas.

XIV. Quemadmodum & Luſitani ne invehunto in Provincias Vnitas merces ex eadem Braſilia.

XV. Conſtantibus induciis Hollandorum & Luſitano rum, mutua ſibi auxilia præſtanto ex omnibus viribus, quando opus fuerit.

XVI. Qui ſequuntur partes Regis Caſtiliani,& invenientur per Braſiliam, habentor loco hoſtium communium, ſine vllo reſpectu finium,in quibus verſentur. Munimenta & loca quæcunque Luſitani & Hollandi eripient Regi Caſtiliæ per Braſiliam,ipſorum ſunto, cum jurisdictione & territorio, tametſi loca illa & munimenta ſint ſita in territorio alterutrius partis.

XVII. Subditi vtriusque partis relinquantur in poſſeſſione ſuorum bonorum, quemadmodum invenientur illic tempore promulgatæ pacis, vt maneat ſub Jurisdictione & protectione eorum,ad quos munimenta pertineant.

XVIII. Prædia & mobilia derelicta à ſubditis alterutrius partis,qui ad alteram partem tranſiêre,manento Dominis ſupremis locorum;particulares conſerventur in poſſeſſione tranquilla earum rerum, quas ex vna provincia in alteram tránſtulêre.

XIX. Loca & prædia, quæ relinquuntur proprietáriis, ſunto ſub dominatione eorum, ad quos ea pertinere compertum eſt.

XX. Quælibet pars diſponito prout conſultum putabit de gubernamento & adminiſtratione eorum, quæ ſui ſunt territorij ſine alterius partis interceſſione.

XXI. Commercium nunquam permittitor in Braſiliam, niſi Luſitanis & Hollandis, ſecundum partes definitas, quibusvis aliis ſecluſis.

XXII. Luſitanis nefas eſto frequentare loca Jurisdictionis Hollandicæ, & ſubditis Ordinum ex Provinciis Unitis Belgii nefas eſto frequentare loca itidem Regis Luſitanici,

XXIII. Luſitanis nefas eſto navigare, aut commercia exercere in Braſiliam, per naves cuiuſcunque Nationis exoticæ,aut ſeſe cum exteris in eum finem conjungere.

XXIV. Luſitani per in opiam navium exoticarum,ad navigationem & commercia Braſiliana, Provinciarum Unitarum navibus ſolummodò vtuntur.

XXV.

XXV. Quælibet navis Braſiliana ferto ad minimum ducenta ſexaginta dolia, & ſedecim tormentis majoribus armator, extra eam legem eſto liberæ capturæ, quæ ſic ſocietati Indiarum Occidentalium ex provinciis unitis permittitur.

XXVI. Ne fas eſto incolis illarum Provinciarum, etiam Luſitanis, præſtare naves, merces, aut alia neceſſaria Indiis Caſtilianos agnoſcentibus.

XXVII. Non opus eſt limitem definiri per ea, quæ Luſitani & Hollandi poſſident, in littore Africano, vt ſeparentur à diverſis nationibus.

XXVIII. Luſitanis & Hollandis integrum eſto navigare & negotiari per littora Africæ, modò ſolvant jura & vectigalia, quæ ſolebant ſolvi in vrbibus, munimentis & portubus vicinis, quas partes poſſident.

XXIX. Luſitani & Hollandi mutuam adminiſtranto ſibi invicem juſtitiam amicabiliter de iis, quæ poſſident per Braſiliam: concordia inter ipſos conſtans, & vera fiducia eſto.

XXX. Fabricæ ad excoquendum ſaccarum, & alia immobilia, quæ Hollandi acquiſivêre per Braſiliam, ipſorum ſunto, quemadmodum invenientur, ab ipſis poſſeſſa tempore promulgatarum induciarum.

XXXI Subditi Regis Luſitanici & Ordinum generalium ex Provinciis Vnitis Belgii, vivunto invicem amicè abolitis offenſis & ſuſceptis damnis, quæ tempora præterita tulerunt.

XXXII Luſitani & Hollandi concordanto invicem amicè de acquirendi per Indiam Occidentalem quam tenent Caſtiliani: articulos ſuperiores, aut partem illorum nihil mutanto.

XXXIII. Subditi alterutrius partis, quacunque de ratione, quæcunque ſequantur ſacra, poſſunto navigare, & exercere commercia in regnis, provinciis & inſulis Europæ, aliiſque locis cis lineam æquinoctialem, quæcunque tenent Rex Luſitaniæ, & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum.

XXXIV.

XXXIV. Luſitani & Hollandi ne ſolvunto maiora vectigalia de juribus invehendi & exportandi merces ſuas, quam ſubditi & incolæ provinciales iisdem libertatibus & privilegiis fruuntor, quibus fruebantur, antequam Luſitani ſubigebantur à Caſtilianis.

XXXV. Subditi & incolæ provinciarum Unitarum, qui Chriſtiana ſequuntur ſacra, fruuntur libero exercitio ſuæ religionis in omnibus omninò provinciis regni Luſitanici, ubi ipſis permittitur exercitium commerciorum, ſed privatos inter parietes, & in ſuis navibus, ultra & citra lineam æquinoctialem: Legati & Deputati Provinciarum Unitarum in Luſitaniam eandem habento libertatem exercendorum ſacrorum, quemadmodum id permittitur Legato Luſitano apud Ordines Provinciarum Unitarum.

XXXVI. Ordines Generales Provinciarum Vnitarum opem præſtanto Regi Luſitaniæ ſuis ipſorum ſumtibus, quindecim navium bellicarum, & quinque majorum Fregattarum, quæ annona & conventis probè ſint inſtructæ.

XXXVII. Rex Luſitaniæ parem numerum navium & fregattarum præſtato, ut unà per portus, & littora Luſitaniæ atque Hiſpaniæ noceant Regi Caſtiliæ, communi utique hoſti.

XXXVIII. Rex Luſitaniæ inſtruito prætereà decem Galliones per Luſitaniam ſuis omninò ſumtibus, ad eundem finem, ut claſſis augeatur.

XXXIX. Naves Luſitanicæ, ſub vexillo Caſtiliæ ab Hollandis ne capiuntor.

XL. Quæcunque capientur ab exercitu navali & Gallionibus, diſtribuuntor pro ratione contributionis, quam Luſitani & Hollandi fecerint.

XLI. Indultum Regi Luſitaniæ, ſcribere ex Provinciis Vnitos præfectos militares, foſſores, rei tormentariæ & architectonicæ peritos.

XLII. Nefas eſto inſpici libros rationum, apud Hollandos per Luſitaniam negotiantes.

XLIII. Nefas eſto incarcerari homines negotiatores ſine informatione præcedenti, niſi quæ ſpectant crimen læſæ maieſtatis, & colluſionem cum hoſte.

XLIV

XLIV Ordines Generales Provinciarum Unitarum ut habeant Conſules & Procuratores portibus & ſtationibus regni Luſitanici per Europam licitum eſto; item Regi Luſitaniæ permittitor in portubus earundem provinciarum Vnitarum.

XLV. Tranſactio iſta ratihabetor à Rege Luſitaniæ & ab Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum intra tertium menſem, ab hoc ipſo die.

Quam tranſactionem & articulos Nos legatus Regis Luſitanici ad eosdem Ordines Generales, conſignavimus cum iisdem illorum Deputatis, ex virtute poteſtatis, nobis in eum finem datâ, ut obſerventur & cuſtodiantur per regem Dominum meum, & per Ordines Generales in omnibus punctis, adeò ut non infringantur directè aut indirectè, quocunque modo aut ratione ulla, ſub prætextu nullo excogitabili.

In quorum omnium teſtimonium ſignavimus haſce literas noſtro ſigno ordinario, & fecimus apponi noſtra inſignia.

Hagæ Comitis die 21. Ianuarii, anno 1641.

Signatum.

TRISTAN DE MENDOZZA.

Nos Deputati Ordinum Generalium agnoſcimus & confitemur, Nos hoc ipso die 21 Ianuarii, anno 1641. convenisse, decreviſſe, conſtituiſſe & transegiſſe, quæ ſuperius habentur, cum Triſtano Mendoſſa, Legato Regi, Luſitanici ad Dominos noſtros Ordines Generales, ex virtute poteſtatis nobis datæ ab ipſis in hunc finem.

In quorum fidem ſignavimus præſentes haſce literas noſtro ſigno ordinario, & fecimus apponi arma noſtra.

Hagæ Comitis, die 21, Ianuarii, anno 1641.

Rex Luſitaniæ declarat per ſupremitatem & Iuriſdictionem ſæcularem ſibi integrum non eſſe, ut Hollandis indulgeat

dulgeat liberum exercitium ſuæ religionis per Luſitaniam ea propter miſſurum ad Pontificem maximum, pro impetrando conſenſu; nihil tamen interea moleſtiæ paſſuros in conſcientia & religione, modò ſcandalum ne dent, die 18. Novembris, anno 1641.

CAPVT XLIX.

Pacta & articuli inter Regem Luſitaniæ, & Celſos Potenteſq; Dominos Ordines Generales Provinciarum Unitarum per Belgium, conſtituti ex parte ſocietatis, quæ negotiatur per Indias Occidentales.

INduciæ et ſuſpenſio omnium actuum hoſtilium vigorem ſortietur in decennium, per loca et maria, quæ pervadunt in limites indultos à Dominis Ordinibus Generalibus ſocietati Indiarum Occidentalium per illam provinciam, poſteaquam ratihabitio Regis Luſitanici ſuper hâc transactione perlata fuerit in eam provinciam, et promulgatio publica iſtarum induciarum et ſuſpenſionis actuum hoſtilium pervenerit ad ea loca et maria reſpectivè, ut tunc partes utrinque teneantur reciprocè abſtinere omnes actus hoſtiles in ejus locis et maribus reſpectivè.

Hâc tamen lege ut intra ſpatium octo menſium, poſt allatam in hâs provincias ratihabitionem, hic loci agatur cum Corona Luſitaniæ de pace per illa loca et maria, quæ coincidunt in limites indultos ſocietati Occidentali; ubi Triſtanus Mendoſſa Hurdatus, Legatus et Conſiliarius Majeſtatis Luſitanicæ promittit per iſtas ipſas literas, intra ſpatium octo menſium, poſteaquam ratihabitio iſta fuerit exhibita Majeſtati Luſitanicæ, perventuras inſtructiones et mandata neceſſaria ad has provincias, cum viro aliquo, aut viris

nonnullis authoritate regia pollentibus, qui de pace illa tranſigant.

Quod ſi verò præter omnem expectationem pax non conſtituatur, induciæ tamen & ſuſpenſio omnium actuum hoſtilium, uti in decennium eſt decretum, plenum effectum ſortientur, ad rationem ſuperiorem & conditiones inferius explicandas.

I. Societatis Occidentalis membra ex iſtis provinciis, quemadmodum & incolæ ac aborigines provinciæ alicujus ſubactæ, adeoque univerſi ipſorum complices, cujuscunque Nationis, conditionis aut religionis demum ſint, habebunt & peragent in omnibus omninò terris & locis Regis Luſitanici, inque iis, quæ ad illam Coronam ſpectant per Europam, eodem commercia & immunitates, libertates & jura, cum cœteris incolis iſtius Status, ex virtute præſentis transactionis.

Eâ tamen conditione, ut membra ſocietatis Occidentalis ex iſtis provinciis, quemadmodum & incolæ atque aborigines provinciæ alicujus ſubactæ adeoque univerſi ipſorum complices nequeant exportare ex Braſilia in regnum Luſitaniæ ſaccharum, lignum Braſiliæ & alias merces per Braſiliam natas, quemadmodum illi Nationis Luſitanicæ, incolæ & origines provinciarum ſubactiarum, adeoque univerſi ipſorum complices nequibunt exportare ex Braſilia in illas provincias & terras ſaccarum lignum Braſiliæ & alias merces per Braſiliam natas: & Natio Belgica, quemadmodum et Luſitanica, auxiliabuntur ſibi invicem per tempus illarum induciarum et armiſtitii, pro viribus, aut occaſionum neceſſitate.

II. Quæcunque munimenta, urbes, naves et perſonæ particulares, ſi ſint Nationis Luſitanicæ aut diverſæ, ſita ſint aut inveniantur per Braſiliam aut alibi, partes Caſtilianorum ſecuti, aut poſtmodum in eorum perveniant poteſtatem, habebuntur & æſtimabuntur cenſu communium hoſtium, adeò ut ubivis liceat invadere, perſequi & ſubjugare, nullâ habitâ ratione limitum; ea tamen conditione, ut iis, qui locum aut munimentum

tale occupabit, quemadmodum & agros cum emolumentis, ab omni ævo annexis, quamvis talia loca ſita videantur intra circuitum alterius limitis.

III. Incolæ utriusque partis relinquentur & manebunt in poſſeſſione ſuorum bonorum; quemadmodum invenientur tempore promulgatæ negotiationis iſtius; quemadmodum inter poſtrema monimenta per limitem cujuslibet provinciæ (quæ neceſſariò intelligitur ſubacta ut conquiſita) conſtituentur limites, & fiet partitio; & pateat, qui diſtrictus & quæ nationes diſcriminentur. Ubi verò limites eo modo fuerint conſtituti & ſtipulati, hinc Natio Luſitanica illinc incolæ Provinciarum Unitarum ſcient; quæ loca, quas terras quælibet pars ſibi vindicet, & curet.

IV. Dynaſtiæ particulares & proprietates, quæ ex diviſione & partitione obtingent aut alteri parti, æſtimabuntur ex abundantia aut deſolatione incolarum, prout fuerint populoſæ & incultæ. In iis verò locis ubi invenientur incolæ & proprietarii exceſſiſſe in hanc aut illam plagam nulla fiet reſtitutio, neque etiam mobilium, quæ illic derelicta & inventa fuerint; quin quilibet tenebitur acquieſcere in occupatis quantumvis deſerta ſint.

V. In iis nihilominus locis & termis, in quibus proprietarii, aut alii ipſorum nomine poſſeſſores remanſerint; relinquentur utrinque in poſſeſſione & fruitione; cum notitia negotiorum, & poſt viſam verificationem neceſſariam.

VI. Quilibet relinquetur in negotiatione hinc inde; excluſis cœteris omnibus, adeò ut Luſitanis nefas ſit frequentare negotiationem Ordinum, etiam Ordinibus illã Luſitanorum, niſi poſtmodum inveniatur aliqua concordia & conſenſus, qui diverſum ſuadeat expedire.

VII. Luſitanis nefas erit navigare, commercari & negotiari per Braſiliam, navibus alienæ cujuſcunque Nationis, adeò ut navium egentes alienis ad navigationem, commercium & negotiationem per Braſiliam, obligentur eas conducere aut emere à ſubditis Provinciarum unitarum: quo caſu non licuerit uti navibus infra. 130. laſtas aut ducenta ſexaginta dolia, quæ ad minimum ſint inſtructæ ſingulæ

ſedecim

ſedecim tormentis fuſilibus ; jaculentur globum quinque aut ſex librarum ferreum & vehant apparatum belli ad illam rationem.

Quando autem Luſitani conducent aut ement majores iſtis naves in uſum Braſiliæ, utantur autē ſicut ſuperius dicitur , illæ tormentis & omni apparatu pollebunt pro menſura ſui, ſub pœna confiſcationis ; quæ & naves & apparatum corripiat , ut convertantur in neceſſarios uſus Societatis Bavaricæ, aut complicum, ſi per eos corripiantur & capiantur.

VII. Luſitani, nec incolæ Provinciarum Unitarum non poterunt naves, nigritas, merces, aut alias res neceſſarias ad Indias Caſtilianes aut alia loca cum ipſis facientia ; ſub pœnâ amittendarum navium & mercium, nempè perſonæ in illis navibus capientur & habebuntur cenſu hoſtium communium.

VIII. Quicquid Luſitani poſſident & incolæ Provinciarum Unitarum, per littora Africæ , ibi nihil neceſſum eſt diſcriminari imitem, cum diverſi populi & Nationes interjaceant & ſeparationem faciant.

IX. Commercium verò & frequentatio illorum littorum Inſulæ à Divo Thomâ denominatæ, & aliarum inſularum, quæ inde dependent, connumerabuntur in commune utriusque nationis, eâ tamen conditione, ut commercium & negotiatio auri Nigritarum, aut aliarum mercium cujuscunque demum queant eſſe nominis, inſtituatur intrà aut circa illas urbes & munimenta, quæ fuerint in poſſeſſione & poteſtate alterutrius partis, & ſolvantur jura ac impoſta, quę incolæ Luſitani & gentes liberæ eorundem locorum ſolent ſolvere,

X. Quoniam verò Domini Ordines Generales occupaverunt ea loca per Braſiliam & alibi, cùm incolæ eſſent etiam tum ſubditi Regis Caſtiliæ & perinde hoſtes ſtatus ejusdem conditionis cum iis , qui nunc illic degunt in obſequio Regis Luſitanici ; evaſerunt autem amici & ſocii Status, ſtrata eſt via ad reciprocam continuam ſocietatem & benevolentiam , adeò ut ipſa ratio poſthac imperet utriſque juſtitiæ æquabilem adminiſtrationem.

XI. Cùm autem certum ſit, unà cum illa immutatione omnium omninò mercium, proprietatis, & poſſeſſionis bonorum, mobilium, & immobilium, ſaltem per calamitâtem importuni belli in principio & fine, plurimi incolæ pervenerint ſub obſequium dominatus Provinciarum Unitarum; qui ex parte lapſi ſunt in paupertatem, ubi plurimi Batavi per rationem emptionis acquiſiverint bona immobilia & alia ſtabilia, unde corroborati videantur in provinciâ Statûs occupatorum neutiquam fert, ulla bona jure poſtliminii, vel quaſi repeti.

Hinc incolæ Dominorum Ordinum Generalium non poterunt à Luſitanis, aut Luſitani ab incolis Batavis exigere æs alienum, aut alia onera, minus verò executionem & vim intentare, quin imò quælibet relinquetur in liberâ fruitione eorum, quæ invenietur poſſidere tempore promulgatæ notificationis.

XII. Subditi & incolæ terrarum regiarum Regis nempe Johannis IV. & illi Dominorum Ordinum Generalium reſpectivè ſervabunt conſtantibus induciis & ſuſpenſione omnium actuum hoſtilium benevolentiam & amicitiam invicem, abolitâ omni memoria offenſarum & damnorum, quæ hactenus pertulerunt.

Amplitudo Dominationis *Batavicæ, ſive Reſpublica Provinciarum Unitarum per Belgium.*

Reſpublica hæc potens (quæ conſilium ſtatus collegit Hagam Comitis in Hollandiâ) dominatur non tantum in Europâ, ſed etiam in Africa, Aſia, & America.

In Europâ.

I. Per Europam in ſeptendecim provinciis Belgii univerſi & Germaniâ poſſidet Comitatum Hollandiæ, in quo conſpicuæ ſunt urbes Amſtelodamum, Roterodamum, Dordracena, Harlemum, Lugdunum, Delfium, & complures aliæ populoſiſſimæ.

II. Co-

II. ComitatumSelandiæ, qui componitur ex pluribus inſulis, vbi celebrantur vrbes, Middelburgum & Fliſſinga.

III. Friſiam Occidentalem, vbi ſpectantur vrbes Leovvardia & Harlingia.

IV. Dynaſtiam Græningam.

V. Provinciam vltrajecti.

VI. Provinciam Tranſiſulanam, vbi præcipuæ ſunt vrbes Daventria, Campena, & Suolla.

VII. Tres quartas, ſive dodrantem Ducatus Geldriæ & Comitatus Sutpheni, vbi laudantur vrbes Neomagus, Arnhemum, Hardervicum & Sutphena.

VIII. In Ducatu Brabantiæ vrbes Sylvaducenſis, Traiectus Moſæ, Breda, Berga Somenſis, Grava, Lilloum, Raveſtynium & plurimæ aliæ, præter munimenta.

IX. In comitatu Flandriæ, Sluſam, Hulſtam, Saſſum Gandavenſe & alias vrbes ac munimenta,

X. In Archiepiſcopatu Colonienſi, Riſimbergam & Orſoiam.

XI. In Ducatu Clivorum, Veſaliam, Emmericum & Gennepam.

XII. In Comitatu Embdeno, qui aliàs dicitur Friſia Orientalis, Oſtfriſiam, munimentum Rororti, præter præſidium in ipſa metropoli Embda, quę inde poteſt adigi ad partes Batavorum ſervandas.

In Africa.

I. Per Africam poſſidet munimentum Arguini, verſus regnum Galacatæ, inter Inſulas Canarias promontorium à capite vernante nuncupatum.

II Munimentum Goerreę ſitum in exigua Inſula ex adverſo inſularum illarum circa promontorium illud capitis vernantis.

III. In Guineâ, caſtellum Minæ, aliàs denominatum à Divo Georgio, & munimentum Naſſaviæ.

IV. Inſulam D. Thomæ, ſub ipſa linea æquinoctiali.

V. In regno Angolæ vrbem D. Pauli Leondani, inter inſulam D. Thomæ & Caput bonæ ſpei,

In Aſia:

I. Per Aſiam et Inſulam Javam majorem poſſidet Bataviæ urbem, olim Iacatræ nomine nobilem, munitiſſimam cœterum, amplam et populoſam, ubi habitat conſul eorum; conſpicitur cella penuaria mercium ex Indiis Orientalibus, ex Perſia et ex China.

II. In littore coromandelæ, verſus regnum Narſingiæ, munimentum Geldriæ.

III. Novem munimenta per inſulas Molucas qualesſunt Ternata, Tidorum, Tincorum, Bachica, Machia, ubi colligitur meſſis Gariophillorum.

IV. Munimentum in inſulâ Bandâ, ubi creſcunt myrobalani.

V. Aliud in Amboinâ.

VI. Plurimas urbes & munimenta per inſulam Zeilam, aut Ceylaonem, ubi naſcitur cinamomus.

VII. Urbem Malaccam, ſupra Inſulam Sumatram.

VIII. Denique munimentum Selandiæ in Inſula Formoſa, inter inſulas Philippinas Japoniæ.

In America.

I. In America Meridionali poſſidet, per Braſiliam Balivatum Fernambuci, Tamaricæ, Parcibæ, & Riograndis, quæ extenduntur ultra centum milliaria per mare, et producũt plurimum ſaccarum aliaſque magni pretii merces:

II. Trans Riograndem, urbem et munimentum Ciaræ aut Siaram, in Braſiliâ.

III. In fine Fluvii Maragnoni aut Oreglianæ, ſub ipſa linea æqui noctiali, munimentum Maragnonum itidem in Braſilia.

IV. In Inſula Caracaone, per provinciam Venezuelam, inter Cartagenam, et inſulam D. Chriſtophori; è regione illius, quę nomen traxit à D. Iohanne ad portum divitem pariter munimentum unum.

V. Et in America Septentrionali per novum Belgium,

quod ampliſſimè patet inter novam Franciam & Virginiam, duo monimenta, Amſtelrodamum & Auraicum.

Hinc ſanè factum, ut Hiſpanis dimidia pars negotiationis, per tres iſtas partes mundi perierit, cum evidenti detrimento in poſterum; poſtquam apud Batavos omnia agu tur per ſingularem vig lantiam & prudentiam, quibus polleat Directores vtriuſque ſocietatis ad vſum negotiationis per Indias Orientales & Occidentales, ſub patrocinio & conſulto Deputatorum ab Ordinibus Generalibus, qui d hinc non habebunt Luſitanos adverſarios, poſtquã transactio de inducis cum Rege Luſitaniæ, & nunc rerum potitur, & Ordinibus Generalibus firmata eſt, quâ mutuũ obligantur, nihil ſeſe invicem turbare in poſſeſſione occupatorum, ſed mutua præſtare auxilia adverſus Regem Hiſpaniæ.

In quorum omnium teſtimonium amplitudo Dominationis, ſive reſpublica Provinciarum Vnitarum in Belgio ſuperius fuit inſerta in hanc præſentem transactionem, vt Dominus Rex Luſitaniæ plenam habeat notitiam eorum locorum, quæ Domini Ordines Generales poſſident hoc ipſo die tranſactionis per illas mundi partes.

CAPVT. L.

Transactio inter Regem Ludovicum XIII. & Principem Monaconis, de patrocinio illius principatus ſuſcipiendo; inita die 8. Iulii, anno 1641.

PRinceps Monaconis Regi curavit proponi, etſi ipſe ſupremo imperio teneret locum & munimentum Mo-

naconis, Hiſpanos nihilominus ſub diverſis prætextibus quaſi ſuũ ſibi vindicare locum, uſurpaſſe perinde eam poteſtatem, ut jã deſierit eſſe in libera diſpoſitione ſui Principis: rogare igitur regẽ ut loco ſuo patrocinio complectatur et liberet ab oppreſſione, quam hactenus ſuſtinuerit.

Majeſtas Chriſtianiſſima; ex ſolo intuitu juſtitiæ permota quæ obligat, ut potentiam à Deo ſibi conceſſam convertat ad opem Principum vicinorum, et conſervationem eorum quæ habent adeoque propagationẽ tranquillitatis publicæ, poſt plures petitiones ab illo principe factas, cenſuit patrocinium non alteri⁹ negandum ad eas leges, quas Princeps ſponte propoſuit, et hic ſequuntur.

I. Alet in illo munimento Monaconis præſidiarios quingentos numeratos, genuinos Gallos, nec alienæ nationis, qui ſervent locum, perpetui ſint, et functiones obeant militares, in tres cohortes diſperſi, quarum una ducentos, altera centum quinquaginta, tertia totidem recẽſeat capita, ſub centurionibus et præfectis per regem deſignandis.

II. Princeps Centurio audiet, & Gubernator pro Rege illius loci, cum literis patentibus majeſtatis regiæ, quales et ſucceſſores ipſius dicentur hæredes principatus, pari authoritate et poteſtate cum cæteris Gubernatoribus munimentorum per Galliam in præfectos & milites, qui pari ſtipendio & emolumento gaudebunt, quæ ſolent præberi cœteris per Galliam præſidiariis, adeò ut princeps teſſeram det, et claves munimenti ſervet.

III. In munimento fuerit legatus principis, qui imperitet eo abſente, quod manus prima vice Rex conferet Cur bono, quo decedente aut mutante ſemper à ſucceſſoribus regib⁹ ſubſtituetur alius viri illuſtris, principi non ingratus.

IV. Quod ſi per caſum aliquem belli, aut operam regi navandam, opus eſſet numerũ præſidiariorum Gallorum augeri, utique fuerint ſub obſequio principis, qui inde dicitur Gubernator armorum regiorum in eo munimento.

V. Legati & omnes omninò alii præfecti militares Galli, cum ingredientur munimentum, ſacramentum dicent ſolenne in manus principis, de loco fideliter tutando & ipſi & ſucceſſoribus, ſub patrocinio & ad emolumentum majeſtatis Chriſtianiſſimæ.

VI. Rex

VI. Rex præſidium alet ſuis ſumtibus, ſtipendio ſollicitè adnumerato, adeò vt neque princeps, neque ſubditi ipſius onus ullum expenſæ hic ſuſtineant; præfecti & gregarii pretium adnumerabunt pro vſu ho pitiorum, & utenſilium, quemadmodum nunc faciunt Hiſpani.

VII. Majeſtas Chriſtianiſſima relinquet principem in ſuâ libertate & ſupremo jure Monaconis, Mantoni & Rupebrunæ, adeò vt præſidium illud regium, aut vllus alius, ipſum ne turbet, nec ſeſe ingerat unquam in ea, quæ ſpectant ſupremum jus terræ & maris; minus etiam, quæ gubernationis rationem, juſtitiam populis adminiſtrandam, & diſpoſitionē bonorū contingunt, ſed tantūmodo curabit præſidium, vt locum tuetur, quemadmodum ſuperius dicitur

VIII. Cum Regi conſultum videatur, vt in munimento ſit vigilum magiſter, cum adiutante, & alii ſimiles præfecti Galli, conſtituet vtique eos rex principi nō ingratos, qui in eos habebit poteſtatem convenientem, pro ratione numeris: cœteri præfecti, velut tormentarii, ſacellanus, Medicus, Chirurgus & metator itidem regio gaudebunt ſtipendio, quemadmodum ſuperiores legendi, adeò vt octodecim tormentarii ſub vno magiſtro connumerentur.

IX. Rex patrocinio regio & tutela perpetua complectetur, ipſos adeo ſucceſſores ipſius regis (quos maieſtas Chriſtianiſſima per hanc ipſam transactionem obſtringit principem Monaconis, Mantoni & Rupebrunę, cum territorio jurisdictione & appendicibus, omnes vna hęredes, ſucceſſores principis, quos tutabitur & defendet ſemper adversus quoslibet, qui iniuſtam vim eſſent facturi, adeò vt conſervet principem in eodem jure ſupremo & libertate, in qua invenietur, in omnibus omninò privilegiis, juribus maris & terrę, & in quacunque aliam ipſius jurisdictione & appendicibus, quocunque demum modo.

X. Eum etiam curabit comprehendi in omnibus ſuis transactionibus.

XI. Poterit pręterea princeps erigere in omnibus ſuis locis & terris vexillū Gallię, ad occaſiones tumultuū hoſtiliū

XII. Quoniam vero Hiſpani privatu i ſunt principem facultatibus, quas in regno Neapolitano poſſidet, in agro Mediolanenſi, & alibi per ſuos diſtrictus, qui reddit u

 quots

quotannis æquant viginti quinque millia ſcutatorum aut Ducatorum per latifundia feudalia, Maieſtas Chriſtianiſſima ipſi tantundem redditυum dabit per Galliam ad parem naturam feudi, adeo vt partem eorum ſublimet in Ducatum & Pairatem Galliæ, pro principe, reliquũ pro filio in Marchionarum & Comitatum, literis & expeditionibus quibusvis ad hanc rem neceſſariis indultis. Potior autem pars eorum feudorum dabitur ex Provincia Romanâ, & reliquum pro lubitu Regis, modò intra limitem Galliæ comprehendatur: Donec verò terræ inveniantur principi commodæ, viginti quinque illa millia ſcutatorum ipſi adnumerabuntur quotannis, initio facto per diem, quo præſidium regium ingredietur Monaconem.

XIII. Etiam princeps, antequam deſtituat Ordinem Velleris aurei, & filius illum Alcantare, à Regia maieſtare ornabitur ſuis Ordinibus, Sancti Michaëlis, & ſancti Spiritus; marchio autem filius ætatis competentis, ex conſtitutionibus Ordinis. Etiam antequam deſtituat Commendaturam Benſayeram in Caſtiliâ. Ordinis Alcantarani, quæ præſtet ter mille Ducatis cenſus annui, & præterea cohortem gravis armaturæ, quam habet in regno Neapolitano, cum ſtipendio centum Ducatorum menſtruorum, rex parem cohortem dabit in Gallia gravis armaturæ itidem, addito cenſu annuo ter mille Ducatorum, ſive ex pari commendatura, ſive per aliam quamvis rationem, ad filii vitam perennem.

XIV. Præterea indulget maieſtas Chriſtianiſſima principi, & ſucceſſoribus 12. ſtipendia militaria, quæ famulis diſtribuat, etiam pro fideli navata opera in hac negotiatione; & adnumerabuntur cum ſtipendio præſidiariorum.

XV. Rex confirmabit principi omnia omninò privilegia antiquitus indulta Domino Monaconis & prædeceſſoribus ipſius, à Corona Galliæ: & perinde Rex id curabit, vt jus, quod princeps prætendit ex ſuo portu Monaconis adnumeretur.

XVI. Maieſtas Chriſtianiſſima relinquet aliquot triremes in portu Monaconis, ad conſervationem loci, & jurium Principalium, aut ſi quæ aliæ ſuboriantur occaſiones rei

benè

benè gerendæ; quapropter earum gubernatores clarè jubebantur obſequi principi.

XVII. Rex lubentiſſimo ex animo vtetur operâ principis & Marchionis filii in ſuis expeditionibus, in occaſionibus congruis, in ſignum æſtimii, quo polleant.

In quas omnes conditiones maieſtas Chriſtianiſſima conſenſit, promittitque verbo regio, eas obſervare, & curare obſervari inviolabiliter & bonâ fide. In quorum fidē Majeſtas Regia voluit ſignare hunc ipſum actum, quem etiam contraſignari juſſit ab vno Secretariorum ſtatus, etiam apponi contra ſignum ſuorum inſignium.

Factum Peronæ, die 8. Iulij, anno. 1641.

Signatum

Ludovicus.

& inferius.

Buthilerius.

CAPVT LI.

Transactio inter regem Ludovicum XIII. & Ducem Bullioneum, inita 5. Auguſti, anno 1641.

VBi Dux Bullioneus adiit Regē humiliter ſupplicans, vt erroris commiſſi ſibi gratiam faceret, poſtquam ſeſe paraſſet à fidelitate & obedientia naturali, quam regi debebat, egiſſetq; cum Hiſpanis arripuiſſet arma cũipſis, contra propriam conſcientiã, in gratiam Comitis Sueſſonum: teſtatusque eſt integram pœnitudinem criminis illius, hinc declarat, ſeſe abdicare quaſcunque transactiones prius factas, ſive cum Rege Hungariæ, ſive cum Rege Hiſpaniæ & Cardinale Infante, per ipſorum miniſtros; proteſtatur verò, malle ſeſe mortem ſubire non ſolum, quam in eandem offenſam unquam recederet, ſed etiam diſplicere tantummodo Regiæ Maieſtati, quemadmodum prius fecerit, & in ſuum munimentum Sedani ſuſceperit, ſine ipſius conſenſu, viros à Rege alienatos.

Cum igitur Maieſtas Chriſtianiſſima, nihil dubitet de veritate iſtius pœnitudinis, quam Dux prodit, conſideretque

 ipſius

ipſius fidelitatem eam fore, quam promittit, gratiam fecit & facit libenter præteritorum ex illis cauſis: quemadmodum etiam in omnibus omninò Nobilibus, aut aliis perſonis, qui poſſent in jus vocari, tanquam complices iſtius criminis, ſive in gratiam ipſius, ſive ex conſideratione defuncti Comitis Sueſſonum.

Declarat igitur per iſtas literas præſentes, ſeſe habiturum in poſterum, ipſius perſonam & munimentum in ſuâ clientelâ, quemadmodum hactenus habuerit, & dux impræſentiarum ſupplex petit. Quapropter Majeſtas Chriſtianiſſima curabit conficri duci omnem abolitionem neceſſariam in bona & valida forma, ne poſſit inquietari, aut in jus trahi ob crimen, in quod infeliciter prolapſus fuit, adverſus emolumentum regiæ maieſtatis.

Factum Meſeriæ, die 3. Auguſti, anno 1641.

Signatum.

Ludovicus,

& inferius

Subletus.

Promitto ego regi ſatisfacere fideliter, ſecundum conditiones ſuperius deſcriptas, ex quarum conſideratione placuit majeſtati Chriſtianiſſimæ mihi gratiam errorum facere.

Factum Sedani, die 6. Auguſti, anno 1641.

Signatum.

F. Mauritius de La Tour.

Modò reliquię factionis, quam Comes Sueſſonum formaverat adverſus emolumentum Regis, ſuffocentur per fidelitatem, quam Dux Bullioneus proteſtatus Regi promittit, maieſtas Chriſtianiſſima vult deferre precib⁹ viduę Sueſſonę, & ducis Longavillani, & benignitate utatur in memoriam defuncti Comitis Sueſſonum, inhibeatq; judicia.

tia quæ mandavit fieri in Parlamento, adverſus illum Comitem, adeò ut etiã permittat, cadaver reportari in Galliam, tumuloque inferri. id quod maieſtas Chriſtianiſſima non indulget, niſi hac conditione; ut dominus dux Bullioneus maneat in ea fidelitate, quam regi promiſit.

Conſultum videtur regi, ut gratiam faciat omnibus omninò Nobilibus, præfectis & aliis particularibus, nobilibus aut ignobilibus, qui uniti fuerunt cum defuncto Comite Sueſſonum, *Duce* Bullioneo, & duce Guiſiæ, adverſus emolumentum majeſtatis Chriſtianiſſimæ, poſtquam Comes ille ingreſſus eſt Sedanum, adeò ut eos reſtituat in eum ſtatum, in quo impræſentiarum invenientur, excluſo tamen Barone Bekio.

Non in gratam habet majeſtas Chriſtianiſſima ſupplicationem, quam *Dux* Bullioneus adhibuit in favorem Guiſii: cum autem ille non deſierit malevolentiã, quam adverſus Galliam coquit, teſtari, poſt mortem Comitis Sueſſonũ nemo invenietur qui in judicet, Regi ſecundum rectæ rationis uſum diſtinguendum eſſe inter Bullionei & Guiſii actiones, adeò ut illi parata ſit venia, iſti neutiquam.

Rex curabit obſervari protectionem, quam indulſit Duci Bullioneo, pro ipſius perſona, & ſupremo jure Sedani, anno 1616, mittetque renovationem illius protectionis in Parlamentum Pariſienſe, mandabitque ſuis præfectis, ut benigne præſtent quicquid juſtitia permittere queat.

Rex præſtabit Ducem Bullioneum incolumem in gradu dignitatis, & facultatibus, quas habet.

Rex id aget, Sedanenſes, et incolæ vice comitatus Turænii fruantur privilegiis, quæ ipſis fuère indulta à prædeceſſoribus ſuis.

Rex mandabit Bothilerio, fiſci præfecto, ut examinet aſſignationes, quæ fuère datæ ad protegendum Sedanum inde ab anno 1637. Ubi autem eæ fuerint minus validæ, jubebit, ut valorem indipiſcantur; tametſi nihil reliquum ſit, quemadmodum *Dux* ait præter triginta tria millia quadringentas libras, ex annis 1635, & 1636, quin plenè ſit ſatis factum de ſorte, quam ſibi deberi arguit, itaque conſultum videtur *Maieſtati* Chriſtianiſſimæ, ut reliquiæ illæ revera ſolvantur.

Ma-

Maieſtas Chriſtianiſſima cenſet, mediam partem reverà eſſe ſolvendam ex vniverſo Canone, qui fuit concionatus in Conventu Meſſeriano & Donsherij, vbi Dux Bullioneus declarat, quemadmodum nunc facit, ſeſe vniuerſum fuiſſe redditurum, ſine ullo pretio, modò media pars Canonis ſibi fuiſſet relicta Lamboio.

Dux Bullioneus declarat inter omnes captivos; qui Sedani aſſervantur, inveniri viginti quinque aut triginta *Lamboiacos*, quorum precibus fuerit permotus ſpondere redemptionis pretium, ſi forte lubeat maieſtati regiæ conſtituere Canonē cum Lamboio pro omnibus omnino captivis qui in poſterum exalterutra parte capiantur: hinc placuit *Maieſtati* Chriſtianiſſimæ, vt is Canon conſtitueretur cum Lamboio Campiductore apud Regem Hungariæ, prout deſideravit, & ut ex ea conſideratione Canō eorum captivorum, quiſui ſint reverà ſolvatur *Domino* Bullioneo, qui id pretii transmittat.

Quando Bullioneus adibit Regem cum eâ reſolutione, quam proteſtatùr ſuſcepturus, benevolentiſſimè excipietur & Cardinalis Eminentia libenter vadem ſeſe præſtabit apud Maieſtatem Chriſtianiſſimam, Ducem Bullioneum abruptutū omne commercium nec unquam cum hoſtibus colluſurum, etiam exauctoraturum copias & ſuo & Comitis *Sueſſonum* defuncti nomine ſcriptas, Iuxta optimam formam, quam Bullioneus & Cardinalis tranſigent, adeò ut *Maieſtas* Chriſtianiſſima nullum inde ſentiat diſpendium.

Declaro ego cenſuiſſe Regem, ut ego promitterem ſuo nomine Domino Duci Bullioneo, quæ ſuperius ſcripta ſunt: id igitur promitto ex ipſius parte actum & perfectum ire religioſe.

Factum Meſeriæ, die 5, Auguſti, anno 1641.

Signatum.

Cardinalis Richelius.

Declaro

Declaro ergo, mihi ſatisfactum eſſe de promiſſis ſuperioribus, quæ mihi Dominus Dux Richelius facit, eum ergo adjuro, ut apud Regem ſuam interponat fidem de mea fidelitate cui proteſtor in meam fidem; & in meum honorem, me citius mortem ſubiturum, quàm hinc defuturum.

Factum Sedani, die 6. Auguſti, anno 1641.

Signatum.

F. M. DE LA TOUR.

CAPUT LII.

Tranſactio inter Regem Ludovicum XIII: ab una, & Mauritium Cardinalem atque Thomam Principes Sabaudiæ, ab altera parte inita, Taurini, anno 1642 die 14. Iunij & primo Iulij ſequentis.

Cum Rex ſit certior factus ex revelatione Ægaboni, legati ſui per Pedemontium, quomodo ex virtute poteſtatis plenæ, antehac in ipſum collatæ, die 10. Martii hoc currente anno 1642. fecerit, abſolverit et ſignaverit cum Deputatis Dominorum Principum, Mauririi Cardinalis, & Thomæ Sabaudorum, æque fundatis in plena poteſtate ex illorum parte, data die 22. Ianuarii & Martij hoc anno currente, transactionem iſtam, cujus tenor ſequitur.

Cùm Rex conſtituiſſet teſtari quantum maximè poſſet benevolentiam ſuam erga domum Sabaudiæ, tum propter antiquas ſocietates, tùm particulariter ex cõſideratione matrimonii, inter Sororem Regis, et defunctum Ducem Victorem Amedeum; magnâ voluptate perfundi ſeſe ſenſit, cùm videt Dominos Principes, Cardinalem Mauritium & Thomam id agere, gnari utique quantum noceat diſſidium, quod illuc eſt ſparſum, nihil adeò, ex ratio

ne con-

ne contrariorum, utilius contingere ad indipiſcendum ſplendorem obſcuratum, quàm ut unio, ex deſiderio Majeſtatis Chriſtianiſſimæ reſtituatur, Hinc eodem majeſtas gratum habet, ut articuli ſequentes tranſigantur cum principibus.

I. Principes Sabaudiæ, patrui utique ducis Sabaudiæ, ſub protectione Regis, & ſub tutelâ ac regimine Dominæ viduæ.

II. Succeſſio Statuum Sabaudicorum conſervetur deſcendentibus maſculis illius familiæ.

III. Rex reſtituat loca, quæ per Pedemontium tenet, modò Hiſpani reſtituant quę occupant, & dux Sabaudię relinquatur eorundem dominus certus, ſub tutela & regimine dominę viduę.

IV. Principes Sabaudiæ abdicent quaſcunque clientelas & colluſiones cum Hiſpanis, apertè ad partes majeſtatis Chriſtianiſſimę transgreſſi. Prętereà princeps Thomas obligetur ad operam Regi præſtandam actu ipſo adverſus Hiſpanos in Italia, quemadmodum Regi viſum fuerit, donec reſtituant omnia omninò loca, ut in poteſtate ſint ducis Sabaudici, ſub tutela & regimine dominæ viduæ, matris ipſius, adeoque ipſus remittat in Pedemontium Principem Carinianam, conjugem cum liberis: ſic majeſtas Chriſtianiſſima nihil poſtulabit ulterius nihil coget eum, ad bellum continuandum.

V. Rex approbet transactionem inter ducem viduam Sabaudiæ & principes Sabaudiæ, curaturus etiam, ut omnia deducantur ad executionem.

VI. Rex opituletur principibus Sabaudiæ, nullo loco aut ſumtu reſtituendo, ſi fortè Hiſpani auſint aliquid novi, aut machinentur quicquam in præjudicium principum.

VII. Cardinalis Sabaudiæ fruatur cenſu anno centies mille librarum, adeò ut majeſtas Chriſtianiſſima, ubi tranſierit apertè ad partes Galliæ, ipſi argenti præſentis adnumeret centum millia librarum, ad rationes primorum annorum, quibus cenſum habet utendum, dum ampliſſimis promiſſis de augendâ ſorte per ſemiſſem.

VIII. Rex gratum habeat matrimonium Cardinalis Sabaudici

baudici cum principe Sabaudiæ, nepte; cujus reſpectu expleat easdem gratias ſuperioribus annis in ſpem concluſas.

IX. Princeps Thomas conſentit in cenſum centies mille librarum, qui per ſemiſſem augeri q eat.

X. Princeps Cariniana, conjux principis Thomæ, rediens cum liberis habeant cenſum annuum ſeptuagies mille librarum.

XI. Rex dari curet principi Thomæ centum millia librarum, argenti præſentis, ad rationes illorum cenſuum, ubicunque locorum ipſi libuerit.

XII. Rex curabit, ut aliquod matrimonium contrahatur inter aliquem filium principis Thomæ & filiam Ducis Longavillani,

XIII. Rex nihil conſtituet cum Rege Hiſpaniæ niſi is reſtituat loca, quæ per Sabaudiam occupata tenet omnia, & reditus conjugis atque liberorum ſimul comprehendatur.

XIV. Rex certiores faciet Pontificem Maximum & Rempublicam Venetorum de abſolutâ iſtac transactione, quæ reſtitutionem occupatorum concernit.

XV. Domina Vidua Sabaudiæ ſi diem ſuum obeat impubere Duce Sabaudiæ, filio ſuo, tum Rex allaboravit, ut tutela Ducis Sabaudici, cum regimine ſtatuum obtingat Principibus Sabaudiæ, modò ſemper adhæreant partibus Majeſtatis Chriſtianiſſimæ.

XVI. Tranſactio ratihabebitur utrinque intra viceſimum diem.

Ratihabuit Rex hanc tranſactionem Petrælatæ, Calendis Julii, anno 1642.

Signatum.

LUDOVICUS.

& inferius,

BUTHILERIUS.

Die 25. Julii, anno 1642. fuere exhibitæ ratihabitiones iſtius

iſtius tranſactionis ex utraque parte: promulgatio pacis facta eſt Niceæ, & iureiurando firmatā Taurini inter Dominam viduam & præfatos Principes.

Quæ emolumenta ſuſceperit Rex ex tranſactione inita cum Principibus Sabaudiæ patruis Ducis Sabaudiæ.

I. Obligat illos ad ſuas partes ſequendas, adverſus Cæſarem & Regem Hiſpaniæ: dum matrimonium conciliat inter Principem Mauritium, nuper Cardinalitiā dignitate fulgentem, & neptem ipſius, quæ itidem eſt neptis Regis ex orore, Dominæ viduæ.

Dum ſpem facit principi Thomæ nuptiarum inter filiū aliquem ipſius & filiam Ducis Longavillani, hæredem futuram Dynaſtiæ Neocaſtellanæ & aliorum dominiorum, quæ non pauca per Galliam ſunt ſita: Dum promittit pręter omnia iſta cenſum & ſuſtentationem ampliſſimam, etiam conjugi et liberis principis Thomæ; quos certos reddit cum deſcendentibus maſculis, de ſucceſſione futura univerſę Sabaudiæ ſi maximè Dux, nepos utique ipſorum extremum diem claudat; prolis maſculæ expers, quaſcunque interea prætenſiones et nomina ſorores aut filię Ducis præferant.

Sic etiam decedente Domina vidua, tutelā & regimen in ipſos translatum iri, neglecto favore et ſuppetiis Cæſaris, & Regis Hiſpanici, in eum finem.

II. Præbet facultatem ipſis et Dominę viduæ recuperādi facilius ea, quæ Rex Hiſpaniæ ex Statibus Sabaudiæ uſurpavit, utpote Vercellas, Aſtum et alia loca; adeò ut hic et ille in poſterum uniti permaneant, abſque ulla ſuſpicione aut æmulatione mutua.

III. Exoneratur ſtipendio decies mille gregariorum, qui ulterius requirentur ad impedienda iſtorū principum conſilia, liberaturque diffidentiā, quam non ſine cauſa ſuſceperit de potiore parte provincialium.

IV. Si vindicat Pinierolam, poſtquam conventum eſt, ut tan-

ut tantummodo reddat quæ poſſidere cæperit à morte Ducis Victoris Amedei, unde Cæſari & Rege Hiſpaniæ præciditur anſa repetendi illum locum adeò nobilem, cum Rex illum fecerit ſuum ſuperſtite utpote Duce Victore Amedeo.

V. Evitat æmulationem Pontificis Maximi & Venetorum, aliorumque per Italiam principum, quam concipere poſſent de numero tot locorum, quæ præſidiis per Pedemontium occupat, dum declarat, paratum ſeſe ad ea reddenda, ſi rex Hiſpaniæ eandem ineat rationem eorum; quę poſſidet reſtituendorum; ipſius interea Dominus Taurini, Duce adminiſtratricé cum Senatu ad ſuam mentem alligatâ.

VI. Denique per hanc tranſactionem via planiſſimè ſternitur ad pacem, dum principes litem movebunt Dominæ viduæ, ſorori Regis Chriſtianiſſimi, quæ utique hoc munus ſuſtinet ex mandato defuncti ducis mariti ſui, perſuaſi ſcilicet & ſuſtentati à Cæſare & Rege Hiſpanię: quam litem impræſentiarum deſerunt.

CAPVT LIII.

Epiſtola Domini Principis Auraici ad Regem.

SERENISSIME REX.

INtellexi quidē à tua Majeſtate in cuſtodiā datū eſſe dominum ducem Bullioneum, ſed hactenus ſcire nequivi cauſam iſtius inſtituti, neceſſitudo tamen, qua me attingit, voluit, ut in eum finem ad Majeſtatem tuam aliquid literarum darem, quibus humillime rogo, ut lubeat tibi reſpicere dominum ducem Bullioneum oculo benigno, ut ſentiat eandem clementiam, quam ipſi præteritis temporibus tàm regiè teſtata eſt tua majeſtas.

Nova hec gratia majeſtas tua ipſum devincit in ſempiternum, quam omnes ipſius propingui venerentur cum

ipſo, per humillima obſequia erga mandata tuæ Majeſtatis: Eam obnixè rogo, ut me in eo numero cenſeat, qui per reliquum vitæ ſpatium ſum operosè teſtaturus per obſequia humillima, me nulli mortalium cedere, in colenda tua majeſtate, qui utique ſum,

Serenissime Rex,

Tuæ Majeſtatis humillimus
& obſequentiſſimus ſervus,

F. Henricus De Nassavu.

ex caſtris Burbergæ, die
25. Iulii, anno 1642.

CAPVT LIV.

Epiſtola Domini Principis Auraici ad Dominum Cardinalem.

Mi Domine,

NOva illa, quæ ad me ſunt perlata, quomodo Regi placuerit in cuſtodiam dare Dominum ducem Bullioneum, cum temporis anguſtiæ nondum permiſerint cauſam illius inſtituti perſcribi, induxerunt me extemplò, ut in ipſius gratiam aliquid literarum ad Regem exatarem. Spero autem conſcius mihi, quantoperè ipſum colam, Majeſtati Chriſtianiſſimæ id officii non fore ingratum, Hinc igitur te humillimè rogo, mi Domine, ut animum Regis inclines ad exhibenda quæcunque effecta benignitatis & benevolentiæ ſolitæ

Patere, ut debeat ipſus tibi hoc, poſtquam tuæ benevolentiæ teſtimonia tam illuſtria & comperta tulit. Neque verò ſolus æternas referet gratias tuæ Eminentiæ; cum

cùm univerſi ipſius neceſſarii in partem veniant, inter quos equidem conabor tibi perpetuam probare gratitudinem, poſtquam ſummo gaudio habuere ab Eminentiâ tua accepiſſe materiam illius exercendæ quemadmodum ſum.

Mi Domine

Tuæ Eminentiæ
humillimus ſervus

F. Henricus De Nassavv.

Caput LV.

Epiſtola Principis Auraicæ ad Regem:

Serenissime Rex,

SPero ego tantum benignitatis à tuâ Majeſtate, humillimas meas preces non fore ingratas, ob conditionem præſentem, in qua Dominus dux Bullioneus nunc verſatur, cuius curam mihi imperat neceſſitudo, quæ mihi cum ipſo intercedit; adeò ut cogar uti favore tuæ Majeſtatis, & quàm poteſt fieri humiliter petere, ut conſiderationis locum inveniant cum noſtris ſupplicationibus officia, quæ cum ſuis poſſet in poſterum præſtare.

Sic enim experietur diverſâ ratione clementiam tuæ Maieſtatis, quàm adeò juſtam mihi perſuadeo, ut nunquam ſit admiſſura ullam accuſationem innocentiæ gravem, ubi comperta fuerit; adeoque benignam, ut rebus ſequius caſuris (id quod credere nolim) non ſit uſura rigore adverſus ſubditum iſtius conditionis, qui ad pedes tuæ Majeſtatis provolutus implorat gratiam.

Iſtis fundamentis innixa humillimas meas preces itero, ut in ipſius perſona obligari nobis detur, humillimis precibus noſtris benignè exceptis, meis particulariter, quas ſexus mollities & ſollicitudo tum matris, tum conjugis ſummopere concitant, ut deſideriis illis accedam, ut ſic eò magis tenear vota ſuſcipere pro proſperitate tuæ Majeſtatis

SERENISSIME REX.

CAPVT LVI:

Epiſtola Principis Auraicæ ad Dominum Cardinalem.

MI DOMINE

POſtquam reſcivi Dominum Ducem Bullioneum cuſtodiæ traditum, unde plurimum fuimus turbati. auſa ſum ſcribere ad Regem, & accedere ad cæteras interceſſiones quæ in ipſius gratiam majeſtati regiæ exhibebuntur à propinquis. Novit tua Eminentia, quo gradu neceſſitudinis nos contingat, & quantâ commiſeratione ſuſpiremus cũ illis, quæ ipſorum eò redactum vident, occulta etiamnum cauſa iſtius inſtituti.

Obnixè rogo tuam Eminentiam, ut ſentiat per hãc occaſionem, favorem, quo ante hac gaudebat, non proceſſiſſe ex ſcaturigine exareſcente, quin ſperare debeat, cam in ſeſe hac demum occaſione defluere. Non ſolus hoc beneficium feret, cum omnes ipſius neceſſarii participent, & ego particulariter, quæ exſpectabo à tua Eminentia, interceſſionem meam fuiſſe alicujus ponderis, adeò ut pergas me devincire in cauſa tanti momenti, & tantum beneficium cumules reliqua à tua Eminentia profecta, quemadmodum pro tua incolumitate Deo ſupplicabo, futura utique in perpetuum, & ç.

CA-

CAPVT. LVII.

Reſponſum Domini Cardinalis ad viduam Bullioneam.

MEA DOMINA,

QVouſque Dominum filium tuum credidi memorem gratiarum, quas Rex ipſi fecit, adeoque plenum ſtudii & fidelitatis erga emolumentum regis, nihil omninò omiſi pro virili me ipſi præbere vtilẽ, & procurare quævis compendia apud maieſtatem Chriſtianiſſimam: Cum autem ſe nunc indignum reddiderit nova illa infidelitate, quam commiſit adverſus Regem & adverſus Rempublicam, eo ipſo tempore, quo oblatam habebat occaſionem præterita abolendi, in vtrumque commodum, Tu ipſa quod certum habeo, mihi iniquior fores, niſi contribuerem quicquid officium requirit, ad pernoſcenda ſiniſtra ipſius conſilia, cum ſerie, quæ fuit concinnata.

In particulari, mea Domina, invenies me ſemper plenum deſiderii, quo tibi teſtari cupio te ipſa, quanti tuam perſonam, & ſinceritatem faciam, ſecundum quam ſum, &c.

CAPVT. LVIII.

Reſponſum Domini Cardinalis ad Ducem Bullioneam.

MEA DOMINA.

QVicquid reſpondere licet ad literas, quas voluiſti ad me dare de cauſa Domini mariti tui, huc evadit, vt innocens eorum, quæ ipſi impinguntur, id quod teſtaris te credere, in eo loco & conditione, vbi nunc degit, regem edoceat, qui nimis religioſus eſt cultor Iuſtitiæ, quin integram ipſi præſtet.

Quemadmodum pro virili ipſius commodis inſervivi quouſq; conſilia ipſius bona credidi, ut ipſa minoris me faceres, niſi præſtarem nunc ea, ad quæ nova infidelitas ab ipſo commiſſa, me adigit, cum error ille mihi alium ſermonem non permittat. Excuſabis, mea Domina, uſum iſtius nuncupationis, qui tamen nihil impediet, quin per æquas occaſiones oblatas certa prodam teſtimonia, quòd ſim, &c.

CAPVT. LIX.

Reſponſum Domini Chavinii ad Dominam viduam Bullioneam.

Mea Domina.

Ægritudo animi, quam ſuſcepiſti ex caſu ſiniſtro, quē Dominus filius tuus ſibi conciliavit, adeò juſta eſt, adeo digna eſt commiſeratione, ut nemo ſit, qui optare deſinat remedium leniendi illam ægritudinem. Equidem nimis me beatum exiſtimem, ſi liceret quicquam contribuere ad ſolatium, ut ſic demonſtrem, quomodo ſim reverà &c.

CAPVT LX.

Reſponſum Domini Chavinii ad Ducem Bullioneam.

Mea Domina.

Tot cauſæ tibi extant mœroris, ob conditionem, in qua verſatur tuus maritus, ut ſola conſideratio tuæ virtutis me induceret, ad cauſam ipſius ſuſcipiēdam, tametſi nulla alia ratione permoverer & invitaret. Sed tricæ, qui-

quibus ſemetipſum impedivit, reſecant ferè omnia media illis omnibus, qui te colunt, quicquam conferendi ad tuã conſolationem.

Equidem, *Mea* Domina, contribuam omnia quæ facultates meæ ferent, ut tibi demonſtrem, me revera eſſe,

Mea Domina. &c.

CAPVT. LXI.

Reſponſum Domini Noyerij ad Dominam viduam Bullioneam.

Mea Domina,

Cum gnara ſis, quantoperè ſemper coluerim Dominum Ducem Bullioneum, nulla dubitabis, me graviſſimè ferre finiſtrum caſum, in quem ipſum video præcipitatum, & quidem ejus conditionis, ut clientibus conſtringãtur manus, ne in ipſius compendium quicquam ſuſcipere queant.

Quamprimum fuerit in eo loco, in quem majeſtas regia eum deducendum decrevit, ſperabo, ipſum notitiam cauſæ illius daturum, quæ Regem permoveat, ad conſiderationem ſuæ perſonæ, adeo ut mihi via aperiatur, quam deſidero, quo ipſi teſtatum faciam per officia, quæ Regi debeo, me eſſe & ipſi, & tibi,

Mea Domina, &c.

CAPVT. LXII.

Reſponſum Domini Noyerii ad Dominam DucemBullioneam.

Mea Domina,

Quantò majore ſtudio ferebar ad cõpendia Dn. Ducis Bullio-

Bullionei, eò maiori mœrore percutior, ex caſu ſiniſtro, in quem incidit: eò vehementius autem commoveor, quòd plura ad me permanaverint, quàm vulgus novit, quanta difficultate cauſa iſtiusmodi laboret, adeò vt ne ſermones quidem de ea cædere liceat, niſi per vota, quæ ſuſcipio, ut in locum deſtinatum deductus, ipſius nobis opem ferendam præbeat, ſi doceat Regem de crimine malevolorum, & ſua innocentia.

Præſtò habet ea media, nec dubites Mea Domina, modò hanc viam inſiſtat, optimam vtrique omnium ad incolumitatem; eò quòd Rex de omnibus momentis plenè edoctus non facile patietur ſibi verum ſubduci, ne quid ad errorem priorem accedat, id quod metuit maximè.

Mea Domina, &c.

CAPVT. LXIII.

Deductio cauſæ, pro Domino Duce Bullioneo inſtituta.

QVoniam Regi placuit promittere Domino Duci Bullioneo, definita controverſia de Principatu Sedani & Raucurtii, datum iri declarationem ad Curiam Pariſienſem, vt ipſius perſonæ & deſcendentibus aſſerantur iidem honores, prærogativæ & ordines, quibus ipſe & prædeceſſores fruiti ſunt in hunc usque diem, tum veluti Duces Bullionij tum veluti principes Sedani, iuxta declarationes maieſtatis Chriſtianiſſimæ, tametſi Coronæ tradat terras Sedani & Raucurtii, poſſeſſione illarum in poſterum derelicta & abdicata.

Reliquũ eſt, vt pateat, quo ordine ſit habendus, propter Ducatum Bullionij, & Principatum Sedani, itaque lubeat Regiæ Maieſtati eum determinare, vt in poſterum relinquatur certus & definitus, & ipſi, & familiæ.

Extra

Extra dubium vtique verſatur, dignitatem Ducis ſupremi inferre ſecum ex natura rei titulum Principis, qui inſeparabiliter affixus eſt Dominatui ſupremo : adeo vtquicunque fruatur omnibus juribus ſupremitatis, & exerceat potentiam ac authoritatem ſupremam in ſuo ſtatu & in ſuos ſubditos, idem reputetur Princeps.

Ex qua ratione omnes omninò Duces, tum Germaniæ, tum Italiæ, etiam illi, qui feuda tenent, aut ab Eccleſia, aut ab imperio, qui vltra memoriam mortalium, aut per inveſtituram ad determinatum tempus, aut in perpetuum per acquiſitionem, aut alio modo, gaudent juribus ſupremitatis, in quorum familia reſidet ſupremitas quales ſunt Duces Sabaudiæ Lotharingiæ Mantuæ, omnes adeo Duces & Principes, qui tenent ſupremitatem & eandem dignitatē fruuntur inſuper paribus juribus, ſine contradictione reputantur Principes, titulo & ordine Principum ipſis competente. Ea propter Domini principes Regii ſanguinis nuncupantur Principes, quod per Galliam ſoli ſint capaces Principatus & Supremitatis, adeoque ſucceſſionis Regiæ quæ ſanè eminentiſſima eſt ſupremitas in Orbe Chriſtiano.

Cùm igitur Dux Bullioneus iſtius ſit conditionis, & Ducatus ille paris dignitatis, talis habitus a Regibus noſtris & ab Imperatoribus, tum etiam ab aliis Regibus & Principibus, vel propter Principatum Sedani, ex regula iſta infallibili, vt quicunque audiat Dux ſupremus, aut prognatus ex familia ſuprema, idem perinde ſit Princeps, exiſtimat ille ſeſe firmo inniti fundamento, non tantum vt poſtulet illum titulum, ſed etiam ordinem Principis, titulo etiam non controverſo, exinde ordinem, veluti illuſtriorem notam Principatus lex tertii & functionis illius, ſibi conſervandum eſſe cum hoc ex illo pendeat.

Hoc jure ſic conſtituto, reliquum eſt, vt ex vſu demonſtretur, Duces Bullioneos, pro more cæterorum Principum ſupremorum, & eorum, qui natales referunt ad familias ſupremas, eſſe in poſſeſſione publica Ordinis Principalis, eos tenuiſſe & aſſeruiſſe cum cæteris Principibus, conſervatos & aſſertos fuiſſe in eo ordine, cujus rei aliquot exempla, ad deciſionem controverſiæ ventura, producemus.

Ff 5 Hi-

Hiſtoria annotat, inter Principes, qui comitabantur Philippum Ducem Burgundiæ, & interfuerunt tranſactioni Atrebatenſi anno 1435 recenſeri Ducem Bullionei, hoc ordine, *Dux* Geldriæ, Dux Bullionei, Iohannes Clivenſis, primogenitus Ducis Clivenſis, Comes Validimontii, ſecundo genitus ducis Lotharingici, Carolus Burgundus Comes Nivernii, Ludovicus Comes Sancti Pauli, Iohannes Burgundus Comes Stamparũ, Iohannes Luxemburgicus Comes Lignii, *E*piſcopus Cameracenſis & Leodienſis.

In Comitiis Imperialibus, quæ habita fuère Ratisbonæ anno 1471. tempore Friderici III Imperatoris, dux Bullioneus & Princeps Sedani, qui tum erant, ordinem & ſeſſionem tenuère cum ducibus Lotharingiæ, Sabaudiæ, veluti paris dignitatis, & cum reliquis omnibus Ducibus ſupremis, & Principibus liberis, dependentibus ab imperio, et ad titulum feudi aut protectionis, id quod patet in collectaneis legum et Conſtitutionum Imperialium, quæ dedicatæ fuerunt Imperatori *Matthiæ*.

Rex Carolus VIII. ſuſcepit per tranſactionem anni 1486 in ſuam protectionem Rupertum Marchiæ, ducem Bullionii & Dominum Sedani, cum filio & omnibus ipſorum locis ac domiciliis adverſus ducem Auſtriæ & alios, qui ipſius bellum veniebant inferre, aut damnum aliquod, ob officia Galliæ reddita, ubi ipſis promiſit opem, ſuppetias & favorem, tanquam dynaſtis ſui ſanguinis & progenici, ut nec tranſactionem, nec pactum ullum cum duce Auſtriæ aliiſque eſſet facturus, quin eos comprehenderet.

In executione cujus tranſactionis anno 1493. idem dux Bullioneus comprehenſus fuit in trãſactione pacis Sylvanectenſis; inter Regem Carolum VIII. ex una, & Maximilianum I. Regem Romanorum; poſtea Imperatorem, & Philippum Archiducem Auſtriæ, ex alteraparte; ex cujus ſerie per tranſactionem particularem, anno 1496. die 26. Dec. inter illos Archiduces & eundem ducem Bullioneum interceſſit inter cætera jubebatur ut Bullioneũ, quod fervente bello erat captũ, per executionis tenorẽ redderetur.

Anno 1497. ex virtute iſtius protectionis idem Rex præſtitit ſeſe arbitrum; ut litem componeret, inter ducẽ Bullioneum, tanquam Dominum Sedani, & Renatum ducem Lotha-

Lotharingię oram cui bellum inferebat ob aliquot dynaſtias, præter fas & ęquum detentas, miſſo in eum ſolum finem Baudricurtio, Mareſchalco G[illegible]; qui poſtquam plura acta hoſtilitatis pacem inter ipſos compoſuit, per quam tranſactionem, ex illorum conſenſu, & in gratiam Regis conventum fuit, ut dominus Sedani, propinquus ducis Iuliacenſis, neque ipſi, neque Archiducibus Auſtriæ inſerviret, ſua perſona aut Sedano, adverſus ducem Lotharingię.

In tranſactione inita Cameraci, decimo decembris, anno 1508. inter Regem Ludovicum XII. & Carolum ducem Geldriæ, Imperatorem Maximilianum I. et Carolum Archiducem Auſtriæ, dominus Sedani comprehenditur inter ſocios & fœderatos Coronæ Gallicanæ. Et in Londinenſi, quæ incidit in 7. Auguſti, anno 1514. inter eundem Regem Ludovicum XII. & Henricum VII I. Regem Angliæ, nominatur cum ducibus Sabaudię & Lotharingiæ Geldriæ, Republica Venetorum, dynaſtiâ Florentiæ, Marchionibus Mantuę, Monferrati, et Saluſſiarum, quemadmodum & in illa Noviodunenſi, 13. Auguſti, anno 1516. inter Regem Franciſcum I. et Carolum Regem Hiſpaniæ, poſtmodum Imperatorem; tum in illa, quæ ſanciebat ligam offenſivam et defenſivam, cum Henrico VIII. Rege Angliæ, anno 1517. conventum fuit, ut procuraretur bellum ex parte Regis Navarræi, ducis Geldriæ, et dynaſtę Sedanenſis, qui terras Imperatoris invaderent ſuo quiſque loco.

In tranſactione Caſtello Cameracenſi Rex Henricus II. et Philippus II. Rex Hiſpaniæ, anno 1559. comprehendunt dynaſtam Sedanenſem cum ducibus Lotharingiæ, Sabaudiæ et Mantuæ, aliisque ſociis Coronæ Gallicanæ, quemadmodum, et in illa Verviniana, anno 1598.

Præter tranſactiones iſtas publicas pat[illegible] et etiam particulares, tum ſocietatis tum protectionis, inter Reges & duce Bullionei et dynaſtas Sedanenſes, unde in diverſis titulis illos nuncupant ſocios ſuos et confœderatos.

Anno 1518. die 27. Aprilis dynaſta Sedanenſis, qui rerum tum potiebatur, et Epiſcopus Leodinenſis, ipſius frater, tum ſancivêre pacta quædam ſocietatis et Confœ

dera

derationis ad fanum Iuronis, pro emolumento ſua & ſuarum provinciarum cum Carolo Auſtriaco, Rege Hiſpaniç, propter Belgium, ad quæ pacta acceſsêre tunc ſtatus Leodienſes. Illa pacta attraxêre alia ſancita Bruxellis, die 7. Decembris, anno 1519 ratihabita Saragoſſæ, à Rege Hiſpaniæ die 22. Ianuarii ſecuto.

Cum autem Rex impegiſſet in illa pacta, inhians juribus Supremitatis Bullioneæ, in præiudiciũ ſententiæ vltimæ & fine appellatione datæ per Pares Ducatus iſtius, qui ab omni ævo nullum Regẽ, neminem in ſuperiorem agnoſcunt, præter ſuum Ducem, id quod adnoravit Bellæus in hiſtoria illius temporis, Dux igitur Bullioneus vt vindicaret hanc iniuriam, deſerit illius ſocietatem, & tranſit ad illam Galliæ, quemadmodum & Rex Franciſcus Leum in ſuum ſuſcepit patrocinium, per tranſactionem anni 1520. qua promittit ipſi opitulari, ipſum defendere adverſus quosvis & contra omnes, etiam contra Imperatorem, cui ad inſtigationem Regis cœpit facere bellum in agro Luxemburgico, quod tamen poſtmodum incendium corripuit Galliam, quemadmodum videre eſt in hiſtoria.

Cum defunctus Dux Bullioneus adipiſceretur Ducatum Bullioneum, & Dynaſtiã Sedanenſem, acquiſitis ſibi omnibus juribus familiæ Sedanenſis, apud omnes omninò, qui aliquid juris & nominis ibi habere poterant, Rex Henricus IV. ipſi patrocinium prorogavit, & per ſeriem illius comprehenſum voluit in tranſactione Vervinianа inter ſocios Coronæ; agnovit etiam ipſum diverſis titulis & tabulis publicis Ducem & principem ſupremum, quemadmodum Reges prædeceſſores fecerant erga Duces illius prædeceſſores. Etiam in tranſactione anni 1606. renovavit illud patrocinium, quod poſtmodum cõfirmatum voluit Rex Ludovicus XIII. anno 1616. & 1641. quod patrocinium nullam prorſus infert ſubiectionem aut dependentiam, præter honorem & reverentiam, vti principes minores & imprimis patrocinio gaudentes, debent maioribus, & principaliter Dominus Bullioneus Regi.

Quamvis autem Dominus Dux Bullioneus non ſit prognarus ex iis, qui poſſidere hos principatus ſupremos & Dyna-

Dynaſtias ante ipſum, quæ dominia tranſierunt per diverſas familias, nempe domum Arduennæ, Boloniæ & Marchiæ, & tandem inciderunt in ipſius domum per acquiſitionem, quam defunctus ejus parens obtinuit titulo legitimo; id verò nihil impedit, quin illæ dignitates ſupremæ, quæ ad ipſum ſunt transmiſſæ per ſucceſſionem, ipſi competant, cum omnibus ſuis prærogativis, jure natalium ab authoribus. Supremitas enim metienda eſt ex ſupremo dominio, in quo reſidet dignitas, & per idem communicatur perſonæ Domini, qui illud poſſidet, cum nihil neceſſe ſit ex domo ſuprema prodiiſſe ſupremum adeoque ſatis ſit, ipſum poſſidere dominium ſupremum.

Quapropter videtur abunde comprobatum, duces Bullioneos ſemper tenuiſſe ordinem principum, tales fuiſſe agnitos & per Imperatores, & per Reges aliosque principes ſupremos, qui ipſis hunc ordinem dedère cum omnibus reliquis principibus, tum paris eſſent dignitatis ſecum, vel cum ducibus Sabaudiæ, Lotharingiæ & Mantuæ, qui capita conſtituunt familiarum illuſtrium, unde prodière duces Guiſiæ, Nemurſii & Niverſii, ad quorum exempla dux Bullioneus poſtulat eaſdem prærogativas & proedrias, quibus illi gaudent, ex cenſu principum Exterorum.

Vt autem res luce meridiâna fiat clarior, dici præterea poteſt, duces Bullioneos eſſe itidem in poſſeſſione iſtius Ordines per Galliam, æquè ac in alijs Statibus & Provinciis Exteris: ſi vero aliquoties non ſunt fruiti eo, propter tumultus, aut impupertatem ſuam, aut alia impedimenta legitima & neceſſaria conſervarunt utique id jus et eam facultatem.

Id ipſum poteſt colligi ex declarationibus Regum, Caroli IX, anno 1572. Henrici IV, anno 1607 Ludovici XIII. anno 1612. quæ ſanè confirmatæ fuerunt per transactiones de protectione Sedani inſtitutas anno 1616 & 1641 per quas Reges promittunt ipſis conſervare ordinem & proedriam, ducatui competentem, & à Rege Henrico II. ipſis

ipſis datam, quapropter habent ſine ulla controverſia titulum Principis Exteri, quoniam & ducatus eſt ſitus extra Regni limitem, ideoque conſequitur neceſſario, ut eundem obtineat ordinem.

Animadvertendum itaque eſt, Duces & Principes ſupremos etiam ſecundo genitos ipſorum, inſiſtere exemplis, ut teneant ordinem ſuorum ducatuum & Principatuum, aut domorum ſuprematum, ex quibus ſunt prognati; certum nihilominus manet, eum honorem dependere ex voluntate & benevolentiâ Principum qui illum in ſuis ſtatibus concedunt pro arbitrio, & conferunt iis, quos tales agnoſcunt.

Ibi verò Reges noſtri exhibuêre ſeſe facillimos erga Principes Exteros, ſocios ſuos & Amicos, tum ſupremos, tum ex familiis ſupremis ortos, quibus dedère ordinem principum, ſecundum dignitatem Natalium, quotieſcunque in Aulis & comitatu regio, ſive ad aliquod tempus duntaxat, ſive in perpetuum conſpicerentur: cuius rei exempla adeò nota ſunt & communia, particulariter autem in gratiam eorum, qui literas obtinuêre Naturalitatis ſeu Inſitionis, etiam matrimonia contraxerunt in regno, incolatumque conſtituêre.

Cum Dux Albaniæ, Princeps Scotiæ domicilium fixit in Gallia, ordinem tenuit principis exteri, duxitque Annam Turrenſem, Comitem Arverniæ & Boloniæ, ſororem maximam Magdalenæ Turrenſis quæ & Dux erat Vrbini & mater reginæ Catharinæ Medicea,

Sic Claudius I. Dux Guiſiæ, utpote Princeps Lotharingiæ, duxit anno 1513. Antoniam Barboniam; Et Philippus Nemurſius, utpote Princeps domus Sabaudicæ, duxit anno 1528. Carolam Aurelianenſem; & Ludovicus Gonſala, filius Friderici I. Ducis Mantuani, utpote Princeps domus Mantuanæ, duxit Henricam Clivenſem Comitem Niverſii, anno 1565. Qui principes utique originem dedère tribus familiis principalibus, & obtinent hac tempeſtate ordinem in hoc regno Principum Exterorum.

Ad horum exemplum Rex Henricus II. quamprimum exterum potitus anno 1547. dedit duci Bullioneo, qui

tum

tum imperitabat, ordinem ducatui illi competentem, qui ſanè principalis ſit oportet. In eo enim duntaxat conſiſtunt prærogativæ dignitates & proedriæ, competentes illi ducatui, quas juxta declarationem Regis Henrici II. Reges ſucceſſores uſque ad hæc tempora promiſère conſervandas. Neque verò id in aliam partem cum ratione poteſt rapi.

Cùm igitur tunc temporis is fuerit uſus practicus per Galliam, & ordo dignitatibus in regno conſervatus, ut qui Dux audiret, perinde Princeps nuncuparetur, eò quòd maior dignitas ducali non eſſet, nec quiſquam alius, præter principes ſanguinis regii & principes ex familiis Supremis Exterorum prognatos, ducis nomine deſignaretur; hinc ad eundem titulum duces Bullionei, & omnes ipſorum liberi nunquam non honorem tulère à Regibus & titulum Cognatorum; coniuges etiam, & omnes omninò filiæ cognatarum, adeo ut ſedem quælibet haberet apud Reginam, curru penſili frequentaret aulam Luparæ; quam poſſeſſionem produxerunt ad hunc uſque diem, cum id honoris nihil magis controvertatur, quam titulus Principis.

Quoniam autem videtur eſſe reſtringendus ordo ipſorum ad aliquam differentiam quoad alios duces, oportet ut demonſtremus, eos non verſari in pari dignitate; magnum adeo diſcrimen eſſe inter hos & illos.

Per imperium, ubi ordo dignitatum religioſè cuſtodiatur, duces obtinent ordinem Principum, poſt eos veniunt Principes, ducali dignitate vacui; deinde ſequuntur Comites iidemque principes, & tandem Comites ſimplicis illius dignitatis. Idem ordo ſervabatur antiquitus per Galliam, & obſervari poteſt in ordine & ſeſſione Equitum, qui Spiritui Sancto militant, quorum ſtatuta, articulo VII. poſtulant, ut poſt principes ſanguinis Regii procedant principes prognati ex familiis ſupremis, ſcilicet ducalibus; exinde principes, ducali dignitate non fulgidi, deinceps duces & Nobiles.

Unde colligi poteſt differentia, quæ patet inter priſcos duces, prognatos ex familiis ſupremis, ſe duces Guiſiæ, Nemur-

Nemurſii & Neverſii & Bullionii, quipræterea hãc habent prærogativam, ut ipſus ſit ſupremus; & inter Duces, qui non ſunt principes, & poſtmodum fuêre creati, ex quibus Dux Momorantii primus numeratur, cujus Ducatus erigebatur anno 1551, ab Henrico II. Rege, & cœteri deinceps abs Rege Carolo IX. & ipſius ſucceſſoribus, quibus placuit multiplicare gemmin. feudalia Ducatum uſque ad numerum, quem hodie habemus.

Novi igitur Ducatus iſti fuerint, tantummodo dignitates honorariæ, à benevolentia Regum profectæ, & terris feudalibus attributæ, de quibus homagium præſtant, ut fruantur nomine duntaxat & honorario titulo *Ducis*; id quod ratificationes Curiarum Parlamentarium pleno ore loquuntur, & perinde longè diverſæ à Ducatu Bullioneo, cujus dignitas eſt ſuprema, quæ utiq; infert ſecũ qualitatẽ Principis, adeò ut *Dominus* Bullioneus ſemper præcedere debeat reliquos Duces, ſine controverſia, cum ducatum poſſideat longè antiquiſſimum quoad ipſos.

Illæ tamen nunquam poterunt poſtulare titulum & qualitatem Principis, ſicut ille, cum dynaſtiam poſſideant neutiquam ſupremam, quæ ſola confert iſtanc qualitatem & proedriam, quemadmodum ſuperius demonſtravimus. Imò illæ dignitates, ſicuti & Paritates purè ſunt precariæ & recidivæ ad Coronam, tanquam feuda ab eadem depẽdentia, deffic ientibus hæredibus maſculis, juxta conſuetudinem regni, quam Scitum Caroli IX. anno 1566. confirmavit. Vnde is per declarationem ejuſdem anni in eum finem conſtituit, ut Miniſtri Coronæ præcedant duces nuperæ creationis.

Sic anno 1572. cum dux Vcetienſis præſumeret ducem Bullioneum præcedere, eò quod & dux eſſet & Par ſimul idem Rex conſervavit proedriam, duci Bullioneo competentem, tanquam antiquioris dignitatis, nulla habita ratione prærogativæ ex Păritate quęſitæ; quæ utique dignitas diſtincta & differens ab illâ ducali, ordinem tantummodo largitur in loco exercitii & functionis, quæ eſt conſpicua in Parlamento frequenti, non verò alibi, adeò ut nullum pondus hic inveniret.

Sic anno 1566. Lud. Gonſala, Princeps Mantuæ, duxerat ducem

Ducem Niverſianam, adeò ut propter conjugem evaſerit Dux & Par Galliæ; ibi Dux Momorantij, qui creatus fuerat Dux & Par anno 1551. intercesſit eius receptioni apud Parlamentum; quoad ea quæ dignitatem Paritatis ſpectant, cùm argueret, eandē extinctam fuiſſe cum maſculis deficientibus; hinc ex qualitate Paris Gallicani poſtulavit ſibi proedriam in cæteris actibus Paritatis; *Ducali* dignitate intacta, eò quod ducatus Niverſianus eſſet antiquior, erectus utique anno 1538.

Lite pendente concurrebant in dignitate Paritatis, ſed antiquitas ducatus, de quâ nemo ambigebat, duci Niverſiano ſemper dabat priorem locum, quod Dux antiquior audiret in omnibus omnino ceremoniis, ubi Duces ordinem ſuum tenent, propter ducatus ſuos.

Anno 1597 Dux Aumaliæ, Princeps Lotharingiæ poſtulabat ex nomine ducis & Paris proedriam adverſus eundem hunc ducem Niverſianum; tametſi antiquior eſſet Dux præ illo, cum ducatus Aumaliæ fuerit ſublimatus anno 1547. diceretque adverſarium non ſuo; ſed conjugis nomine ducem eſſe; quæ dignitatem illam non potuerit transferre, cum ipſus natus eſſet dux; addito etiam ſplendore ſuæ familiæ.

Statuit autem Curia per ſententiam die 5. Septembris eodem anno, nulla habita ratione natalium illuſtriorum, intacta penitus prærogativa & jure Paritatis; Ut Dux Niverſianus, tanquam Dux Niverſij, præcederet in omnibus locis regni; Ducem Aumaliæ; tanquam Ducem Aumaliæ.

Sic denique Dux Luxemburgicus; idem Dux & Par Galliæ; poſtulabat proedriam præ Duce Eſpermonio, tum apud Ordinem Equeſtrem *Spiritus Sancti*; tum in aliis omnibus locis, actibus, conſultationibus & Conventibus, ubi duces obtinent ordinem ducalem, tanquam Dux ipſo antiquior, cum ducatum poſſideret, erectum anno 1676. ille autem Eſpernonij cæpiſſet anno 1581. intacta Paritate, quòd dux Eſpernonius pręſtitiſſet prior ſacramentum Paritatis.

Cùm autem adminiculum quęreret in eo; quod rex

Henricus III. locum ipſi feciſſet ante Duces & Pares, antiquioris creationis, præter Principes, Dux Luxemburgicus itidem confugit ad nomen Principis, veluti prognatus ex familiâ supremâ, adeo ut differentiam conſtitueret inter hæc tria nomina, Principis, Ducis, & Paris.

Iſtæ verò differentiæ inter Principes & Duces ingruebant ſolummodò propter dignitatem ſuorum ducatuum & Paritatum, tum propter ordinem & proedriam; quam inde deducebant; neque tamen momenti ſunt, niſi in loco uſus & exercitij, cum ſint munia planè diſtincta, nec dignitatis, nec Natalium, qua propter duces Niverſij, Aumaliæ & Luxemburgi poſtulabant ſibi nomen principum, quod prognati eſſent ex familiis Supremis.

Idem licet animadvertere in illa controverſiâ, quæ mota fuit anno 1576. inter Ducem Bullioneum & ducem Ucetienſem; qui quod dux & Par eſſet Galliæ; conabatur priores ſibi vendicare ex geminatâ dignitate, Dux autem Bullioneus Paritate non fulgeret: Ibi rex Carolus IX. ſancivit per ſententiam, 4. die Auguſti latam, eodem anno, Quoniam rex defunctus Henricus II. parens ſuus dilectus, ſuperſtes declaraſſet, voluiſſetque defunctum Ducem Bullioneum, parentem illius, qui tum rerum potiebatur, tenere locum & ordinem ducis in ſuo regno, tametſi ducatus ipſius non eſſet ſitus intra limitem regni, quo etiam ſuperſtes fruitus eſſet, & poſt ipſum filius deinceps, in omnibus Actibus & Conventibus in quibus ordines ducum cuſtodiuntur & obſervantur; præceſſurum ipſum tanquam antiquiorem, præ duce Ucetienſi; ubi verò locorum & Conventuum Pares Galliæ ordinem tenent & conſident, veluti in Parlamento, Ducem Ucetienſem, munere Paritatis præceſſurum præ duce Bullioneo.

Quoniam autem controvertebatur de ordine dato, propter ducatum, quem jure ſupremo tenebat extra regni limitem, ubi dux Bullioneus non tenebatur agnoſcere Curiam Parlamenti, ad quam Dux Ucetienſis conabatur deducere litem, quemadmodum fieri ſolet, ubi igitur de ordine ducatuum feudalium, quos reges noſtri crea-

verint, & quorum tituli ſublimati comprobantur à Curia illa, Rex eorum cognitionem ſibi reſervat & ſuæ perſonæ, ut ex ſententia principum regiorum, cæterorum principum, Ducum & principalium Miniſtrorum, qui Coronæ præſunt, pronunciat & definit; uti hic proximè factum fuit.

Verum enim verò illa ſanctio tantummodò attingebat Parſtatem quam Dux Bullioneus neutiquam carpebat, utpote rem alienam, unde rex non cogitavit ullum detrimentum adferre dignitati natalium, ex qua audiebat Princeps ipſius cum ſucceſſoribus eo nomine noti, quod nunquam nō exercuerint jura ſupremi Dominii per univerſum ſuum ducatū, & alias dynaſtias iſtius generis.

Id verò reges Henricus IV. & Ludovicus XIII. ipſis dilucidè explicaverunt quando declarare voluerunt ſeſe velle & intelligere conſervationem ducatus Bullionei, qui relinquatur duci Bullioneo & ſucceſſorib⁹ ipſius, cum prærogativis, præeminentiis, dignitatibus & proedriis, competentibus illi Ducatui, & quæ ipſi acquiſitæ ſint per Declarationes Henrici II. & Caroli IX. Sic enim non ſolùm comprehenditur ordo *D*ucis in Gallia datus prædeceſſoribus ipſius adeòque ipſi met, ſed etiam dignitatem & prærogativam natalium, tanquam Principis Supremi, propter Ducatum Bullioneum & *P*rincipatum Sedanenſem, propter quem ultra ordinem *D*ucis, id quod ſuperiùs fuit adnotatum, reges hucuſque dedère titulum & nomen Cognatorum omnibus filiis Principalibus, omnibus adeòque filiabus Principalibus nomen Cognatarum præter ſedile apud reginam, quæ curru penſili inveherentur Luparæ aulam; tanquam ſoboles Principum Supremorum, quemadmodum id fas eſt liberis cæterorum Principum, qui ex familiis Supremis prodière, non verò ex Ducibus ſimpliciter ſic dictis; quorum liberi, uti notum eſt in vulgus, eo honore non fruuntur, ob diſpares natales.

Quemadmodum verò Principes prognati ex familiis ſupremis, ut per Galliam ordinem Ducis aut Paris obtineant, non minus ideò ſunt Principes, cùm eam dignitatem trahant à natalium ſplendore; Ita *D*ux

Bullioneus, quod ad morem cæterorum, obtineat ſuum ordinem ducis per regnum Galliæ, nihil minus fuerit Princeps cùm ille titulus vindicetur à Natalibus, & diverſa hæc nomina ac tituli honoris queant in eandem perſonam congruere; ſine alterutrius detrimento, tametſi diverſos effectus ferant, & diverſas prærogativas atque proedrias, ſecundum loca exercitii & functionis ſingularis.

Objicitur, defunctum Dominium Bullioneum, primũ Galliæ Mareſchalcum, non exercuiſſe eum ordinem, quem impræſentiarum efflagitat filius ipſius; ubi reſponſum eſt in proclivi. Cùm defunctus Dominus Bullioneus acquireret jura domus Sedanenſis, tum à defuncto domino Monpenſerio, anno 1594. tum à defuncto Comite *Maulevreo*, anno 1601. conventum fuit per tranſactionem, cum illo Comite Maulevreo perfecta ut conjunctim ferrent nomen ducum Bullioneorum; Maulevreus etiam ad dies vitæ obtineret ordinem & proedriam, competentem ducatui Bullioneo.

Hinc factum, ut ad mortem uſque illius, quæ incidit in finem anni 1622. defunctus dominus Bullioneus nunquam quæſiverit ordinem illum in actibus, ſolennibus & Conventibus, qui poſtmodum obtigère; neque etiam ad Ordinum aperturam, anno 1616. ubi interfuit tanquam primus Galliæ Mareſchalcus, per abſentiam Conneſtabilis, quemadmodum fecerat prius in ſolennibus anno 1594. ut auſcultaret querelas reginæ viduæ, quam Henricus III. reliquerat moriens; cùm ex illis cauſis non poſſet frui præeminentiis, dignitatibus, & proedriis, ſuo ducatui competentibus.

Ut autem illæ conſervarentur, & ipſi & ſucceſſoribus reges defuncti Henricus IV. & Ludovicus XIII. anno 1594. & 1616. dederunt declarationes ad id neceſſarias, ut interrtacta fruitio jurium ipſi neutiquam præjudicaret, aut ſucceſſoribus, adeò ut ab illo tempore ſemper delituerit Sedani, Galliam non ulterius calcaverit, & diem ſuum extremum clauſerit non diu poſt Comitem Maulevreum

lovreum,ineunte nempè anno 1623. ſic impedimentum illud viguit uſq;ad mortem ipſius legitimum utique.

Neque verò ipſi imputari poterit, ex rationibus ſuperius adductis, quaſi iura ſua neglexerit, cum dignitate & proedria, ducatui ſuo competentia,quæ tamen rex defunctus per confirmationes tranſactionum de patrocinio Sedani anno 1616. & 1641. initarum, promitrit ipſi conſervare. Vnde Dominus dux Bullioneus, filius ipſius credit ſeſe ea juſte quærere, cum nunc occaſio rei gerendæ fulgeat, ut jura ſua exponat & illuſtret, in quibus prędeceſſores, tametſi ea neglexiſſe arguantur, quod utique non fecère, nihil potuerunt præjudicare,quod per impuberratem permanſerit in poſſeſſione eorum, hucuſque per declarationes ſuperiores, in quibus ipſe ſuum jus ſibi conſervatum videt.

Quamobrem cum per rationes & exempla ſuperius deducta compertum maneat, Duces Bullioneos, tanquam ſupremos propter Ducatũ Bullioneum, & principatum Sedanenſem, haberi pro principibus exteris, qui etiam agniti fuerint tales à noſtris regibus, qui in more habuère eos nuncupare ſuos Socios & Confæderatos. tum Principes & Dominos ſupremos Sedani, quibus etiam promiſerint conſervare eum ordinem & proedriam, Ducatui illi competentem,ipſi adeò Imperatores, & alii principes Supremi itidem dederint in Comitiis Imperialibus & aliis locis ordinem Principum,tum cum principibus ſupremis tum cum ducibus,Sabaudiæ Lotharingiæ & Mantuæ, tum cum iis qui prognati ſunt ex familiis Supremis.

Hinc conſequitur ex æquâ interpretatione declarationum, quæ ſubinde in eum finem fuère datæ à regibus ſucceſſoribus regis Henrici II. Dominum Bullioneum, qui poſſidet eaſdem dignitates ſupremas, quas prædeceſſores ipſius,Duces Bullionii, & Principes Sedani poſſederunt,aſſerendum & conſervandum eſſe in eodem titulo & ordine Principis, quem illi obtinuerunt, in omnibus etiam prærogativis, dignitatibus & proedriis,

quibus fruuntur cæteri principes Exteri per Galliam.

Id verò humillimè ipſe ſupplicat Regi & Reginę Gubernanti, matri ipſius, ſibi concedi, audetque tantum ſibi promittere ab æquitate & benevolentia illarum Majeſtatum eò magis quod lite, quâ de agitur, definitâ ipſe Coronæ reddat duo ſuprema dominia & inſigne munimentum, quorum ratione ęvadat vaſallus & ſubditus, propter terras, quas viciſſim in permutationem poſſit recipere, modo gaudeat, dum ſatisfacit deſiderio & voluntati illarum Majeſtatum, ſimplici titulo et ordine honoris, qui ipſi & familiæ ex antiqua dignitate relinquatur.

CAPVT LXIV.

Epiſtola regis ad Parlamentum de machinatione factioſa Domini Ducis Bullionei, Sanmarci & aliorum.

Dilecti noſtri & fideles,

COmmutatio inſignis & manifeſta, quam prodidit ab anno inſtitutum Sanmarci, primi noſtri ſtabularij, induxit nos ad primum ſenſum mali ſerpentis, invigilare actionibus ipſius & animadvertere ſermones, donec penetraremus ad intima & aperiremus cauſas: in quem finem conſtituimus ipſum permittere ſibi, & nobiſcum ſermocinari liberius quam unquam.

Eo modo intelleximus, ipſum agere pro genio ſuo, qui ſumma cum voluptate amabat exinani e quoſcunque ſucceſſus proſperiores, quos obtinebamus, exagerare ſequiores, & ſpargere nova, quæ rebus noſtris adferebant detrimentum.

Intelleximus, ex principalioribus inſtitutis hoc ipſi ſummum, ut traduceret actiones Cognati noſtri, Cardi-

nali-

nalis, Ducis Richelij, tametſi illius conſilia & officia ſemper comites habuerint benedictiones & ſucceſſus, audacter autem deprędicaret actiones Comitis Olivareſii, tametſi is ſemper adverſo & infelici ageret ſucceſſu.

Intelleximus, ipſum favere omnibus illis, qui benevolentiâ noſtra exciderant, adverſari omnibus, fidelem operam navantibus.

Carpebat intempeſtivè & continuò, etiam vtiliſſima quęque, in emolumentum reipublicę à nobis ſuſcepta: vbi nobis veriſſimum maligni animi teſtimonium prębuit, cum Guebriantus & Mothanus promoverentur ad munus Mareſchalcorum Gallię, quos in eo honore tolerare nequibat.

Fovebat particularem colluſionem cum aliquibus Religionariorum, quibus diſplicebat rerum pręſentium vſus, mediante Chavaniaco, genio illo perverſo, qui innutritus erat factionibus, tum & alijs.

Sermones plerumque inſtituebat de rebus ſacratioribus tantâ cum impietate ut facile appareret, hoſpitem Deum ex corde ipſius exceſſiſſe.

Genij Imprudentia, linguę temeritas, diverſi curſores hinc inde dimiſſi & machinationes manifeſtę, quas apud exercitum noſtrum peragebat, nos in ſuſpicionem conjecère, cauſa reipublicę, quam ſemper prę vitę vſura habuimus charam adegit nos, vt perſonam ipſius, pręter complices nonnullos aſſereremus.

Quamprimum hoc noſtrum decretum fuit executioni datum, ex ore complurium cognovimus, Dęmonum perverſitate ipſum inductum fuiſſe, ad partes in regno formandas, Ducem Bullioneum immiſſurum exteros in hoc regnum per Sedanum, chariſſimum fratrem noſtrum Ducem Aurelianenſem, caput fore rei gerendæ, adeoque miſerabilem hunc genium ab ipſis receſſurum, niſi graviorē preſtaret operam, & nobis in eum finem adfuturum, vt cognatum noſtrum, Cardinalem Ducem Richelium ex benevolentia noſtra excuteret.

Didicimus, regem Hiſpaniæ præbiturum iſtis parti-

partibus duodecim millia peditum, & quinque millia equitum.

Ipſi verò quadringenta millia ſcutatorum ad ſcribendas per Galliam copias; fratri noſtro centum viginti millia ſtipendij, Duci Bullioneo et Sanmarco, primo noſtro ſtabulario cuilibet quadraginta millia ſcutatorum, præterea munimenta additurum Sedano & ſtipendium præſidio.

Hæc notitia vicit, ut Ducem Bullioneum attineremus & oculum adeò vigilem conijceremus in actiones fratris noſtri, Ducis Aurelianenſis, ut noxa præmeditata inferri nequiverit Deus enim tanta benedictione direxit noſtra conſilia, ut Dux Bullioneus inveniretur in fænum abditus, cum conſtituiſſet ſeſe conferre Mediolanum.

Eodem tempore frater noſter dux Aurelianenſis, conſcientiæ ſtimulis actus, tum horrore conſiliorum perverſorum detectus, ad nos miſit Abbatem Riveriæ, qui profiteretur errorem, gratiam neceſſariam ſi poſceret, nulla mentione particularis offenſæ.

Reſpondimus, quamvis poſſet hauſiſſe nauſeam nos offendendi, & tandem deſinere ſibi ipſi adverſari, dum nobis & reipublicæ adverſetur, Nos tamē nō defetiſcere in uſu clementiæ erga ipſum: in qua conſideratione deſideremus ab ipſo integram, & ſinceram confeſſionem erroris admiſſi, declarationem particularē omnium compliciū, & univerſorum conſiliorum ac inſtitutorum, quæ fuerint inita; eo caſu ipſum recepturum effecta noſtræ bonitatis.

Nos aciem in tendemus in ipſius actiones, & procedemus adverſus ipſum juxta reipublicæ emolumentum & neceſſitatem, ſic tamen, ut nunquam diſcedamus ab ingenuitate noſtrâ, cujus teſtimonia nunquam non ſuſcipit.

Gravitas hujus negotii cogit nos, ut vos invitemus ad gratias Deo agendas, qui auxilio perpetuo dignatur nobis adeſſe, ad aſſerendum regnum adverſus maligna conſilia, quæ & intus & foris cuduntur, & proſperitatem ejus turbare conantur.

Quod

Quod reliquum eſt experimenta, quæ de veſtra fideli-tate in diverſis occaſionibus, fecimus, nos reddunt certiſſimos, vos eandem, ſi quid accedere poſſet, per iſtos caſus, ubi malitia geniorum malignorum planum facit, quãtopere bona noſtra conſilia egeant ſubſidiis geminaturos.

Certiores interim facimus vos nihil omninò fore, quod incommodum veſtrum, per omnia rerum momenta, non ſimus præſtituri.

Datum ad Fontem blavium, die 6. Auguſti, anno 1642.

Signatum

Ludovicus,

& inferius

Lomenæus,

CAPVT XLV.

Altera reconciliatio Domini Ducis Bullionei, cum rege, anno 1642.

DOMINE,

POſtquam horis matutinis hoc ipſo die inſtitui ſermonem cum Domino Cancellario, quem ille non deſijt referre ad tuam Eminentiam, ut munimentum Sedani traderem regi, ad obtinendam veniam & promiſi particulatim dare conditiones, quas deſiderabam, ſi bonitas regis, mihi permittat præter effectum clementiæ aliquid optare.

Perſuaſi mihi, mentem meam rectiſſime acceſſuram

ad tuam Eminentiam, cum decreverim aliqua mutare aut minuere ex iudicio tuo.

Id igitur inſtitui, tradere ſine vllâ ſponſione, præter vitam & libertatem, quam peto, intra quintum decimum diem, quam tardiſſimè, caſtellum & vrbem Sedani; in manus regis, vt inſeparabiliter vniantur Coronæ iſtæ, & poſſideantur per Maieſtatem Chriſtianiſſimam ac deinceps per ſucceſſores ipſius, veluti propria & ipſis competentia, admodum cæterorum locorum iſtius regni quæ propria tenent.

Cenſeo etiam tradere in manus maieſtatis Chriſtianiſſimæ omne dominium vtile Sedani, cum appendicibus vicinis, cùm non præſumam cum maieſtate Chriſtianiſſimâ tranſigere negotiando, ſed me ipſum ſubmittam planè ipſius arbitrio & tuæ Eminentiæ; Declaro autem, ſi maieſtas Chriſtianiſſima ex benignitate extremâ mihi compenſet illa dominia vtilia & redditus, quocunque demum modo ipſi libuerit, me requieturum penitiſſimè, poſtquam errores mei nec ſpem gratuitæ libertatis, nec continuationem benignitatis jam ſuſceptæ, mihi permittant.

Declaro præterea tuæ Eminentiæ, me nihil poſcere ratione tormentorum, globorum & aliarum iſtiuſmodi rerum. ſed humillimè ſupplicare, vt conſiderentur graviſſimæ expenſæ, quibus locus ille in eum ſtatum proceſſit, & tormentariæ apprimè eſt inſtructus, vnde ſumtus maximè crevit.

Submitto denuò me arbitrio regis & tuæ Eminentiæ, à quo vniuerſa mihi vita pendebit, quemadmodum & arctè devincior confeſſus, vtique me ipſi debere omnia, vnde & vota & conſilia ſuſcipio, vt compertum dem per omnes meas actiones tuæ Eminentiæ, quod ſim,

DOMINE.

Tuus humillimus & obſequentiſſimus ſeruus.

FRID. MAURITIUS DE LA TOUR.

Petræ Inciſæ, die 13. Septembris, annò 1642.

CAPUT

CAPUT LXVI.

Littera aboliti criminis, Duci Bullioneo data, anno 1642. menſe Septembri.

LVdovicus gratia Dei rex Galliæ & Navarræ, omnibus præſentibus & futuris, Salutem.

Poſtquam Deus nobis ex bonitate ſingulari favit, ut deteſtabilem conjurationem revelare liceret, quæ in noſtrò Satu formabatur, & exordium debebat Deffiato, Domino Sãmarci, authori ſummo, ut nempè hoſtes noſtri Exteri armati Irruerent, & eo modo rempublicam everterent, conſultum cenſuimus, ut notitiam exactam conſiliorum perverſorum adipiſceremus, & eodem tempore pænã, quam crimen tam enorme meretur, reis irrogaremus.

Hinc cognitorem conſtituimus chariſſimum noſtrum & fidelem Seguerium, Cancellarium Galliæ, cum aliquot noſtris Miniſtris, tum ex Senatu noſtro, tum ex Parlamento Gratianopolitano lectis, qui procedant Supremè ad inſtructionem & judicium proceſſus Criminalis adverſus Ducem Bullioneum, Deffiatum Sanmarci, & Thuanum, quos noveramus factione hac impeditos, aliosque qui complices criminis inveniantur.

Cùm igitur in executione inſtructionis accuſati comperti ſint convicti, non ſolùm per ea capita, quæ proceſſus ſuppeditabat, ſed etiam per propriam recordationem & confeſſionem, poſtquam adacti ſunt vi & vero confiteri atque agnoſcere ſuum crimen; unde ſententia, pronũciata fuerit adverſus Deffiatum Sanmarci & Thuanum, quâ damnantur ad ſupplicium gladij, uti executio ejuſdem diei exhibuit.

Dilata autem judicio Ducis Bullionei, poſt executionem illorum accuſatorum, ut elicerentur documenta alicujus

cujus inſtituti particularis, quod maximi eſſet momenti, Dux Bullioneus cuſtodiæ datus in caſtellum Petræ Inciſæ in agro Lugdunenſi, ubi reſcivit judicium adverſus Deffiatum Sanmarci & Thuani, & facile diſpiceret, ſi cauſa ſua in judicium pertraheretur, nullum alium ſibi eventum ſperandum, miſit Boiſium Launeum, legatum ſatellitii noſtri, in agmine illius cuſtodiæ ad chariſſimũ noſtrũ & fidelẽ, Cancellarium Galliæ ut rogatus iret in Caſtellum Petræ Inciſæ, & deſiderium colloquendi captivo expleret.

Ubi itaque in caſtellum illud pervenit, comitatus ſex judicibus, quos legeramus, Dux præfatus Bullioneus expoſuit, ſeſe, poſtquam reſciverit judicium adverſus Deffiatum Sanmarci & Thuanum, & intellexerit per ea capita quæ proceſſui ſint inſerta, ſibi infeſto, propria accedente confeſſione, parem condemnationem non effugiturum ſi judicio ſiſtatur; hinc per Deum immortalem ſupplicebat, ut differretur judicium ſui proceſſus, donec reſponſum naciſceretur ad illam propoſitionem, quam nobis eſſet facturus, nempè, quoniam munimentum Sedani occaſionem dederit univerſo iſti malo, & Galliæ eſſet opportuniſſimũ, ſupplicare ſeſe, ut illud ſuſciperem[*] & occuparemus, gratiam verò criminis ipſi faceremus, cum nulla prorſus conditione nobiſcum paciſci poſſet, domino unique ſuo.

Poſtquam id à noſtro chariſſimo & fideli Cancellario Galliæ indultum fuit, qui eodem tempore nos reddidit certiores, conſultum duximus, non deſpicere preces Ducis Bullionei, qui nobis eandem faciebat propoſitionem & offerebat munimentum illud Sedani abſolutè, ut eo fruamur & nos & ſucceſſores noſtri, quemadmodum fruimur aliis locis, quæ per regnum poſſidemus noſtrum, ad conditiones ab ipſo propoſitas.

Quapropter ubi Dux Bullioneus nobis teſtatam fecit veram pæni udinem criminis, & acutum faſtidium eouſque neglecti officij, eodem tempore, quo ſuſcipiebat à nobis gratiam, quod arma tuliſſet adverſus noſtrum emolumentum, & pactus eſſet cum Exteris hoſtibus noſtris, executus ſi ul propoſitiones, quas auſcultaverat, de par-

de partibus in Statu noſtro formandis, & adverſus emolumentum noſtrum, novâ etiam tran actione cum hoſtibus noſtris impeditus.

Tum nobis ſpopondit, id fore in poſterum vitæ ſibi inſtitutum, quo nunquam ſit receſſurus, à fidelitate & obedientiâ naturali, quàm nobis debeat, adeò ut poſthac inſeparabiliter annexus noſtro emolumento. Conſideravimus etiam, quanto commodo augeamur, ſi nobis tradatur munitiſſimus locus Sedani, unde eò facilius deſcendimus ad hunc iteratum bonitatis & miſericordiæ uſum ergà ipſum, & gratiam errori indulgendam, rogati magnoperè à noſtro cognato, principe Auraico, & noſtra cognatâ, Landgravia Haſſiæ.

Quamobrem notum facimus, nos ex proprio motu, gratiâ ſpeciali, plenâ potentiâ & authoritate regiâ, per iſtas præſentes literas, noſtra manu ſignatas, extinxiſſe, remiſiſſe, & aboleviſſe; extinguere, remittere & abolere crimen illud, à duce Bullioneo commiſſum, quòd fuerit particeps & complicium numero illarum partium, quæ formabantur adverſus noſtrum Statum; & vinculationis in eum finem inſtitutæ cum noſtro chariſſimo & amantiſſimo fratre, Duce Aurelianenſi, promiſſique refugij in Sedanum; prætereà etiam pactorum, quæ cum rege Hiſpaniæ inivit, omnium deniquè rerum generaliter, quæ ab ipſo fuerint commiſſæ perversè.

Cùm igitur ex ſerie illarum fuerit accuſatus, aut accuſari poſſit, de quibusvis temerariis auſis & hactenus adverſus noſtrum emolumentum exercitis, ſecundum circumſtantias & dependentias, in quacunque ratione & modo evenerint, quaſi particulariter denumerarentur & declararentur in hiſce literis, de iis omnibus ipſum abſolvimus & diſpenſavimus, abſolvimus & diſpenſamus, adeò ut nunquam in eum poſſit ullo modo proptereà inquiri, ſive nunc, ſive in poſterum, à noſtris Curiis ſupremis, aut aliis noſtris Juſtitiariis & miniſtris.

Ea tamen lege, ut in manus noſtras tradat antè ratihabitionem authenticam harum literarum, urbem & caſtellum Sedani, ut eo fruamur nos & noſtri ſucceſſores reges, quemadmodum fruimur aliis locis, quæ poſſidemus

demus in noſtro regno, ad eas nempe conditiones, quæ nobis fuêre propoſitæ à præfato Duce Bullioneo, ut ipſus nempe inviolabiliter permaneat in obſequio & fidelitate, quam nobis debet, ſine ullo unquam diſceſſu.

Præterea ex rationibus & conſiderationibus, quæ ſuperius recenſentur; extinximus & abolevimus; extinguimus & abolemus crimen, quod admiſſum fuerit ab Oſonvillano, legato ſatellitij apud Ducem Bullioneum: ante omnia imponimus ſilentium perpetuum noſtris Procuratoribus Generalibus, ſubſtitutis ipſorum præſentibus & futuris.

Continuavimus inſuper & confirmavimus per haſce præſentes; continuamus & confirmamus præfatum Ducem Bullioneum, in eundem ſtatum titulos, dignitates & qualitatem, quas tenuit & tenet in noſtro regno, & ipſi poſſunt competere, adeò ut nulla adhibeatur alteratio aut diminutio.

Hinc in mandatis damus noſtris dilectis & fidelibus, Curialibus Parlamenti Pariſienſis, aliiſque Curiis noſtris, ut iſtæ literæ veniales, gratiæ & abolitionis ipſorum curâ legantur, promulgentur & in tabulas publicas referantur, adeò ut tenore illarum Dux Bullioneus fruatur plenè & pacatè, cum præfato Oſonvillano, nec ipſe aut Oſonvillanus obligentur comparere perſonaliter in Curiis poſtquam eos ex eadem noſtrâ potentiâ & authoritate, uti ſuperius dictum, eximimus & diſpenſavimus; quemadmodum eoſdem eximimus & diſpenſamus per iſtas præſentes, nulla habita ratione quarumcunque aliarum literarum, edictorum & ſanctionum, regularum, ſententiarum, aliarumve rerum illis contrariarum in hoc caſu. Hæc enim noſtra eſt voluntas.

Ut autem res ſit firmior & in perpetuum ſtabilior, curavimus apponi noſtrum Signum ad haſce præſentes literas, noſtro jure in aliis rebus, & alieno in omnibus ſalvo.

Datum die..... menſe Septembri, anno gratiæ mille-

milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, & noſtri regni triceſimo tertio.

Signatum.

LUDOVICUS.

& inferius

PHILIPPEAUX.

& obſignatum......

Hæc literæ fuère confirmatæ in Parlamento, die Veneris, quinto ſcilicet Decembris, anno 1642. poſtridie eius diei, quâ Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Richelius expiravit.

Cùm Eminentiſſimus Cardinalis Richelij deſiiſſet eſſe in conſtitutione ſignandi promiſſum aliquod, ad confirmandam libertatem Domini ducis Bullionei, ex poteſtate à rege collata, ſic mihi hoc onus impoſuit, ut ego id præſtarem, & ſignarem nomine Eminentiæ. Itaque promitto eidem Duci Bullioneo, quamprimum urbs & caſtellum Sedani fuerint tradita in manus majeſtatis Chriſtianiſſimæ, tùm datum iri quævis mandata neceſſaria; ut dux Bullioneus exeat ex caſtello Petræ Inciſæ, ut pervadat Ruſſium, Turennam, & alia ſua domicilia, quæ voluerit.

Factum Lugduni, quinto decimo die Septembris, anno 1642.

Signatum.

Cardinalis MASARINIUS.

CAPUT

CAPVT XLVII.

Poteſtas data legatis Galliæ, pro pace Generali, de ijs, quæ agenda ſunt nomine Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio, ut perveniatur ad concluſionem pacis illius, firmitudinemque: Lutetiæ Pariſiorum, anno 1643. die 30. Septembris.

Inſcriptæ erant literæ,

Noſtris Chriſtianiſſimis principalibus Amicis, Sociis & Confœderatis, Ordinibus Generalibus Provinciatum Unitarum in Belgio.

exhibita die 10. Decembris, anno 1643.

CHariſſimi, principales Amici, Socii & Confœderati; Mittimus in Germaniam chariſſimum noſtrum & dilectiſſimum Cognatum, Henricum Aurelianenſem, Ducem Longavillæ & Tutavillæ, Principem & Comitem ſupremum Neocaſtelli, Comitem duneſiæ & Tantarvillæ, Conneſtabilem hæreditatium Normanniæ, Gubernatorem & legatum univerſalem illius provinciæ, Capitaneum centum cataphractorum perpetuorum, & Equitem utriuſque Ordinis: chariſſimum noſtrum & fidelem Claudium de Meſmes, Comitem Avauſij, Commen-

mendatorem utriuſque ordinis Equeſtris ſummum procuratorem fiſci regij; & regni miniſtrum: dilectum noſtrum ac fidelem; Abelem Servientum; Comitem Rupis Aubertianæ, conſiliatium per omnia noſtra conſilia, univerſos tres dignitatis Plenipotentiariæ; ad agendum de pace generali conjunctim cum ſociis noſtris.

Quemadmodum verò deſideramus, per viciſſitudines negotiationis, quæ ſuſcipienda eſt Monaſterii Weſtphaliæ, vobis teſtari conſilia noſtra optima, Iſtas ad vos ſcribendas duximus, ex ſententia Reginæ regentis, venerandiſſimæ noſtræ Dominæ & matris, ut vobis notum faciamus, quemadmodum habemus eandem propenſam voluntatem, de qua defunctus rex venerandiſſimus noſter Dominus & parens celebrarur foviſſe arctam ſocietatem & unionem, quam cum provinciis veſtris contraxerat; ita in mandatis dedimus iiſdem illis laudatis viris & Comitibus Avauſij ac Rupis Aubertianæ; ut tranſeant in Hollandiam tanquam legati noſtri extra ordinem.

Illis autem curavimus expediri poteſtatem ſufficientem, ut unà cum noſtro amato, & fideli, Thuileriano, Senatore in Conſilio regni & legato noſtro in Hollandiam decernant, concludant & ſignent cum ipſis, qui poteſtatem à vobis tenuerint; quasvis tranſactiones & titulos, qui cenſebuntur convenire emolumento & noſtro & veſtro; & addendi ad impetrandam pacis illius concluſionem.

Sic diſertè noſtris legatis injunximus; ut vos reddant certiores noſtræ benevolentiæ, & particulariter cognoſcant veſtra emolumenta; ut ea inſerant negotiationi generali, eodem cum vigore, ac noſtra ipſorummet; etiam illa iſtius Coronæ vobis aperiant, ut unà de illis deliberetis; & ſic conſervetur inter nos & vos utrinque ſincera & perfecta fiducia ac concordia; ad pacem illam generalem tantò facilius attingendam, adeòque ad media illius firmiter fulciendæ invenienda.

Habebitis igitur integram fidem ipſis, de omnibus, quæ vobis ex noſtra parte proponent, Precamur inde Deum, ut vos, chariſſimi principales Amici, Socij & Confœderati, habeat ſub ſanctâ ſuâ & meritoriâ cuſtodiâ.

Scriptum Lutetiæ Pariſiorum , die ultimo Septembris, anno milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo tertio.

Veſter bonus Amicus & Confœderatus.

Signatum.

LUDOVICUS.

& inferius

LOMENÆUS.

CAPVT LXVIII.

Pacta Confœderationis & ſocietatis inter regem Ludovicum XIV. & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio: inita Hagæ Comitis anno 1644. Calendis Martij.

REx Chriſtianiſſimus ex ſententia reginæ regentis matris ſuæ, conſtituit continuare Ordinibus Generalibus Provinciarum Unitarum in Belgio idem ſtudium & benevolentiam; quam defuncti reges Henricus Magnus & Ludovicus XIII memoriæ beatæ, ipſis teſtati ſunt: conſideravit itaque quam neceſſarium eſſet ad bonum publicum, eandem unionem & benevolentiam, quæ hactenus viguit inter Galliam & provincias illas Unitas, dum bellum gerebatur, in poſterum conſervare, & arctius firmare per occaſionem tranſactionis, quæ Monaſterii VVeſtphaliæ ſuſcipietur, ad promotionem & certitudinem illorum pactorum, & ut hoſtis communis, abiecta ſpe unquam ſeparandi cauſam Galliæ ab illa Provinciarum Vnitarum, potius conſentiat ad aliquam compoſitionem certam & æquam, quæ valeat conſtabilire quietem ſolidam in Orbe Chriſtiano, & principaliter in Gallia & provinciis illis unitis.

Sic voluit Maieſtas Chriſtianiſſima, ſuos legatos extra ordinem nuncupatos ad negotiationem pacis generalis,

talis, antequam mittantur Monaſterium Weſtphaliæ, tranſire illas provincias Unitas, & ibidem decernere atque agere de mediis commodiſſimis, bonum illud inſtitutum coniunctim exequendi. Cum igitur domini & Ordines Generales Provinciarum illarum intelligerent, per omnimodam reverentiam & gratitudinem, beneficia, officia & auxilia, quæ ſubinde ex Gallia ſuſcepêre, & gratias agerent *Majeſtati* Chriſtianiſſimę de honore legationis ampliſſimæ, & ſæpius conveniren cum Plenipotentiarijs Galliæ ac Oratore regio apud Ordines Generales,

Sic negotium fuit maturè penſiculatum & diſputatum inter dominum Claudium de Meſmes, Comitem Avauxij, Commendatorem utriuſque ordinis Equeſtris, ſummum procuratorem fiſci, & *S*enatorem regni; Dominum Abelem Servientum, Comitem Rupis Aubertianæ, Conſiliarium regium per omnes Curias, legatum extra ordinem majeſtatis Chriſtianiſſimæ ad negotiationem illam generalem: & Dominum caſparem Conietum Thuileriæ, Dominum illius loci Baronem Curſonis, Villaporti, Senatorem regium in omnibus Curijs, & legatum ad Ordines eos Generales: qui omnes mandata habent & poteſtatem ſpecialem à Majeſtate Chriſtianiſſima per literas parentes, debitè ſignatas, quarum copia inferius annectetur, ex una parte.

Tum Dominos Deputatos Bartoldum Gaudavenſem Dominum Lævenæ & *M*inderſvici, præfectum Bommeleæ; Iohannem Mathenneſſeum, Dominum Matheneſſę, Riverię, Opmæræ, Sutavenæ, Adrianum Pavium, equitem, Dominum Hemſtedæ, Hogerſmildæ, Ritevici, Neokerkæ, Iohannem Knuytum equitem, Dominum utriuſq; Voſmariæ, primum Nobilem & Nobiltatis advocatum apud Ordines Comitatus Selandici, Conſiliariū ordinarium Principis Auraici; Guisbrechtum ab Holkia, exconſulē Vltrajectinum; Franciſcum Donianum ab Hiconema Hielſumi; VVilhelmum Ripperdanum; Dominum Vosbergi, Borculonis, & Hengelonis, & Adrianum Clandum, Dominum Stedumi: qui mandata & poteſtatē ſufficientem habent ab ijsdem Dominis Ordinibus Generalibus per literas parentes, ſub magno ſigillo; ſigna-

tas & obſignatas ab Actuario; quarum copia inferius ſubjicietur, ex altera parte. Tranſacta & conſtituta ſunt quæ ſequuntur.

I. Pacta antehac inita inter Galliam & Provincias unitas Belgii, manebunt in ſuo vigore & virtute, & in poſterum fideliter ac religioſè deducentur in executionem utrinque, præter ea, quæ per hanc tranſactionem præſentem aliquid derogare poſſent.

II. In negotiatione pacis aut Induciarum quæ inſtituenda fuerit conjunctim, & ex communi conſenſu cum Hiſpanis; ibi Domini Ordines Generales agent cauſam principaliter & immediatè, Plenipotentiarij autem regis & Dominorum Ordinum Generalium ſibi mutua præſtabunt auxilia reſpectivè, & cum eodem vigore, ad emolumentum Galliæ & Provinciarum Unitarum.

III. Non poterint concludi ulla pacta niſi conjunctim & ex communi conſenſu, adeò, ut nec Gallia, nec Ordines Provinciarum Unitarum poſſint promovere negotiationem ſuam cum Hiſpanis ex altera parte plus minusve.

IV. Ut autem hoſtes perdant ſpem ſeparandi emolumentum Galliæ ab illo Provinciarum Unitarum; ſi conentur alterutrius partis litem promovere, dum cauſam alterutrius repulſent; Plenipotentiarij obligabuntur reſpectivè, quotieſcunque id petetur, declarare Miniſtris Hiſpaniæ, mutuam illam obligationem non concludendi, niſi conjunctim & ex communi conſenſu, adeò ut nefas ſit alterutram cauſam & negotiationem præ altera promovere.

V. Ut denique hoſtibus auferatur ſtudium novarum turbarum, quas per Orbem Chriſtianum poſſent excitare, ad eum ſucceſſum, quem hactenus obtinuerunt, & eam impunitatem, quam ſibi in poſterum ſpondent, ſi aucti ſpoliis plurimorum principum ex bellis ſuperioribus, recuperaturi eſſent per hanc negotiationem, quæ poſterius ipſis fuêre erepta; Ideò rex & Ordines Generales agent ex compoſito, & cum ſoliditate neceſſaria, ad conſervanda compendia, quæ Deus ipſis in hoc bello indulſit; ſic Plenipotentiarij mutuam ſibi invicem præſtabunt operam, ut nihil prorſus reſtituatur eorum, quæ fuerunt occupata,

cupata, adeò ut æqualiter ſuſtineant emolumenta & Galliæ & Ordinum Generalium.

VI. Rex & præfati Domini Ordines Generales, ubi concluſerint pacem aliquam aut inducias, quemadmodum ſuperius dictum fuit, & poſtmodum vim patiantur, ſive rex, ſive Ordines Generales, directè aut indirectè, ſub quocunque demum prætextu id fiat, a rege Hiſpaniæ, ab Imperatore, aut ab alio quovis principe ex familia Auſtriaca; de puncto in punctum exequentur ex utraque parte articulos VI. IX. & X. tranſactionis illius, quæ peracta fuit anno 1635. eo ſenſu, ut nihil ulterius intelligatur derogatum eſſe illis articulis, uti ſonant.

VII. Quod ſi rex & præfati Domini Ordines Generales tantummodo conficiant Inducias, Majeſtas Chriſtianiſſima utique & præfati Domini Ordines obligabuntur redintegrare bellum conjunctim, ubi eæ induciæ deſierint, niſi ex communi conſenſu continuentur, adeo ut poſtmodum nulla omnino negotiatio pacis aut Induciarum, neque etiam armiſtitium poſſit inſtitui, niſi conjunctim, & ex communi conſenſu; ea conditione, ut illa tranſactione denuò violata majeſtas Chriſtianiſſima, & præfati Domini Ordines Generales conjunctim capeſſant bellum apertum adverſus infractores quoſcunque.

VIII. Præter iſta ſuperiora conſtitutum fuit et decretum ut rex & præfati Domini Ordines Generales reſpectivè mandata expedient ſuis Plenipotentiariis, quo illi contribuant pro virili ad ſecuritatem transactionis, quæ Monaſterij VVeſtphaliæ inſtituetur, & collata opera diſpiciant, quomodo tranquillitas publica ſit aſſerenda.

Sequitur tenor poteſtatis, quam Domini Legati extra ordinarij & Ordinarij habuerunt à rege.

Ludovicus, gratia Dei rex Galliæ & Navarræ, Omnibus illis, quicunque præſentes has literas videbunt ſalutem.

Inſtitutum noſtrum cuivis mortalium ſatis compro-

 bavit,

bavit, quantopere optemus pacem per Orbem Chriſtianum reſtitui, cum nihil omiſerimus, quod ad procurandum tantum commodum ſervire queat. Neque enim ſolummodo auſcultavimus, quæcunque nobis in eam rem fuère propoſita, ſed etiam ambabus ulnis eadem ſuſcepimus, ut primi omnium denominaverimus legatos noſtros Plenipotentiarios, unde cæteri Reges & Principes, ad noſtrum exemplum invitari & ſuos declaraverunt.

Sic igitur impræſentiarum dimittimus duos ex tribus, quos hinc negotio deſtinavimus, tertio propediem conſequente; cum mandatis ad priores, ut per Hollandiam tranſeant, conferantque cum chariſſimis noſtris & principalibus amicis, Dominis Ordinibus Generalibus Provinciarum Unitarum, ſocijs uti noſtris & Confæderatis, de ijs, quæ proponenda fuerit in Conventu Generali, quem celebrandum ſcimus in urbibus *Monaſterij* & Oſnabrugæ ut ſic, quantum fieri poteſt, promoveant emolumentum iſtius Coronæ & Ordinum Generalium ſecundum uſum defunctorum regum, quorum memoria eſt o benedictione, venerandiſſimorum Dominorum noſtrorum Parentis & avi.

Illi enim per omnes omnino occaſiones teſtatum fecerunt præfatis dominis Ordinibus Generalibus ſuum ſtudium, cumque ad emolumentum noſtrum commune neceſſe eſt ut conveniamus inter nos de quibusdam articulis, qui rectius diſcutientur & diſputabuntur Hagæ Comitis, quam in illo Conventu, ubi Deputati & noſtri & illorum continuò occupabuntur & auſcultandis & diſcernendis diverſis articulis, quorum copia ſuppetet, cum ex parte plurimorum ſociorum, tum ex parte illorum, adverſus quos bello impediti ſumus.

In mandatis dedimus dehinc dilecto noſtro & fideli Claudio de Meſmes, Comiti Avauſij, & Commendatori utriusque noſtri Ordinis, ſummo procuratori Fiſci, & Senatori regni, tum noſtro amantiſſimo & fideli Abeli Servienco Comiti, Rupis Aubertianæ, Conſiliario in omnibus Curiis noſtris, poſtquam utrumque diximus Legatos extraordinarios & Plenipotentiarios, ut agant de pace generali conjunctim cum ſociis noſtris; conferant,

dum

dum Hollandiam tranſibunt, cum præfatis Dominis Ordinibus Generalibus,aut denominatis.

Ne autem illi tergiverſentur eum illis vllatenus paciſci,niſi poteſtate ſpeciali inſtruantur ad certitudinem, & integram executionem rerum conventarum; hinc ex plenâ fiducia in ſtudium, capacitatem & fidelitatem illorum Comitum Avauſii & Rupis Aubertianæ, noſtrorum vtique Plenipotentiariorum, qui comparebunt in illo Conuentu Vniverſali mittimus eos itidem tanquam legatos extraordinarios in Hollandiam, ex reginæ regentis venerandiſſimæ noſtræ Dominæ & matris, tum chariſſimi & amantiſſimi patrui noſtri, Ducis Aurelianenſis, & chariſſimi ac amantiſſimi noſtri Cognati, Principis Condæi, denique chariſſimi noſtri & dilecti Cognati Cardinalis Maſarinij, plurimorumque Principum, Ducum, Parium & *Mini*ſtrorum regiorum, atque adeò præcipuorum Dominorum, quos ad conſilia adhibere ſolemus, ſcotentia.

Illis autem legatis noſtris extraordinarijs dedimus & damus plenam poteſtatem conveniendi cum dilecto noſtro et fideli Thuilerio noſtro intimo, & legato ordinario in Hollandiam, vt coniunctim cum illis, qui nuncupabuntur ab iiſdem Ordinibus Generalibus (qui itidem ex illorum parte habuerint ſufficientem ad negotiandum & concludendum cum ipſis quoſuis articulos, pacta & Confæderationes, quas judicabunt vtiles & compendioſas bono communi noſtrorum ſubditorum adeòque ordinum Generalium) in tabulas referendi tranſactos articulos, decernendi & ſignandi, ad quorum executionem nosmet obligemur.

Promittimus igitur fide & verbo regio, per hypothecam omnium & quorumlibet bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, nos ratum habituros, quicquid ab ipſis hoc modo concluſum & promiſſum fuerit, vt nunquam impingamus, neque directè neque indirectè in contrarium, ſed vt curemus expediri, quandocunque opus fuerit, quaſcunque literas & ratificationes neceſſarias. Hæc enim noſtra eſt voluntas.

In quorum omnium teſtimonium ſignavimus præ

ſentes haſce literas manu noſtrâ propriâ, & appendi juſſimus noſtrum ſigillum.

Datum Lutetiæ Pariſiorum, die 25 Septembris; anno gratiæ, 1644, et regni noſtri primo.

Tum in replicâ

Ex juſſu regis, reginæ regentis, matris præſentis,

Signatum.

Ludovicus;

& inferius.

Lomenæus,

& obſignatum magno ſigillo, in cera flava.

Sequitur tenor poteſtatis, quam Deputati Dominorum Ordinum Generalium exhibuerunt;

Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio omnibus præſentes haſce viſuris Salutem,

Poſtquam conſideravimus, quantoperè ſit neceſſaria ad bonum publicum, eadem unio & concordia, quæ hactenus viguit inter Galliam & has provincias, quamdiu bellum gerebatur, ut & ſuſtentetur in poſterum & amplius confirmetur occaſione Generalis negotiationis de pace aut de induciis, quæ inſtituendæ fuerint Monaſterii ad promovendam Orbis Chriſtiani tranquillitatem, & particulariter per Galliam et provincias Vnitas.

Cùm etiam majeſtas Chriſtianiſſima voluerit ſuos legatos extra ordinarios & Plenipotentiarios, antequam Monaſterium pervenirent, has provincias obire, ut una cum Oratore ad Batavos diſputent & conſtituant nobiſcum

biſcum de mediis quam convenientiſſimis ad exequendum conjunctim & ex communi conſenſu optimum iſtud inſtitutum: Unde creditum eſt maximè commodum, ſi aliqui viri à noſtra parte deputentur, qui ad eundem finem interſint colloquio cum Dominis legatis inſtituendo:

Plenam verò fiduciam collocemus in dexteritatem, prudentiam, fidelitatem & induſtriam Bartholdi Gandavenſis de Loeven & Mindersvvick, præfecti Bommelaþi; Iohannis Matheneſſæi, de *Matheneſſe*, Riviere, Opmeer, Soute-veen; Adriani Pavij, de Hemſtede, Haogersmilde, Rietvvik, Nieukerke, Iohannis Knuytij, Equitis in utraque Voſmaria qui primus eſt nobilis, & nobilitatis advocatus per Status Selandiæ, Conſiliarius ordinarius Principis Auraici; Guisbrechti ab Hoolka, ex conſulis Vltrajectini; Franciſci Doniani ab Hiennema in Hielſum; Wilhelmi Rippendani, de Vosberga Boculo et Hengeto; Adriani Clandi, de Stedum, qui membra utrque ſunt conventus noſtri.

Iſtis dedimus, quemadmodum damus per haſce præſentes, plenam poteſtatem & authoritatem diſceptandi, reſolvendi, conveniendi & concludendi media atque articulos, quos una invenient commodiſſimos et convenientiſſimos ad eum finem. Promittimus verò ſincerè & bona fide, nos habituros gratum, ſervaturos firmè & ſtabiliter in perpetuum, quicquid à noſtris Deputatis in hoc ordine factum fuerit, promiſſum & conſtitutum, adeò ut nũquam eamus aut veniamus in contrarium, directè aut indirectè, quacunque demum ratione aut modo ullo, ſed ratum faciamus, ubi opus fuerit, et literas ac tabulas in optima, quantum fieri poteſt forma conficiamus.

Factum Hagæ Comitis, in Conventu noſtro, ſub majori noſtro ſigillo, ſigno, & ſignatura noſtri Actuarij, die 25. Februarij. anno 1644.

Signatum.

VIGB. ALDRINGA Vt.

& in replicâ, ex mandato Cel. orum et Potentium Dominorum, Ordinum Generalium.

Subſignatum.

CORN. MUSCH.

& obſignatum maiori ſigillo præfatorum Dominorum Ordinum Generalium in cerâ rubra cum duplici appendice.

In quorum fidem nos, Legati ſuperiores & Deputati, ex virtute noſtrarum reſpectivè poteſtatum; ſignavimus has præſentes literas noſtro ſigno ordinario, etiam curavimus apponi noſtra inſignia promittimus vero præſtituros ratihabitiones à maieſtate Chriſtianiſſima et præfatis Dominis Statibus in forma laudata, intra ſpatium duorum menſium, aut citius, fieri poſſit.

Datum Hagæ Comitis, in Hollandia, Calendis Martij, anno 1644.

Erat ſignatum.

DE MESMES.
SERVIEN.
LA THUILLERIE.
B. DE GENT.
JEAN DE MATHENESSE.
ADRIAN PAVV.
JEAN KNUYT.
VAN HOOLK.
F. DE DONIA.
ADRIAN KLANDT.

Decla-

Declaratio ad tertium articulum tranſactionis de Confœderatione & ſocietate Ludovici XIV. regis Franciæ, cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Unitarum in Belgio facta Hagæ Comitis, anno 1644.

I. Vt tertius articulus in elligatur dilucidius in hac tranſactione, quam hoc ipſo die abſolvimus, conventum eſt, ut rex & præfati Domini Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio; expediant exercitum, qui conſtet octodecim aut viginti millibus peditum, & quater mille quingentis, aut quinquies mille equitibus.

II. Exercitus illi ingred entur in Belgium intra medium menſem Majum proximum, niſi is, qui præerit copiis Hiſpanicis, tempeſtivius prodeat: tum rex & præfati Domini Ordines obligabuntur prodire eodem tempore in quamcunque demum plagam vis belli decumbat.

III. Exercitus præfatorum Dominorum aggredietur aliquem locum tanti momenti, ut hoſtes ibi patiantur inſigne diſpendium, dum exercitus Majeſtatis Chriſtianiſſimæ ex ſua parte invadat alium æquè nobilem.

IV. Ea fiet diſtractio copiarum hoſtilium in ipſo hoſtico, ut cogantur plurimam partem conſiſtere unitam, adverſus impetum majeſtatis Chriſtianiſſimæ, & Dominus princeps Auraicus tantò expeditius procedat ad inſtitutum perficiendum, quod meditatur.

V. Hoc utique ſenſu, ut, ſi exercitus tantummodò ineat diſtractionem, prodeat rus ante Dominos Status per quindecim dies prior.

VI. Quod ſi decernatur, duos exercitus invadere aliqua loca, tum prorueant rus eodem die definita, ſine fuco ſub pœna neglectæ fidei utrinque.

VII. Præfati Domini Ordines Generales obligantur tranſ-

tranſmittere intra octavum diem Aprilis triginta naves bellicas benè inſtructas, trecentis, quadringentis aut quingentis dolijs, ſuo ipſorum ſumtu ad littus Caletanū, ne hoſtes in Flandriam vela facere poſſint.

VIII. Quod ſi exercitus regius invadat aliquem locum in limite Flandriæ, triginta illæ naves ſemper erunt præſtò ad illud littus, quamdiu inſtitutum per urgebitur; locum autem à copiis regiis obſeſſum ita infeſtabunt ex mari, ne inde ſuppetiæ penetrare poſſint, ſive a copiis regis Hiſpanici, ſive à quacunque omninò potentia, quæ auxilia ſub quocunque prætextu inferre conetur.

IX. Eo caſu præfati Domini Ordines Generales obligantur omnem annonam ex littore Flandriæ deducere ad ſtativa exercitus regij, aut pretio æquo eam præſtare venetis neceſſaria ex Gallia ſecludentibus, Cavebunt etiam de annona ex provinciis unitis Ordinum Generalium exportanda ad ſtativa exercitus regii donec inſtitutum confecerit.

Neque vero Majeſtas Chriſtianiſſima ſua ſic occuparet arma, niſi confideret, hunc articulum tranſactionis fideliter & de puncto ad punctum præſtitum iri à præfatis Dominis Ordinibus Generalibus, qui id promittunt, & ad id obligantur, ſub pœnâ neglectæ fidei & fractorum pactorū, quæ cum majeſtate regia inierunt.

X. Præfati Domini Ordines Generales promittunt ſincerè exercitibus regijs itum & reditum trans Moſam Trajecti, quando à rege id peterur, modò ne quid fiat in diſpendium ſui Status.

XI. Præfati Domini Ordines Generales obligantur ſervare exercitum in agro, quamdiu cauſa communis id requiret, & anni tempeſtas feret.

In quorum fidem nos legati & Deputati, ex virtute noſtrarum poteſtatum ſignavimus has præſentes noſtris ſignis ordinariis, & iis fecimus apponi noſtra inſignia.

Hagæ

Hagæ Comitis in Hollandia, die 29. Februarij, anno 1644.

Signatum.

De Mesmes.
Servien.
La Thuillerie.
B. De Gent.
Jean De Mathenesse.
Adrian Pavv.
Jean Knuyt.
Van Hoolk.
F. De Donia.
Adrian Klandt.

Series tranſactionis continuatæ anno 1644. cum Ordinibus Generalibus Provinciarum unitarum in Belgio: ubi rex indulget ſubſidium, duodecies centena millia librarum præfatis Ordinibus Generalibus, in annum unum Hagæ Comitis, anno 1644. die 29. Februarij.

Rex juxta ſententiam reginæ regentis, matris ſuæ, conſiderat, hoſtes communes neutquam inclinare ab omni tempore ad pacem, quamvis etiam propter negotiationem illam tandem aliquando miſerint aliquos ſuorum Plenipotentiarium Monaſterium Weſtphaliæ, poſſent ſpecie illa acquieſcere, & bellum trahere, niſi vi armorum adigantur præbere autem compoſitioni alicui honeſtæ.

Vt igitur ad finem tàm optatum pervenire liceat, conſtituit majeſtas Chriſtianiſſima coniunctim cum Dominis Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio ipſos incurſare quam potentiſſimè in hac expeditio-

peditione:ut autem Dominis Ordinibus facultatem det, ſumtus facilius ferendi, quos facere cogentur ad inſigne aliquod inſtitutum, majeſtas Chriſtianiſſima ipſis voluit indulgere in hunc annum præſentem 1644. ſubſidium pecuniarium extra ordinem, ad conditiones quæſequuntur.

I. Majeſtas Chriſtianiſſima opitulabitur hoc anno currente 1644 præfatos Dominos Ordines Generales duodecies centenis millibus librarum, quam ſortem Ordines Generales revera impendent in copias extraordinarias, quas aut ſcriptas habent, aut conſcribent propediem; adeò ut ſors illa nequeat converti in ullum alium uſum. Id quod Ordines Generales promiſerunt bonâ fide, & ſervabunt religioſè, ut hoſtes facilius invadere queant omnibus modis & viis poſſibilibus.

II. Majeſtas Chriſtianiſſima in illas pecunias dabit adſignationes probas, & ad voluntatem illius, quem Domini Ordines conſtituent in Gallia ad eum finem, ut ſic reverà fiat ſolutio Lutetiæ Pariſiorum hoc ipſo anno currente. Fiat autem ſolutio per tres terminos, adeò ut quadringenta millia librarum repræſententur ad momentum ratihabitæ iſtius tranſactionis reſpectivè, totidem proximo menſe Julio, & quod reliquum & tantundem menſe Octobri.

III. Ea propter præfati Domini Ordines Generales obligantur producere exercitum validum & fortem, ad ſuſcipiendum inſtitutum inſigne per Belgium, niſi malint alio modo nocere hoſtibus pro virili.

IV. Iidem Ordines Generales conſentiunt, ut de ſorte illa, quæ eſt duodecies centies mille librarum, detrahantur & ſeponantur ſtipendia præfectorum militarium, genuinorum ſcilicet Gallorum, ut ſolvantur & diſtribuantur ad illam rationem & proportionem, quæ de convenit in tranſactione 22. Junij, anno 1630. & in altera, 14. Aprilis, anno 1634. Quemcunque verò Domini Ordines conſtituent, ut Lutetiæ Pariſiorum recipiat illa duodecies centena millia librarum, is obligabitur ſolvere & præſtare ſortem, quæ ni adæquaut ſtipendia illa ad poſtremum ſolutionis terminum.

V Maje-

V. Majeſtas Chriſtianiſſima, & iidem Ordines Generales ratos habebunt reſpectivè iſtos articulos, intra ſpatium ſex ſeptimanarum aut duorum menſium, ſi fieri queat.

VI. Tranſactio hæcce nihil derogabit prioribus, quæ confectæ ſunt inter Majeſtatem Chriſtianiſſimam & eoſdem Ordines Generales; adeò ut illæ univerſæ relinquantur in ſuâ vi & vigore, & religiosè effectui debeantur utrinque.

Hagæ Comitis, die 29. Februarii, anno 1544.

Et ſignatum, uti ſuperius.

Sequitur tenor illius poteſtatis, quem Deputati acceperunt à Dominis Ordinibus Generalibus.

Ordines Generales Provinciarum Unitarum in Belgio, Omnibus præſentes haſce literas viſuris, Salutem.

Cùm omninò verum ſit, nos coactos fuiſſe antehac facere ſumtus vægrandes extra ordinem, faciamusque etiamnum ſingulis diebus, ad occaſiones & momenta belli, terrâ æquè ac mari; conſideremus verò, Hiſpanos nihilo plus propendere ad pacem, pro more inveterato, & quamvis ad negotiationem pacis tandem aliquando partem ſuorum Plenipotentiariorum Monaſterium miſerint, ſpecie acquieſcere poſſent, ut negotium differant trahantque, niſi vi armorum adigantur ut præbeant aurem compoſitioni alicui honeſtæ.

Cùm etiam rex Chriſtianiſſimus ex ſententia reginæ regentis, matris ſuę velit continuare noſtræ reipublicæ idem ſtudium & benevolentiam eandem, quam defuncti reges, prædeceſſores ipſius, quorum memoria ſit in benedictione, ſemper ſunt teſtati per beneficia, auxilia, favores & officia, ubi hac tempeſtate conſultiſſimum videtur, omnibus humanitatis officiis defungi.

Cùm igitur majeſtas Chriſtianiſſima velit continuare ſubſi-

ſubſidia ſua iſti Reipublicæ ; & duodecies centena millia librarum adnumerare ; hinc eas partes dedit Claudio de Meſmes, Commendatori utriuſque Ordinis regij, & procuratori ſummo fiſci , Senatori regio; & Abeli Servięnto, Comiti Rupis Aubertianæ ; Conſiliario itidem regio per omnes Curias, legatis ſcilicet extraordinariis ; & Thuilerio , Conſiliario regni & oratori regio apud nos ; ut negotientur de hac cauſa.

Cum itaque neceſſum ſit ; aliquos viros deputari id eundem finem ex noſtra parte , qui conferent de ſumma rerum cum iiſdem legatis ; Nos plenam fiduciam collocavimus, omnem capacitatem , prudentiam , fidelitatem & induſtriam præſtituros ; Bartholdum Gandavenſem, dominum Lœvenæ ; Johannem Matheneſſæum , dominum Matheneſſæ ; Riveriæ &c. qui membra ſunt noſtri Conventus.

Hinc ipſis dedimus plenam poteſtatem & authoritatem concludendi cum illis legatis de ratione illius ſubſidij; promittimus verò ſincere & bona fide , nos habituros gratum, ſervaturos firmè & ſtabiliter in perpetuum, quicquid à noſtris illis deputatis fuerit actum , promiſſum, conventum & hac in occaſione conſtitutum ; adeò ut nunquam in contrarium eamus ; directè aut indirectè, quacunque ratione , ſed ut illud ratum faciamus, ſi opus fuerit, & tabulas conficiamus in optima , quæcunque fieri poteſt forma.

Factum Hagæ Comitis in noſtro Conventu, ſub noſtro ſigillo majori ſigno & ſignatura noſtri Actuarij , die 25. Februarij, anno 1644.

Erat ſignatum.

Vigb. Aldringa Ut.

Erin repli â ſcriptum legebatur , Ex mandato Celſorum

sum & Potentium Dominorum Ordinum Generalium.

Signatum:

Corn. Musch.

& obſignatum majori ſigillo in cera rubra, cum duplici appendice.

In quorum fidem nos præfati Legati & deputati, ex virtute noſtratum poteſtatum, reſpective, ſignavimus has præſentes literas, & iiſdem apponi curavimus noſtra inſignia.

Hagæ-Comitis die 29. Februarii, anno 1644.

Signatum.

De Mesmes.

Servien.
La Thuillerie.
B. De Gent.
J. De Mathenesse &c.

Obligatio inter regem Galliæ, & Ordines Generales, ut curent, tranſactionem induciarum, quæ fient cum rege Hiſpaniæ & provinciis Unitis Belgij, finitam continuari ab eodem rege Hiſpaniæ in illo tenore & ad eaſdem conditiones, adeoque ſuppetiæ ferantur Provinciis Unitis, ſi invadantur à rege Hiſpaniæ, per tempus Induciarum.

Quoniam convenit rationem haberi omnium incommodorum, quæcunque in negotiationem Monaſterij

illi ipſi recuſent continuationem ſuperius definitam, Majeſtas Chriſtianiſſima non obligabitur reſumere bellum contra regem Hiſpaniæ.

IV. Si rex concludat pacem, & præfati Ordines Generales aliquas inducias cum Hiſpanis, quemadmodum ſuperius dicitur, & exinde Rex aut Ordines Generales patiantur vim directè aut indirectè, ſub quocunque demum prætextu à rege Hiſpaniæ Imperatore aut alio quovis principe ex domo Auſtriaca, cum accuratè exequendi fuerint articuli VI. IX. & X. In tranſactione anni 1635. Eo tamen ſenſu, ut nihil quicquam derogetur in cæteris tenori illorum articulorum,

V. Declarant itidem Deputati ex ſerie mandatorum ſuperiorum, ſi per negotiationem Monaſterii inſtituendam rerum ſumma eò vergat, ut ex communi conſenſu conſultum videatur agere de Pace pro rege cum Hiſpanis, & de induciis pro Dominis Ordinibus Generalibus, Eo caſu plenipotentiarij Majeſtatis Chriſtianiſſimæ non poterunt concludere pacem; niſi prius iiſdem Ordinibus Generalibus ſit ſatisfactum ſecundum ſeriem illorum articulorum, qui ſuperius recenſentur.

Poſtulantur etiam iidem legati, exhibere iſtam Declarationem majeſtati Chriſtianiſſimæ quæ rogatur humillimè, nomine illorum Dominorum Ordinum Generalium eam habere gratam, & explicare de eadem mentem ſuam & conſilia optata.

Factum & ſignatum à Deputatis Ordinum Generalium, Hagæ Comitis, & exhibitum ipſiſſimis, legatis & Plenipotentiariis Galliæ, die 29. Februarij, anno 1644.

Signatum.

BARTOLD DE GEND.
JEAN DE MATHENESSE.
ADRIAN PAVV.
IEAN DE KNVVT.
G. HOOLK.
F. VAN DOMIA.
ANDRIA KLANDT.

CAPVT LXIX.

Epiſtola ad Provincias Vnitas.

DOMINI MEI,

Licuit vobis animadvertere in pluribus occaſionibus, à ſuſcepto regimine reginæ matris, quanto Zelo & ſtudio ipſa egerit pro omni emolumento veſtrarum Dynaſtiarum. Quod vobis ab ipſius parte habeo dicere, vos confirmabit per effecta voluntatis propenſiſſima, quam Majeſtas ſua pergit habere ad gloriam & incrementum veſtræ Reipublicæ.

In mandatis enim habeo, vobis notum facere, quomodo Majeſtas ſua conſentit planiſſimè in ordines & honores veſtrorum legatorum, cùm ipſa velit eoſdem haberi eodem modo cum Venetorum legatis.

Nullus dubito, mei Domini, quemadmodum veſtræ Dominationes vident, quanto ſtudio agat ſua Majeſtas, ut illis ſatisfiat, in re per tot annos obnixè quæſita, quin & ex veſtrâ parte ſitis facturi pro facultatibus, ut ſuæ Majeſtati itidem ſatisfiat in vehementiſſimo poſtulato, nempe ut lis inter regem Luſitaniæ, & Dominos Societatis indicæ, tum illa inter Dominam Landgraviam Haſſiæ, & Dominum Comitem Embdenæ determinetur.

Etiam vt veſtræ Dominationes bonam expeditamque ſciſcant ſententiam, quo agere liceat potenter per hanc expeditionem, & aliquam meſſem facere coniunctionis tam propitiæ, quæ vti ſpero, mihi occaſionem ſuſcitabit, in qua veſtris Dominationibus demonſtrare poſſim, quanto fervore ſemper flagraverim erga veſtrum emolumentum,

Factum Hagæ Comitis, die ſeptimo decimo Februa-

rij, an-

Februarij, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto.

Ita ſignatum.

De Estrades.

CAPVT. LXX.

Tranſactio regis Galliæ cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio, quæ commercia maritima ſpectat, anno 1646.

CUm rex velit, ex ſententia reginæ regentis, matris ſuæ indulgere magis ac magis Ordinibus Generalibus provinciarum Vnitarum in Belgio, teſtimonia ſuæ benevolentiæ, & ſtudij, ad occaſiones earum querelarum quæ ſæpiſſimè inciderunt ex utraque parte, quod ſubditi utrinque turbarentur in commercio, & naves bellicæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, Capitaneique maritimi interciperent illorum naves mercantiles, quotieſcunque in illis reperirentur merces hoſtibus competentes, unde easdem continuò cenſerent liberè capturæ, ex conſtitutione regis defuncti, Henrici III. quæ fuerit ſancita anno 1584. de rebus maritimis.

Sic igitur voluit Majeſtas Chriſtianiſſima conſulere aliquo laudabili inſtituto, donec meliora expediantur remedia, quæ capeſſi queant, quibuscunque incommodis ſubinde naſcentibus ad executionem Conſtitutionis illius, adeò ut rigor ejus aliquantulum remittatur ad tempus aliquod definitum, in gratiam illorum Ordinum Generalium, juxta petitiones a Domino Oſtervico, oratore ipſorũ ad noſtram aulam & Dominum Reynſtium, Commiſſarium per ipſos deputatum factas.

Illi enim expoſuerunt, eſſe ſibi aliqua poſtulata & propoſitiones

poſitiones faciendas Maieſtati Chriſtianiſſimæ in eo negotio, unde denominati ſunt ex parte regia Comiſſarij, qui as examinent, & conveniant de rebus maximè convenientiſſimis ad emolumentum generale Commercij: ſic igitur poſt complures ſermones cum iisdem dominis Ordinibus Generalibus inſtitutos, decreta & concluſa fuerunt, quæ hic conſequuntur.

I. Executiõem donec conſtitutio optima ſequatur, articulorum in conſtitutione Regis Henrici III. quæ anno 1584 de maritimis fuit ſancita, iuſpendi, quæ infert, merces ad hoſtes ſpectantes, facere locum confiſcationi etiam illarum, quæ ſint amicorum propriæ.

Adeò ut ulterius non obſervetur aut exerceatur ergà ſubditos Dominorum Ordinum Generalium, qui ſunt Provinciarum Vnitatum in Belgio, in quadriennium, ad iſtunc modum, ut naves; quæ mercaturam exercent cum Patentibus thalaſſiarchæ Provinciarum Vnitatum in mari mediterraneo & in Oriente, atque Oceano, illius thalasſiarchæ, aut urbium ac locorum, quorum ſubditis illæ naves ſint propriæ, liberæ cenſeantur, & omnem vecturam reddant liberam, tametſi vehant merces, grana & legumina, hoſtibus competentia.

Excipiuntur tamen merces adverſariæ, quarum numero cenſentur pulveres nitrati, fiſtulæ ignivomæ, & quævis genera armorum, apparatus bellicus, equi & phaleræ, bellicis uſibus deſtinatæ; neque fas fuerit vehere homines aut transferre hoſtium uſibus inſervientes, quo caſu omnia exponuntur rapinæ, utpote naves, apparatus & merces. Idipſum itidem ſeverè exercebitur erga eos, qui ſubſidia præſtiterint, & viros, frumenta, atque annonam intulerint in locum ab exercitibus regiis obſeſſum & invaſum.

II. Ex parte autem Dominorum Ordinum Generalium denuò iterabuntur inhibitiones ſubditis ſuis, ne regi Hiſpaniæ ſuam addicant operam, neve adhærentibus Hiſpaniæ, per navium uſum ulla fructione militari, aut transactione equorum militarium, tormentorum, aut

appa

apparatus bellici; neque vendant illas ſuas naves, aut remiges præſtent hoſtibus, ſub pœnâ confiſcationis.

Quod ſi de iſtiusmodi transgreſſionibus oriantur querimoniæ ex parte Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, tum Domini Ordines Generales juſtitiam adminiſtrabunt & punitionem exemplarem, ex informationibus per Galliam factis abs miniſtris ad tribunalia Thalaſſiarchatus, aut à majeſtatis Chriſtianiſſimæ Procuratoribus, adeoque Conſulibus Nationis Gallicanæ, qui reſident in portubus, ſtationibus & exceſſionibus terrarum & littorum Exterorum, ubicunque locorum fuerint conſtituti.

Quod ſi transgreſſores illarum inhibitionum capti ſint à navibus majeſtatis Chriſtianiſſimæ, declarabuntur utrique benè rapti, cùm omni ſuâ vecturâ. Tum etiam ex parte majeſtatis Chriſtianiſſimæ iidem renovabunt Conſtitutiones & ſtatuta ſuperiora ſub pœnis ibidem recenſitis.

III, Vt obviam eatur incommodis, quæ emergere poſſent, ubi naves mercantiles ſubditorum Batavorum incurrerint in naves bellicas majeſtatis Chriſtianiſſimæ, aut Capitaneos inquiſitores, ut omnis occaſio litium & altercationum inpoſterum præcidatur, naves eædem colligent carbaſa ad reverentiam, quamprimum agnoverint vexillum Galliæ, ſi autem naves Gallicanæ, nequeant appropinquare, niſi ad jactum tormenti majoris ad naves illas Batavorum, ſtabunt & comparebunt in propatulo, ad primum ſignum ex tormento globi vacuo ex ploſo illi nec tenebuntur colligere vela.

Regia enim Majeſtas & hoc voluit remittere ex Conſtitutione anni 1584. in gratiam ipſorum Ordinum Generalium, decurrente illo quadriennio, donec conſtitutio generalis ſanciatur, ſic enim otium habuerint naves bellicæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, aut alii Armati, mittendi cymbas ad naves illas mercantiles, ut tres ad ſummum viri ſubeant, diſcant viæ inſtitutum, inſpiciant patentes, ſciant an ullus apparatus, aut quicquam earum rerum, quæ ſuperius excipiun-

tur & prohibentur, comparear, ſine vlteriore perquiſitio-ne aut ex actiori viſi atione, adeò vt eo ſenſu, vllove mo-do hic ſumatur ullum jus, ſub prætextu ſalarij operæ præ-ſtitæ, aut doni.

Id verò locum habebit tantummodo in mari & littore extero, cum viſitatio & perquiſitio ordinaria in portubus & ſtationibus Galliæ in integro maneat secundum mo-rem ſolitum, quemadmodum per tempora ſuperiora vſus benè & debitè obtinuit.

IV. Vt autem ſubditi præfectorum Ordinum Genera-lium amplius aſſerantur adverſus omnem vim injuſtam quam à navibus regijs metuere poſſent, inhibitionis mandata expedientur ad omnes omninò Capitaneos il-larum navium, aliosque ſubditos maieſtatis Chriſtianiſ-ſimæ, vt abſtineant omnem moleſtiam & damnum, quemadmodum potius ſolebant, ſub pæna punitionis, & repetundarum, quoad damna & vſuras.

Quinimo Capitanei et Curſores illi obligabuntur in poſterum antequam vela faciant, cavere ſufficienter apud Judices locorum quorumcunque vſque ad ſortem duodecies mille librarum, et ſic ſatisfaciant transgreſſi-onibus, quæ incurſum illorum poſſent incidere, & infra actionibus præſentis transgreſſionis, Conſtitutionibus & pactis ſocietatis cum Maieſtate Chriſtianiſſima initis, ſub pænâ exolitæ & ſublatæ licentiæ. Id verò pariter præ-ſtabitur à ſubditis Ordinum Generalium.

V. Dum verò expectatur Conſtitutio, quam concin-nari decet, cupit maieſtas Chriſtianiſſima condeſcendere ad preces Ordinum generalium, & conſultum putat ar-ticulum LXI. Conſtitutionis multoties laudatæ ab anno 1584. & contingit recuperationem rapinæ hoſti ereptæ, in poſterum obſervari, in ſpatium duorum dierum, na-turalium ad horas bis vicenas quaternas, quæ in illa Conſtitutione leguntur; locumque habebit & vſum ad tempus præſentis iſtius tranſactionis.

VI. Omnes iſti articuli, condi iones ſuperiores, obſer-vabuntur reſpectivè, ab Ordinibus Generalibus; & à na-vibus bellicis, quantum attinet naves mercantiles Gal-lorum, quæ fruentur eâdem libertate, ſubditis Ordinum Generalium indulta. VII. Per

VII. Per articulos verò iſtos, & omnia ſuperius dicta nihil derogabitur vllo modo tranſactionibus & pactis, quæ inter ceſſerunt regi cum Dominis Ordinibus Generalibus, qui vtrique manebunt in ſuâ vi & virtute, adeò vt literæ ratihabitarum præſentium vtrinque expediantur.

Sequitur tenor illius poteſtatis, quam Commiſſarij regij habuere.

Ludovicus, gratia Dei, rex Galliæ & Nauarræ, Omnibus præſentes haſce literas viſuris ſalutem.

Cum cupiamus magis ac magis Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio teſtari noſtrum ſtudium, ad occaſionem illarum querimoniarum, quæ nobis ſæpius fuêre ex parte ipſorum factæ, quod ſubditi ipſorum turbentur in commercio, ſiquidem noſtri Capitanei maritimi rapiant plerunque naves mercantiles, ſi quotieſcunque in illis reperiantur merces ad hoſtes ſpectantes, adeò vt continuò cenſeantur legitimè rapiendę, ex Conſtitutione defuncti regis Henrici III. ſancita anno 1584. de vſu maris.

Velimus autem obviam ire probata conſtitutione, & cum tempore remedium adhibere pro omni virili incommodis, quæ ſingulis diebus exoriuntur executionem illius Conſtitutionis, rigoremque remittere, ad tempus aliquod definitum, in gratiam *Dominorum* Ordinum Generalium, juxta preces nobis factas ab Domino Oſtervico, Oratore ipſorum, & Domino Reynſtio Commiſſario per ipſos *Deputato*.

Illi verò nobis expoſuerunt, eſſe quod petant & proponant in ea cauſa, ſi luberet nobis aliquot Senatores noſtros ex Conſilio noſtro committere, qui ſummam rei ſecum examinent, & conveniant de iis, quæ maximè commoda videri poſſint, ad emolumentum generale Commercij.

Ex illis cauſis, de ſententia reginæ regentis, venerandiſſimæ noſtræ *Dominæ* & matris, commiſimus & depu-

tavimus, committimus et deputamus, per haſce præſentes literas, manu noſtra ſignatas, chariſſimum noſtrum et fidelem Petrum Seguierium, Comitem Gyenę, Cancellarium Galliç dilectum noſtrum et fidelem Senatorem per curias noſtras, Commendatorem utriusque Ordinis, Henricum Auguſtum Lomençum, Comitem Briennę, Conſiliarium noſtrum, Actuarium regni et noſtrorum mandatorum, dilectum noſtrum et fidelem Brinionum, itidem Senatorem per Curias noſtras, et ſummum Antiſcribam fiſci.

Iſtis damus plenam poteſtatem conferendi cum legatis et Commiſſariis illis, qui itidem habent ſufficientem poteſtatem reſolvendi, tranſigendi et concludendi cum ipſis in noſtro nomine, eas conditiones et articulos, quos cenſebunt commodiſſimos, etiam remittendi executionem Conſtitutionis illius famoſiſſimæ, quam Henricus III anno 1584. ſancivit de rebus maritimis; conveniendi denique de rebus neceſſariò in poſterum obſervandis, ad emolumentum reciprocum noſtrorum ſubditorum, & eorum, qui ordines Generales agnoſcunt Dominos, ad certum nempe tempus aliquod & dum concinnetur Conſtitutio generalis, quæ remedio ſit omnibus omninò incommodis & confuſionibus maritimis.

Promittimus dehinc fide & verbo regio, nos gratum habituros, obſervaturos, & obſervari curaturos, quicquid eo modo inter ipſos fuerit conventum & tranſactum, expeditis etiam literis ratihabitionis, intra tempus, quod definietur. Hæc enim eſt noſtra voluntas.

In quorum teſtimonium juſſimus apponi ſigillum noſtrum ad has præſentes literas.

Datum Lutetiæ Pariſiorum, die 13. Aprilis, anno gratiæ 1646, & regni noſtri tertio.

Signatum.

Ludovicus.

& in replicâ, Ex mandato regis, reginæ regentis, matris præſentis.

Philippeaux.

Sequi-

Sequitur tenor illius poteſtatis, quem Domini Ordines Generales ſuis legatis dedêre.

* * * * *.
* * * * *.

In quorum omnium teſtimonium nos præfati Commiſſarij, legatus & deputatus, ex virtute noſtrarum poteſtatum reſpectivè ſignavimus has præſentes literas ſignis noſtris ſolitis, & apponi fecimus noſtra inſignis.

Lutetiæ Pariſiorum die 18. Aprilis, anno 1646.

Signatum.

GUILIELMUS LYERRÆUS
REYNSTIUS.

SEGUERIUS,
LOMENÆUS.
PARTICELLÆUS,
H. BINIONUS,

obſignatum ſex ſigillis.

CAPVT. LXXI.

Tranſactio inter regem Ludovicum XIV. Galliæ & Navarræ, reginam Sueciæ, Dominam Ameliam Eliſabetham, adminiſtratricem Haſſiæ inferioris, ipſorum hæredes, ſucceſſores, Confœderatos & adhærentes ex una, tum ex altera parte, inter Electorem Maximilianum Ducem Bavariæ, & univerſam domum Electoralem, Electorem Coloniæ & Principem Maximilianum Henricum, ipſorum Provincias & exercitus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, terras & dynaſtias, inita Vlmæ Suevorum, die quarto decimo Martij anno 1647.

OMnibus notum ſit, inter Sacratam & Chriſtianiſſimam majeſtatem, regem nempè Galliæ & Navarræ, tum Sereniſſimam reginam & Coronam Sueciæ, ipſorum hæredes, ſucceſſores, adhærentes et Confœderatos per Germaniam, tum Celſam Principẽ, Dominam Ameliam Eliſabetam, adminiſtratricem Haſſiæ inferioris, ex una parte: tum etiam inter Sereniſſimum Electorem Maximilianum, Ducem Bavariæ, et ſuo ipſius & ſuorum hæredum nomine totamque domum Electoralem, Provincias et exercitus, & pro domino fratre ipſius, Reverendiſſimo & Sereniſſimo Electore Colonienſi, Archiepiſcopatibus ipſius, Epiſcopatibus, terris & dynaſtijs; et pro Reverendiſſimo ac Sereniſſimo Principe Maximiliano Henrico, Coadjutore ipſius ex altera parte: tranſactum & concluſum eſſe præſens hoc Inſtrumentum et pactum ab Alexandro Broavillano Iracio, Campiductore, et Commiſſario generali regis, et Anthonio Marcillio Croiſio,

Groiſio, Senatori Parlamentari Deputatis utique nomine maieſtatis Chriſtianiſſimæ in hanc urbem Ulmēſem cum plena poteſtate tum à Barone Cauſchembergio, ſummo rei tormentariæ præfecto, eiuſdem Ducis, Kuſnero, Kuiskene & Scheffeſio, Conſiliariis bellicis & Commiſſariis generalibus, nomine præfati Sereniſſimi Electoris Bavariæ, in eam rationem, uti conſequitur.

I. Ante omnia facta eſt generalis ſuſpenſio & ceſſatio armorum inter partes ſuperius recenſitas, ab ipſo die concluſarum præſentium, uſque ad pacem Generalem Germaniæ, & Imperii Chriſtiani: fas tamen fuerit regi Chriſtianiſſimo perurgere obſidionem Tubingæ ad finem.

II. Exercitus, copiæ, præſidia & milites regis Chriſtianiſſimi, reginæ Sueciæ & Landgraviæ Haſſiacæ, tum Sereniſſimorum Electorum Bavariæ & Coloniæ deſinent in poſterum, & inhibebunt invicem omnia hoſtilia conflictus, obſidia, invaſiones, exactiones, excurſiones, rapinas, & in genere univerſa belli incommoda.

III. Circulus Bavariæ, & omnes omninò Status in eo comprehenſi per Matriculam aut Canonem Imperialem quantum interjacet Licum & Danubium; terræ itidem dependentes ab utroque Palatinatu, quantum earum ſitum eſt cis Rhenum, relinquentur eidem Duci uſque ad pacem generalem, ut ibi militem alat; & contributiones colligat ad ſuſtinendas copias, quas habet. Quoniam verò univerſa illa hoſpitia militaria nunc ſunt exinanita, conventum eſt, ut hoſpitentur impræſentiarum in locis, quæ interjacent Mindelam & Licum, uſque ad Schōnguiam; præter ea, quæ inferius denominantur, & inter cætera Palatinatum inferiorem, trans Rhenum, in quo exercitus Bavaricus nullum quæret tributum militare.

IV. Nullum tranſitum molientur exercitus, aut copiæ Confœderatorum per ſuperiorem & inferiorem Bavariam: quod ſi ex ratione belli gerendi inſtituatur neceſſariò tranſitus per ſuperiorem & inferiorem Palatinatum, tum duces exercituum id ſignificabunt literis Sereniſſimo E-

mo Electori, ut ſuos mittat Commiſſarios, qui de hoſpitiis diſponant, & ex utraq; parte immunitates diſtribuant.

Regi tamen Chriſtianiſſimo relinquentur in Circulo Bavariæ Lavinga & Gundelfinga, Achtaltum & loca inter Ulmam ac Donaverdam ſita, dependentia ex Ducatu Neoburgico, tametſi per articulos ſuperiores dicatur, Electori Bavariæ relinqui utrumque Palatinatum, uſque ad tempus pacis generalis: nam id eo ſenſu eſt accipiendum, ut per tranſactionem præſentem elector nihil acquirat, nec ullo modo derogetur juribus familiæ *Palatinæ* cùm deciſio illius cauſæ reijciatur in Conventum Monaſterienſem & Oſnabrugenſem.

V. Sereniſſimi Electores Bavariæ & coloniæ ſeparabunt ſuos exercitus ab Imperatore Ferdinando III. rege Hiſpaniæ, adhærentibus & Confœderatis domui Auſtriacę, nominatim à Landgravio Darmſtadii; neque illis in poſterum dabunt ulla ſubſidia, ſive armorum, ſive conſiliorum, directè aut indirectè, promittunt etiam, nihil attentare hoſtile, intra aut extra Imperium, hoc ipſo aut futuro tempore, adverſus Cōfœderatos & adhærentes regis Chriſtianiſſimi.

Integrum fuerit iiſdem Electoribus, exauctorare ſuas copias ante ratihabitionem utriuſque Coronæ, ea lege, ut indicent ducibus exercituum Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, diem & locum exauctorationis, ut ipſi viros ablegent, qui in ſua ſervitia eos traducant: Cum autem ratihabitio fuerit perlata, & præſidia competentia imponentur in urbes & munimenta, ad ſecuritatem ipſorum, exauctorabunt univerſas reliquas copias ſuorum exercituum, impedient verò pro omni virili, ne ad partes Imperatoris, regis Hiſpanici, Landgravii Darmſtadiani, aut aliorum hoſtium, quos habent Coronæ, Confœderatæ tranſeant.

Integrum nihilominus fuerit iiſdem Electoribus, dare ante aut poſt ratihabitionem illam, aliquot legiones Reipublicæ Venetæ, quarum operâ utantur adverſus Turcas, eâ tamen lege, ut commiſſarii ejuſdem Reipublicę caveant, ne ampliùs ducantur adverſus regem Chriſtianiſſimum & Confœderatos ipſius, adverſus quos

ſuam

etiam iidem Electores non permittent ſcribi ullas copias militares, nec in propriis terris, nec in hoſpitiis, quæ ipſis contingent, minus etiam tales ſuſcipient & protegent in iiſdem locis, aut præſtabunt eis ullam opem favoremve.

VI. Sereniſſimus Elector id operam dabit, ut Imperiales & adhærentes derelinquant urbes, munimenta & caſtella, quæ dependent ab Epiſcopatibus & Statibus Electoris Colonienſis: Quod ſi ſua authoritate nihil efficiat, licebit Confœderatis obſidere & capere ea loca, adeoque præſidiis aſſerere: Quo caſu nec Electores ipſi, nec Dux Maximilianus Henricus Coadjutor, nulla auxilia ipſis præſtabunt.

Jura & redditus utrique illorum locorum occupatorum tum Eccleſiaſtici, tum civilis nominis manebunt Sereniſſimo Electori Colonienſi, qui eodem die, quo ratam habebit iſtam tranſactionem, ſcripto comprehenſam dabit indicem eorum locorum, quibus præſidia imponere volet cum computo legionum deſtinatarum.

VII. Cùm ſic Deputati regis Chriſtianiſſimi poſtularent, ut præſidium Bavaricum exiret Hailbrunna, ut locum faceret Gallicano, tum deputati Sereniſſimi Electoris Bavarici promiſerunt, id fore, quam primum ratihabitio fuerit perlata ex parte maieſtatis Chriſtianiſſimæ; ad quam quantocyus procurandam mittatur aliquis Deputatorum ad Sereniſſimum Electorem, eâ tamen conditione, ut urbs Weiſſenburgi pariter ipſi reddatur, quemadmodum & omnia tormenta, mortaria, globi, pulveres nitrati atque arma, quæ inveniuntur ipſi competere tanquam propria, in eadem urbe Hailbrunnâ |, |cæteris in eodem loco relictis.

Sereniſſimus Elector Bavariæ deducet etiam, proximè abs ratificatione Coronarum Confœderatarum perlata, omnem ſuum militem, quem habet Auguſtæ Vindelicorum, procurabitque ut Magiſtratus & cives illius urbis nulla omninò ſuſcipiant præſidia hoſtilia, ſed colant Neutralitatem probam ac fidelem.

VIII. Caſtella & munimenta atque urbes, quæ ſunt juris Witembergici Ducalis, & obtinentur à præſidiis Sereniſſimi Electoris Bavarici, ipſi reddentur, dum extra-

hantur

bantur tormenta; arma; pulveres nitrati, globi, grana & alia apparatum belli ſpectantia, quæ intulerit: Excipitur nihilominus ab hoc articulo urbs Heydenheymij; cum tribus Cænobiis illic ſitis Kônigisbrunna, Anhauſa, & Herprechſia, quorum cognitio deciſio reiicitur in Conventum generalem, Monaſterii inſtituendum.

Permiſſum attamen Electori Bavariæ colligere neceſſaria, ad ſuſtentanda præſidia Rotvillæ; Friburgi & Wildenſteynij, locorum utique vicinorum, uſque ad diem ratihabitæ tranſactionis, qua perlata, Deputati utriuſpartis conveniant de numero militum, deque mediis ſuſtentationis, quemadmodum etiam, ut præſidia illa Rotuillæ, Wildenſteynii & Friburgi, intra ſua pomæria & ambitum ne recipiant, neve juvent, hoſtes Coronarum Confæderatarum, ſed ut colant Neutralitatem.

IX. Campiductor Schônbergicus, & ſummus Vigilum præfectus Roſanus; cum omnibus omninò aliis captivis dimittentur ex utraque parte, ſic pretio redemptionis, quamprimum ratihabitio proceſſerit à Sereniſſimo Electore Bavariæ.

X. Præfecti militares utriusque partis, qui impingent in articulum quemvis tranſactum, puniantur ſeverè & transfugæ ac deſertores reddētur ſuis ſuperioribus, quando eos poſtulabunt.

XI. Commercium & negotiatio libera fuerit ex utraq; parte præter illam pulveris nitrati, ſalis petræ; armorum, & aliarum mercium prohibitarum.

XII. Quod ſi pax generalis concludatur Monaſterii & Oſnabrugæ ante ratihabitionem duarum Coronarum, & aliquid adverſum iſtis articulis conſtitutum occurrat, Deputati declarant dilertè, ſeſe non ſtatutos rebus per Conventum generalem concluſis; id quod in eum ſenſum nihilominus trahetur, ut ſatisfiat petitionibus Plenipotentiariorum, qui ex parte Coronæ Suecicæ, & Deputatis Dominæ Landgraviæ Haſſiacæ.

XIII. Quod ſi contingat, id verò bonus *Deus* prohibeſſit; pacem illam generalem non fieri, ad quam nihilominus rex Chriſtianiſſimus & ijdem Electores promittunt ſtrenuam adhibere operam, pro omni ſuâ virili; attamen

men articuli concluſi & tranſacti ſuperius obſervabuntur ſinguli, qui ipſum ſpectant ; arctiſſimè usque ad finem belli.

Sic exemplò fiet permutatio ratihabitionis inter Sereniſſimum Electorem Bavariæ & Vicecomitem Turænium, qui promittunt obſervare ; & curare obſervari religiosè, quicquid ſuperius continetur.

XIV. Hinc Deputati Coronæ Gallicanæ promiſerunt, niſi intra ſpatium ſex ſeptimanarum, poſt ratihabitionem Electoris Bavarici, illa Regis Chriſtianiſſimi fiat, ſeſe reddituros Hailbrunnam eidem Electori, quemadmodum è contrario ipſi retinebunt ſibi munimentum VVeiſſenburgi in ſuis manibus.

XV. Tradentur interea obſides ex utraque parte & in majorem fiduciam, iidem Deputati promiſerunt & promittunt inducere Dominum Turænium, ut rata habeat, quæ continentur in hac tranſactione, intra proximum octiduum Majeſtati Chriſtianiſſimæ ſex ſeptimanis, Landgraviæ Haſſiacæ Adminiſtrarici octo ſeptimanis conſtitutis, ſed Sereniſſimo Electori Bavariæ, poſtquam perſonaliter fuerit regreſſus, in eum finem ad eum miſſus, ex parte verò Sereniſſimi Electoris Colonienſis, & Principis Maximiliani Henrici, Coadjutoris indulgentur ſeptimanæ octo

In quorum fidem ſubſignârunt tranſactionem illam, & roborârunt ſuis armis & inſigniis.

Actum Ulmæ Sueviæ, die 14. Martii, anno 1647.

CAPVT. LXXII.

Oratio legati Gallici ad Dominos Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, de ratione pacis, quæ Monaſterij diſceptatur.

Domini Mei,

VNiverſum nunc decurrit triennium ad finem, ex quo Dominus Avauſius & ego ex mandato Regis, Regi-

 naque

næque regentis, matris regiæ, hic verſamur, vt cum veſtris dominationibus diſceptemus, antequam tráſeamus Monaſterium, inſtitutum aliquod, cui inhæreamus cum Dominis Plenipotentiariis veſtris in negotiatione iſta plusquam graviſſima, quæ ex longo tempore oculos & ſpes vniverſę Europæ ſuſpendit, donec eventus tandem conſequatur.

Nunc temporis Maieſtates Chriſtianiſſimæ cum mihi habuêre honorē, vt hunc ad eundem locum me denuò ablegent, ad ſolvēdam telam nuper exorſam, ſi ſcilicet ex veſtris prudētibus ſententiis liceat cōſtituere media, quibus ad vltimum finem tanti operis pervenire liceat, vnde tranquilitas vniverſi Orbis Chriſtiani optata confirmetur. Tunc temporis nihil præter prudentiæ modulos exiſtimabatur, ad promovendum eò amplius per ipſam tranſactionem pacis emolumentum Galliæ & veſtræ reipublicę nihil æquè vtile fore, quam arctam vnionem inter miniſtros Regis & veſtrates conſervari, tum mutuam opem per officia reciproca & ſincerá, vt quilibet obtineat, quod juſtè & legitimè ſibi poſtulare poteſt; adeò vt hoſtes communes videant, ante per effecta, quàm per verborum ampullas, vanas illas prætenſiones, quibus hactenus paſcebāt animos, de ſeminandis diſſidiis inter nos in ſuum maxime commodum ex noſtro diſpendio, nullo vnquam tempore obventuros.

Conſultum quidem tum viſum fuit, vt conveniremus vna de cautelis, quibus vtendum erat, ne quid inopinatum accideret, fervente tranſactione, Sed quantò plus hoc ipſo die neceſſum fuerit, cum vigiliam tranſactionis finiendæ contingimus, vt oculorum aciem, ſi vllo vnquam tempore ſuperiore, aperiamus; quò caveamus nobis de omnibus detrimentis, quæ nobis poſſent obrepere ex nimiâ confidentia aut facilitate.

Eſt enim res nobis cum eâ Natione, quæ ius ſibi ſumpſit, non obſervare pacta, quæ inire ſolet, quantum conducunt ſuo inſtituto adeòque teſtata eſt hactenus per omnes omninò actiones, maiorem libidinem illius belli finiendi, vt aliud reſtaaret intra aliquod temporis ſpatium magis pro pitiri quàm vt pacem conſtantem ac ſinceram quæreret. Verùm enim verò, Domini mei, fatum ipſum favet glo

riæ veſtrę Reipublicę, poſtquam diutinum prębuiſtis Bellonę theatrum, aut ludum aperuiſtis militarem vbi omnes omninò Nationes ſcientiam rei militaris haurirent, tunc demum mutari in ſacrarium pacis, vbi primaria de pace conſilia agitentur, idemque clima, ſub quo ſcaturiebant omnia hoſtilia, quibus tandem aliquando exercetur Hiſpania, protrudat itidem remedia, quæ debeant, applicari ad ſiſtendum illorum curſum.

Ac ſi conſtantia incomparabilis generoſorum maiorum veſtrorum pręcordiorumque virtus, quam exercerunt, cum fundamenta per tot improbos labores & periculorum procellas, florentis iſtius reipublicæ jecerunt; vnde obtinuerunt eximium iſtum honorem, vt per hanc viciſſitudinem rerum bilancem inclinent ad conſilia graviſſima omnium, que nunc ſunt ſuſcipienda ex amore boni publici.

En vero alterâ vice, poſtquam conſtitutum eſt agere cũ hoſte, qua legati magni Regis, quo potentiorem non habes respublica veſtra amicum, venerunt conſultatum vobiſcum, quibusvis et rationibus maxime honeſtis & tutis res ſit agenda. Neque vero quiſquam in dubium auſit vocare Maieſtatem Chriſtianiſſimam occupare primum locum in ordine Societatis, vnde non pręter rationem poſtulare videatur, vt ſua ſententia, & ſuum adeo emolumentum perpenderentur prę cęteris, maxime vbi agitur de bello finiendo, in quod adeo liberaliter impendit opes ſui regni, & ſanguinem ſuorum ſubditorum ad defenſionem ſociorum.

Quemadmodum vero maieſtas Chriſtianiſſima ſuam ipſius quietem quærit in illa amicorum, cum nunquam nõ prætulerit ipſorum emolumenta ſuis propriis, quamdiu armatis dextris actum fuit, ita cupit porro id præſtare, quando arma recondenda videntur, Ipſa lubentiſſimo animo transmittet alieno judicio id quod ordo, & ipſum decorum ipſi vindicat arbitrandum, vt vobis proponat ea, quæ apud ipſam eſſent prorſus requirenda.

Primo noſtro itinere quod huc inſtit. eramus vt deliberaremus vna cum Dominationibus veſtris de ſumma rei, excitatos meminimus ad vcru noſtro mei querulos eo. qi

 publi-

publicos, adeò vt declarationibus inceſſeremur, quaſi verò ſolummodo proponerentur media, quæ iſti veſtræ Reipublicæ conſtantem tranquillitatem quidem viderentur acquirere, ſed id demum ageremus, vt fundamenta eius convelleremus, quod bellis formam ſuam debet, et incrementum, adeoque celſitudinem. Sed Maximæ illius temporis adeò immutatæ ſunt, vt in odium miniſtrorum Gallicanorum ſatis ſit Hiſpanos ſpargere in publicū, nos adiiſſe haſce provincias, vt pacem aut differamus, aut intertrahamus.

Hinc igitur geminam accuſationem, ſed longè adverſam ſibi ipſi habemus ſuſtinendam, vbi ſanè altera alteram ſponte deſtruit: dicam, et quidem verè, accuſatores noſtros nihil rectius in vna, quam in altera ſtare, cum fundamento careant.

Id verò facilè induxero animum, his falſis opinionibus tantummodò imbui plebem, cùm ſagatiores intelligant locum, vnde coorìantur, et probè norint, quâ trutinâ ſint expendendæ. Verum enim verò in provincia vbi plebes partem ſumit in deliberationibus prorſus graviſſimis, quęcunque perſuaſiones quę ſuggeruntur, tametſi falſę, non ſunt contemnendę, adeo vt ſemper notam trahant pręoccupatę et pręcipitatę mentis aliquantulum periculos, vbi nempe benignè ſuſcipiuntur, omnia quęcunq; ex parte hoſtiū ſuppeditantur, qui id ſolum quęrunt, vt leviter ad modū amicos faciant authores omniū rerū, quę diſplicent.

Hęc omninò prima ſunt effectā colloquiorum, quæ incipiunt cum Hiſpanis inſtitui, gnaris vtique ad miraculū quibus artificiis ſeducendi ſint populares. Id verò dominationes veſtræ rectius intelligent, quando amplius inſinuaverint ad familiaritatem maiorem apud vos, vbi complices ipſorum hanc modò obtinuerint authoritatem, vt animos provincialium in diffidia diſtrahant, novas quæſtiones diſceptari curent et opiniones inſtillent, ex quibus nullum prorſus emolumentum, niſi ad ipſos effluat, qui detrahunt optimis veſtris amicis, ſed experientia propediem docebit, quàm periculoſa ſequatur appendix.

Quas demum machinationes et diviſiones inter voſmet metuere ſuperſedebitis, quando ad veſtibulum veſtrarum

rum ædium excubant, et libero introitu gaudent, niſi per prudentiam laudatam tempeſtiva adhibeatis remedia. Spero equidem, ſapientes reipublicæ gubernatores, aſſerta, quæ debetur authoritate, rationem invēturos quâ omnia in officii, orbitis contineant; demonſtratur & etiam cœteris omnibus, ad acquirendam quietem publicam, per occaſionem pacis initæ, ſtandum eſſe maximis antiquis, quæ veſtram Rempublicam evexerunt ad eum gradum proſperitatis, in quo conſpicua ſplendet.

Conſervandæ itaque fuerint amicitiæ veteres poſtquā vtiles & ſecuras ſumus eas experti; ſuſpiciones et diffidentia ſeponenda hoſtibus, vt ſic amicis exhibeatur liberalitas et confidentia, et præveniantur ſiniſtra effecta, quæ poſſent pullulare ex ſtudio malè agnito & ſpreto.

Veſtrum eſt redire in memoriam illorum rumorum, qui per hanc Rempublicam fuère ſeminati, non adeò pridem, Transactionem inter Galliam et Hiſpaniam coiiſſe præter veſtram interceſſionem, compertiſſimum autem erat, nova illa produiſſe Antverpiâ et Bruxellis; circumſtantiæ eum faciebant amictum, vt impoſtura pellucerer.

Fides tamen eſt habita, adeò vt vndiquaque perſonarent querimoniæ de Galliâ, ſed et eâ licentiâ, ac ſi infidelitas iſtiusmodi potuiſſet verè exprobrari.

Hiſpani tamen pauló poſt coacti fuére ſuam ipſorum impoſturam retexere, cuius fuerant authores, cùm ipſi nobis offerrent quatuor loca nihili, ad conditionem ſcilicet pacis longè iniquiſſimam, prout antę per Belgium ſparſerant, ſeſe daturos Regi Chriſtianiſſimo per transactionem clandeſtinam.

Non tamen diu ſeſe continuère eodem talo, quin impetum in contrarium verterent, dū per adhærentes promulgant, nos à pace abhorrere, nos, qui vtiq; ad ipſorū calculum eandem eramus redemturi actione prorſus vituperabili, deſertis nempè ſociis, cùm tamen eandem recuſemus ad quæcunque ab ipſis oblata compendia. Nos obiicimus, inquiunt & ſuſcitamus quævis obſtacula, quæ pacē remorantur, & impedimus etiam veſtras dominationes in acceptandis quæ offeruntur emolumentis,

Sic denique promulgamur hoſtes quietis publicæ ex judicio illius tamen Nationis, quæ ſibi perſuadet, vanam illam ſpem Monarchiæ univerſalis ſibi jam acquiſiviſſe, adeoque contuliſſe jus improbandi in aliis, quorum ipſa eſt rea & obnoxia.

Novi utique, Domini mei, eos, qui qualemcunque guſtum habent rerum, hac opinione non fermentari ſollicitudines, quas regina inde ab exordio adminiſtrationis ſuſcepit, turbis per diverſa loca impoſuerunt finem, quibus tranſactio generalis poterat retardari: bellum per Italiam geſtum & conſopitum ex ipſius authoritate; tum aliud quod Daniam afflixit, & ipſius interceſſione deſiit, in quo veſtra reſpublica ſuo emolumento non caruit; Conditiones moderatæ, quibus nequievimus in tranſactione Imperiali, diligentia continua, quam præſtitimus poſt concinnatam Regis ſatisfactionem, ut aliæ difficultates, quæ & publicum & particulare ſociorum attingunt bonum, facilius vincerentur, tum declaratio innocua, quam fecimus nuper ex parte Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, quæ parata eſt reſarcire amicitiam inter duas Coronas, ſi relinquantur omnia in eo ſtatu, in quem Numini placuit ea redigere, ne relaberemur ad longiſſimas remoras, quas nimis ex acta diſcuſſio priſcarum litium potuiſſet inferre, ſigna ſanè ſunt manifeſtiſſima ſanctorum conſiliorum, quæ Maieſtas Chriſtianiſſima fovet, & extremi deſiderii quo urgetur, ad promovendam pro omni virili quietem Orbis Chriſtiani.

Sed ubi veſtræ Dominationes forent expertes omnium iſtorum teſtimoniorum, ubi Deputati veſtri Monaſterium miſſi vobis nihil explicuerint noſtram tranſactionem cum Hiſpania, quam propediem concludere licuiſſet propter nimiam facilitatem, qua utebamur, certè cauſa meæ miſſionis vobis poſſet præſtare ſpecimen omni modo exuberantem, poſtquam in mandatis habeo, ut ſine ulla temporis jactura, cum veſtris Dominationibus poſtrema conſilia ſuſcipiam ad concludendam pacem generalem, & vobiſcum conveniam, quid cuiusque fuerit officii in executione tractatuum, ut pax reddatur conſtans, poſteaquam tandem aliquando concluſam habebimus.

Hæc

Hæc eſt fere ſumma mandatorum, quæ, ſuſcepti & quæ impræſentiarum cum Veſtris Dominationibus eſt agenda admodum contraria ei opinioni, quam complures, ſiniſtrè imo uti, conceperant. Neque vero crediderim, Veſtras Dominationes tantum æſtimare Hiſpanorum fidem & integritatem, ut plena fiducia in eandem collocari debeat, & omnis omnino, cautela contemni, quam prudentiæ ſuggerit capere adverſus errores admodum familiares.

Nemo ex nobis omnibus invenietur, qui nolit diſpicere omnia ſecuritatis momenta, quantum mens aſſequi poteſt, ut es ſuum benè locet, aut latifundia coemat: hinc à me impetrare non poſſum, ut credam ad contractum ineundem, ubi agitur de univerſa fortuna diutini belli, de honore & ſecuritate duarum potentium Rempublicarum inventum iri ullũ mortalium, qui malit potius fidere verbis ſimplicibus debitoris moroſi, quam pignoribus probis ſibi cavere.

Non ea, que ſervuntur traſactioni, nec diligentia, quæ plerunque adhibetur, ut potius hoc ipſo, quam craſtino perficiatur die, neque ſigna & ſigilla, quę appenduntur, executione reddunt certam, ſed conditio, in quam devolvimus poſt tranſactionem præfectam, tum ex propriis viribus, tum per numerum amicorum unde verbo ſua conſtat fides, hoſte eandem negligente, per vim etiam ad defenſionem in oppreſſione. Hinc non poſtremus ex celeberrima antiquitate cenſuit, pacem non eſſe in poſitis armis, ſed in abjectione armorum & ſervitutis metu.

Quid denique, medius fidius Domini mei, nobis profuerit, id bellum nunc finire, in quo lucrum eſt certum nobis, hoſtibus perpetuum damnum, ſi relinquamus aliquam cauſam formidinis, ne retintegretur tempore prorſus importuno; Actiones ipſorum ſuggeſſere juſtiſſimas diffidentiæ cauſas, poſtquam compertum dedère hactenus, ſeſe magis laborare in nobis disjungendis, quam ſinceram conjunctionem nobiſcum ut inirent. Sic etenim hic ipſe dies clariſſimè oſtendit, quantopere deſudent in frangenda noſtra ſocietate, cum ne cogitent quidem ſatisfacere ſociis in rebus æquiſſimis,

Quod ſi,Domini veſtri Deputati rationes reddiderunt Veſtris Dominationibus de omnibus & ſingulis propoſitionibus,quæ ipſis fuêere factæ inter agendum, certus ſum,ex omnibus articulis alicuius momenti,qui in diſputationem incidêre,Hiſpanos ne unum quidem indulſiſſe, quin addiderint conditionis vice,agendū eſſe ſine Gallia, quæ appendix niſi profundo ſilentio fuiſſet accepta,apud acquieſcentes,hoſtibus ſpe aliqua lactatis, nobis minus eſſet occaſiones querulandi.

In eo ſuperamus,propoſitiones ſimiles non tetigiſſe aures noſtras, poſtquam eas repudiavimus per contemtum,quo fœminæ pudicæ ſolent,quæ offenduntur ſermonibus tentatoriis, ab ipſo principio.Si Domini veſtri Deputati idem feciſſent ſecundum mandata iterata à veſtris Dominationibus tranſmiſſa, dudum obtinuiſſemus pacem, cū integra ſatisfactione & Galliæ & veſtræ Reipublicæ.Verum enim verò indignitas rei abrumpit ſilentiūm, ſpes, quā nonnulli fecêre Hiſpanis de actione cū ipſis inſtituenda in noſtrum diſpendium,tum conſilia, quæ iiſdē in aurem ſunt ingeſta, vt rigidius nobis obviarent, ſolum obſtaculum præbuêre, quin ad hunc uſque diem minus voluerint rationi ſubjici.

Anne igitur pace breviculo tempore quærimus bonam,mei Domini?, medium ejus aſſequendo eſt in promtū, & honoris plenum, ſi nempe conſtanter inhæreamus obſervationi tranſactionis & pactorum, ut unâ vice gravi Hiſpanis eximamus mentem, quam de nobis diffidendi forte conceperunt, ſuſpectum & periculoſum exiſtimemus, quicquid nobis obtulerint ſub ea conditione, Domini autem veſtri Plenipotentiarii *Monaſterii* agant, uti ſinceros decet ſocios pro noſtro emolumento, quemadmodum nos ſemper egimus pro veſtro compendio,

Anne pacem hanc petimus firmam eandem & conſtantem, id ſaltem agamus, ut hoſtes intelligant ex noſtra unione,nunquam poſſe impingi in tractatus, qui concludentur, quin eodem tempore & Galliæ & Provinciæ Unitæ ſint impugnandæ, quarum vires ſenſêre iis ſucceſſibus, quos univerſus Orbis vidit, & ipſi non ſine cauſa nunquam non formidabunt.

Quod

Quod ſi per iſtam prudentiſſimam firmitudinem procedamus, brevi videbimus optimos effectus concordiæ, pax concludetur breviculo tempore cum laude & emolumento. meſſem colligemus ungratiſſimam, qualem ipſa ſolet producere in umbra ſecuritatis prævisæ, ſub qua poſſimus, metu vacui, exonerari ſumptibus, quos fieri neceſſe eſt, ubi in conditiōe ancipiti relinquimur, eam autem ſatisfactionem habituri ſumus, nos non çoemiſſe conditiones pacis ulla ſorte neglecti officii.

Diverſum inſtitutum ſecuti poſſemus quilibet ſibi in particulari tranſigere cum Hiſpania, ſed ipſum effectum perderemus ſignando, cum hoſtis invitus eò deſcendat, credatque cum diſpendio conjunctam pacem, eodem tempore coquens conſilium frangendæ ad proximam quamque occaſionem, quam ſors obtu erit opportunam: ſic metus & diffidentia undiquaque augerentur, cum jam ceſſare debeant; nemo non obligaretur nova conquirere media, & novos facere amicos, ut periculo careat, unde nihil minus ſumtuum & militum requiratur, ut pace iſtiusmodi frui liceat, quam in medio fervore hoſtilitatis.

Neque verò video, quomodo, cùm melius agere, & honorificentius tranſigere potuerimus, nos inſtitutum noſtrum tueri valeamus apud poſteros, poſtquam ex mera libidine, & per præcipitantiam non neceſſariam turbavimus beatam conditionem rerum noſtrarum.

Maximi igitur refert iſtęc incommoda præveniri; & in eum finem noſſe ex vero, quomodo tranſeundum ſit in aliud vitę genus, ex hoc egreſſis, quod nunc proſtituimus. Non parum intereſt dilucidè perſpicere, qua ratione unà vivendum ſit, quando eò pervētum fuerit, ut maximè explicemus ſine ambiguitate, quid noſtri ſit officii mutui, neforte novas turbas ſuſcipiamus per hoſtem communem.

Permittetis, Domini mei, mihi hanc licentiam dicendi veſtri pluris intereſſe, quàm noſtri, cum reſpublica veſtra, poſt laborioſum exercitium, quod per octoginta annorum ſpatium extrahitur, poſthac ſibi efflagitet, quietem quam nondum guſtare potuit. Optimis igitur opus eſt remediis, ut prohibeantur calamitates iis familiares, qui

inſignes ſunt paſſi viciſſitudines, quæ utique poſſent evadere lethales, niſi adhibeantur validæ præcautiones in eventum.

Nobis quidem, Domini mei, nihil admodum novum accidit in Gallia, ſi pacem cum Hiſpania inceptemus, cum jam didicerimus, ad quem uſque gradum ſit fidendum, & quomodo repulſandę ſint marchinoationes & conſilia; quibus uti illi ſolet ſub velo amicitię. Sunt nobis leges laudatiſſimæ, quibus coercentur communicationes noſtræ cum hoſtibus periculoſis, ubi nulla expectanda eſt reconſiliatio, niſi quæ ipſis oſtentat finem faciliorem: nôrunt magiſtratus noſtrates modum puniendi transgreſſores, & experientia temporis præteriti multum addet in poſterum ſapientiæ noſtræ.

Sed neſcio, an forma veſtræ Reipublicæ vobis ſit actutum permiſſura frenum, coercendis ingeniis iſtius Nationis, quæ machinationibus ſcatet, & ſemper potiores tulit per cuniculos adactos, ubi arma manus valebant: maximè ubi & ante concluſionem pacis ipſa eò audaciæ proceſſit, ut Emiſſarios huc deſtinarit, qui ſub velo diverſorum negotiorum nihil verentur invadere & diffamare amicos veſtros, vobis audientibus & videntibus.

Quod ſi Hiſpani tanto æſtro laborant, ut apertè auſint apud vos tentare operosè ſeparationē, aut faſtidium veſtrorum ſociorum, qua rima ſemper diſſipatio alicuius ſtatus quæri ſolet, ut enervetur, neutiquam dubitabitis, illos pro pediem ulterius proceſſuros, ut plurimum veſtro leoni excutiant enſem, & poſtmodum eripiant faſciculum ſagittarum, ſymbolum & unionis, quæ vobis omni modo eſt conſtanter colenda, & ſocietatis cum vicinis, quorum intereſt veram rempublicam ſubſiſtere.

Veſtras Dominationes obnixere ogo, ut tam benignè judiceris de hiſce rebus, quas cum ſingulari meo honore vobis dicere licet, quàm æqua & ſincera ſunt conſilia Majeſtatum Chriſtianiſſimarum, quorum interpretem ago. Nunquam ipſis in mentem venit, ullam paci injicere remoram ſed præcautiones, quas æquū eſt nos ſimul inſtituere, nec longæ ſunt, nec difficiles: id unum agitur, ut ſolidè provideamus ſecuritati transactionis inſtituendæ.

Secu-

Securitas verò illa in hoc cardine uno verſatur, ut tranſactiones priores tempeſtivè deducantur in executionem, reparentur errores adverſus eaſdem commiſſi, & ſanciatur obſervatio magis religioſa in poſterum, neutra verò partium inferat interpretationes alterutri diſpendioſas. Nam ſi verum liberè proferamus, quotieſcunque *Doctoribus* proponitur Contractus aliquis excutiendus, iam pateſcit eo ipſo animus litigioſus, qui quærit effugium ſatisfactione injunctæ, cum tamen in ſocietatibus omnia ſint interpretanda ex æquo & bono ſideque optima.

Omnia omninò vafrumenta intendi potius debent in hoſtes, non verò retorqueri in eos, qui omnem ſuam potentiam, adeoque nobiliſſimum ſui corporis ſanguinem impenderunt veſtro incremento. Cum autem id æque juſtum ſit, ac neceſſarium, unoq; biduo decerni queat, nemo dicet, hic remoras ſolliciti quærit; quicunque verò in eam inciderint opinionem, nimis clare compertum dabunt, in eo ſeſe acquieturos, ſi Hiſpanorum deſiderio l tetur.

Gallia ſemper manebit conſtanti ſtudio affixa Provinciis Unitis: quemadmodum autem ipſa nullo nunquam tempore defuit ſuo officio, vobis, Domini mei, certiſſimum ſpondetur, nec in poſterum hic quicquam deſideratum iri. Sed amicitie ipſius eſt apprimè pretioſa, quam vos experti eſtis, ſatis utilem & neceſſariam veſtræ Reipublicæ, quin integram eandem vobis expetatis, cum tamen particulam veſtræ reddatis duntaxat: Iuſtitia autem flagitat, ut conditiones noſtrę ſocietatis ſint pares.

In ſuppeditandis auxiliis, quæ Gallia veſtræ reipublicæ ex compacto ſpondebit, ſi fortè hoſtes tranſactionē iſtam abrumpant, nihilomino diſtinguemus emolumenta, quæ cum ipſis habetis excutienda, neq; etiam loca, ubi vos incurſare queant: æſtimamus verò, idem veſtri eſſe officii, ne alioqui hoſti iudicium fiat, qua parte maximè patemus volentiæ, nullo veſtro cum incommodo.

Crediderimus potius inde metuendum eſſe, illum aliquando, ſine formidine, redintegraturum hoſtilia per veſtras Provincias, vicinas utiq; Germaniæ, ſi ipſū feciſſemus certiorē, nos arma non correpturos ſuppetiis veſtris, niſi ex Flandria invaſionem molatur; quæ prouincię tantummodo partem facit veſtri limitis, & apud vos eam vicem obti-

obtinet, quam omnes provinciæ præſtant Galliæ, unius limitis inſtar.

Nemo noſtrum fuerit, quin credat ſeſe in ſiniſtrâ incidiſſe amicitiam, quæ dextram injiciat pacatè, dum ſiniſtra conflictatur cum hoſte ad perniciem. Pace factâ, id unum curabit Gallia, quod ſeparati a ſe nunquam patietur, nempè ut transactio obſervetur incorrupta, quæ utique nullibi poteſt lædi, quin malum evadat generale, cum nullus omninò articulus violetur, quin univerſi reliqui concutiantur.

Corpus Monarchicum componitur ex compluribus membris diverſarum naturarum, nec læditur in ullo mẽbro quin omnia & ſingula doleant per communicationem, limũ adeò ut difficilium ſit probatu, quâcunq; demũ ex parte hoſtes bellum redintegrent contra nos, ſive per Italiam, ſive per Hiſpaniam, quin bellum eodem tempore incumbat in Belgium, & quoquo verſum, ubi viciniam colimus.

Necdum capere poſſum, quo fundamento innitatur illorum formido, qui ſimulant metum ex obligatione reciprocà & indefinita, quæ inter nos fuerint conſtituenda, quin majorem vim quam ſecuritatem veſtræ adferat reipublicæ unde perquam importunè novis bellis implicetur, certis autem effectibus pacis minime fruatur; modò tantum otii & laboris ſibi indulgeant, ut perpendant hanc obligationem novam non eſſe, cùm contineatur in priſcis transactionibus: ut vel inde fateantur, nihil præterea deliberandum eſſe in eum finem, niſi ut pateat, an ſocietas queat obſervari aut rumpi.

Calamitas, quam Hiſpania in hoc bello ſuſcepit, & clades, quas ſuſtinuit, dilucidiſſimè docebunt, nihil tale unquam audendum adverſus Galliam & veſtram rempublicam, quatenus ſociantur: contrarium autem infallibiliter eveniet, ſi diviſio locum inveniet, per diſtinctionem locorum aut emolumentorum, aut aliam quamcunque diſcordiam, tum demum ſucceſſus optatus, quem ſibi ſpondet ex nobis, ubi ſeparatis incurſet, libidinem illam exſtimulaverit, ut alterutro Statu ad bellum reſumendum coacto, admodum anceps videatur, qua ſecuritate, aut qua ratio-

ne alteruter pacem ſibipromittere queat, dum hæc & illa potentia tam grandis verſatur per viciniam armata.

Videtis itaque, Domini mei, dilucidè noſtram vnionem non debere formidinem generare apud animos veſtros, cum vnicum ſit remedium illius tollendæ, nosque adeò nunquam quietem Galliæ & Provinciarum Vnitarum rectius aſſerturos firmaturosve, niſi vt vniti inſeparabiliter permaneamus.

Poſſem alia documenta prægnantiſſima certè, Veſtris Dominationibus adferre, niſi faſtidio ſuperſedere cuperem. Quod ſi lubeat Commiſſarios deputare quibuscum liceat amplius conferre de omnibus, quæ modò propoſui, ſufficiente poteſtate mecum agendi inſtructos, nihil gravabor, iisis cum ſinceritate vlteriore aperire ſenſa Maieſtatum Chriſtianiſſimarum, quas vti prorſus confido, Veſtræ Dominationes invenient propenſas ad emolumentum & incrementum veſtræ Reipublicæ, æquè ac ad compendium Galliæ; quæ itidem recens præſtant teſtimonium conſtantis ſtudii, quo Rex & Regina regens erga Veſtras Dominationes tenetur, & mihi interea iniunxerunt, vt illud vobis ſponderem.

CAPVT LXXIII.

Tractatus pacis, die triceſimo Ianuarii, anno 1648. in vrbe Monaſterio VVeſtphaliæ, inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem Philippum IV. Regem Hiſpaniæ, &c. ex vna, & altera parte inter Celſos & Potentes Dominos, Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, concluſa.

IN nomine, & ad gloriam Dei notum ſit omnibus, poſt longum curſum bellorum cruentorum, quæ afflixerunt tot annorum ſpatio, populos, ſubditos, regna & provincias obſe-

liæ Tielere & Bommelerverdæ; Deputatum Nobilitatis Geldriæ, ad Conventum Dominorum Ordinum Generalium; Iohannem de Marthenеſſe, Dominum Matheneſſe, Riveriæ, Opmeeræ, Sutervænæ &c. Deputatum ex Conſilio ordinario Hollandiæ & Occidentalis Fiſiæ; tum ad Conventum dominorum Ordinum Generalium, ex parte Nobilium illius provinciæ Conſiliarium & Heemradum Schielandiæ; Meſſirem Adrianum Pavvequitem, dominum Hemſtedæ, Hoogersmildæ, & primum præſidem, Conſiliarium ac magiſtrum Comitatuum Hollandiæ, & Friſæ occidentalis, etiam ex parte illius Provinciæ Deputatum ad Conventum Dominorum Ordinum Generaliũ Meſſirem Iohannem de Knuyt, equitem, Dominum utriusque Voſmatiæ, primum Nobilem & Advocatum Nobilitatis in Statibus & conſilio Comitatus Selandici & thalaſſiarchatus ibidem, primum conſiliarium Sereniſſimi Domini Principis Auraici, Deputatum ordinarium ad Conventum Dominorum Ordinum Generalium; Godartum de Reede, Dominum, Nederhorſti, Vredelandie Cortehoviæ, Overmre, Horſtçaitę, &c. Præſidentem in Conventu Nobilium Provinciæ Vltrajectinæ, & Deputatum exillorum parte ad Conventum Dominorum Ordinum Generalium, Franciſcum de Donia, Dominum Hiennemæ Hielſumi, Deputatum ad Conventum Dominorum Ordinum Generalium ex parte provinciæ Friſiæ, Guilelmum Ripperda, Dominum Hengelois, Borbergæ, Bobulois, & Ruſſenbergæ, deputatum nobilitatis ex provincia Tranſiſalana ad Conventum dominorum Ordinum Generaliũ; Adrianum Kland de Stedum, Dominum Nittershumi &c. Deputatum Ordinarium Provinciæ, urbis Groningæ & Omlandiæ ad Conventũ Dominorũ Ordinum Generaliũ.

Omnes iſtos legatos extra ordinem in Germaniam, & Plenipotentiarios præfatorum Dominorum Ordinum Generalium, ad tractatus de pace generali omnes inſtructos poteſtatibus ſufficientibus, quæ inſerentur ſub finem harum præſentium literarum, qui coacti in urbem Monaſterium VVeſtphaliæ, ex communi pacto deſtinatam tractatibus Generalibus, de pace Orbis Chriſtiãi, ex virtute illarum poteſtatum in nomine præfatorum Dominorum

Rex

LX. Si ullo modo peccetur in tractatum ab aliquibus particularibus, præter mandatum præfatorum Dominorum, Regis aut Ordinum Generalium, id damnum præſtabitur in eodem loco, ubi peccatum fuerit admiſſum, & quidem manifeſtarium, aut in loco domicilii, quod fixerint, adeò ut non poſſint poſtulari alibi aut de corpore, aut de bonis in quacunque ratione, ſic non decebit ad arma convolare aut rumpere pacem ad illam occaſionem, licebit tamen poſt denegatam juſtitiæ adminiſtrationem manifeſtariam providere ſibi, quemadmodum ſolitum fieri per literas repręſaliorum aut indulti.

LXI. Omnes omninò exhæreditationes & diſpoſitiones factæ in odium belli declarantur nullæ & tenebuntur pro non factis; & ſub iſtiusmodi exhæreditationibus factis in odium belli, intelliguntur comprehendi ea, quæ ſuas habent cauſas, ex quibus bellum proceſſerit aut pendeat.

LXII. Subditi & incolæ provinciales dominorum iſtorum, Regis & Ordinum Generalium cujuscunque generis aut conditionis fuerint, declarantur capaces ſucceſſionis mutuæ, tum per teſtamentum, tum ab inteſtato, ſecundum conſuetudines locorum; quod ſi aliquæ ſucceſſiones antehac obtigerint alicui illorum, in iis aſſeretur & conſervabitur.

LXIII. Quicunque captivi ex bello, liberabuntur utrinq; nullo redemtionis pretio, diſtinctione & exceptione captivorum; qui operam ſuam præſtiterint extra Belgium & ſub ſignis alienis, quàm iſtorum Dominorum; Regis ſcilicet & Ordinum Generalium.

LXIV. Exolutiones contributionum priſtinarum, quę ad concluſionem tractatus fuerint præſtandæ tum ob perſonas tum ob bona utrinque moderationem & definitionem admittent ab iis, qui utrinque pręfecti ſunt contributionibus.

LXV. Non vertetur incommodum aut ullo modo interpretationem commodi admittet aut incommodi ullius directè ſive indirectè, quicquid vigente negotiatione utrinque fuerit propoſitum aut prolatum hactenus, aut ſcripto; quin imò iidem Domini, Rex & Ordines Generales particulares, æquè ac omnes Principes, Comites, Baro-

 nes,

verò fiet ex parte Dominorum Ordinum Generalium, incommodum illarum provinciarum, urbium et particularium, qui parent domino Regi.

LXX. Iuriſdictio aquarum relinquetur urbi Eſcluſæ, quemadmodum eidem competit.

LXXI. Agger, qui permeat et coërcet flumen *Sutæ* ad fanum donaſij, auferetur et aperietur, conſtructis illic cataractis, de quarum cuſtodia tranſigendum fuerit juxta ea, quæ ſuperius dicuntur de demolitione munimentorum.

LXXII. In hoc præſenti tractatu pacis comprehendentur ii, qui ante permutationem acceptilationis aut ratihabitionis, etiam poſt tertium menſem utrinque denominabuntur, intra quem terminum dominus Rex prodet eos quos competere judicaverit: ex parte Ordinum Generalium indicantur Princeps Landgravius Haſſiæ Caſſelanæ cum provinciis, urbibus & Statibus ſuis; Comes Friſiæ Orientalis, urbs Embdena, Comitatus & provincia Friſiæ Orientalis, urbes Anſeaticæ, et particulatim Lubeca, Brema & Hamburgum. Servant verò ſibi domini Ordines Generales libertatem denominandi et alios, quos competere judicaverint, intra definitum terminum.

LXXIII. Comitis Flodrofii prætenſio de reſtituendo caſtello Leuti cum bonis annexis et aliis emolumentis ac pagis per viciniam ipſi competentibus, quæ occupata fuerint ex parte domini Regis Indulta eſt ad reſtitutionem etiam caſtelli, modò cautum ſit intra concluſionem preſentis iſtius tractatus et ratihabitionem ejusdem, de alendo præſidio ex parte domini Regis; aut de novorum munimentorum demolitione, quæ acceſſerunt poſt caſtellum occupatum.

LXXIV. Quemadmodum octavo die decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto fuit tranſactum et conventum inter legatos extraordinarios et Plenipotentiarios præfatorum dominorum Regis & Ordinum Generalium, de Rogerio Huygentio, nomine Coniugis, dominæ Annæ Margarithę Stralenſis, ita id omnem prorſus vim & effectum habebit, ad-

Sequitur tenor illius poteſtatis quam Dominus Rex Hiſpaniarum ſuis contulit Plenipotentiariis.

Dominus Philippus per gratiam Dei Rex Caſt lliæ, Legionis, Arragoniæ, vtriuſque Siciliæ, Hieroſolymæ; Luſitaniæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Maioricę, Minoricæ, Sevitiæ, Cerdennæ, Cordubæ, Corſegæ, Murciæ, Iaenæ, Algaruiarum, Algeciræ, Gibraltaris, Inſularum Canariarum, Indiarum Orientalium & Occidentalium; inſularum & terrę firmę maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundię, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habsburgi: Flandriæ, Tyrolis & Barcellonæ, Dominus Biſcaiæ & Malinæ, &c.

Poſtquam magno molimine cœptum eſt laborari de tranquilitatę ſubditorum & incolarum per provincias Belgii, vt extincto tàm crudeli bello rectius ad pacem Europæ vniverſalem perveniri poſſet, qua Orbis Chriſtianus gauderet, & ex communi conſenſu Vrbs Monaſterii in VVeſtphalia congreſſui partium fuit deſtinata, vt illic de pace illa ageretur per viros & numero et authoritate plena fide Plenipotentiarios, ſpecialiter, autem vt cum Ordinibus Provinciarum liberatum in Belgio vnito, qui ſuos legatos vel Plenipotentiarios particulari authoritate inſtructos adeoque Deputatos miſſuri eſſent, transigerent.

Vbi igitur conſideravimus quanta præſtantia, integritate, providentiâ, experientiâ, intelligentiâ et zelo erga meum emolumentum, & bonum ac quietem vniverſalem Orbis Chriſtiani, polleant Dominus Caſpar Bracamontius & Guſmannus, Comes Pennarandæ, Nobilis cameræ meę Senator, Cameralis iuſtitiæ et legatus meus extraordinarius in Germaniam: Frater Ioſephus Bergannæus, Archiepiſcopus Cameracenſis, & Antonius Brun: Senator in conſilio ſupremo Flandriæ; quanta denique ſatisfactione mè ſemper beaverint in litigioſis & arduis negotiis, quæ vel ipſi tranſegère, vel reſpectivè mandavère.

Itaque penitiſſime confidimus, eos conjunctos aut unum eorum in particulari, per abſentiam, aut per incommoditatem alterum, advigilaturos in bonum Orbis Chriſtiani, & meum ipſius emolumentum; & hinc eos dico meos legatos et plenipotentiarios, et ex virtute literarum præſentium ipſis de omnibus conjunctis, et unicuique in particulari, per abſentiam aut valetudinem cujuſcunque inter ipſos, poteſtatem abſolutam, ut inſtituat ſermonem cum Ordinibus præfatorum provinciarum liberarum in Belgio unito, aut cum ipſorum Legatis et Plenipotentiariis, vt ſpecialiter polleant authoritate et conſtituti ſint per iſtas, ut crudele hoc bellum, quod per Provincias Belgii fuit ſuſcitatum, et ab origine contra dictos Ordines Generales in provinciis et per mare fuit geſtum, finiant.

Sic igitur cum iisdem Ordinibus Generalibus dictarum provinciarum Vnitarum liberarum, aut cum ipſorum legatis et Plenipotentiariis incepteent negotiationem, conferant, proponant, conveniant, capitulentur et concludant bonum, firmum et inviolabilem tractatum de quiete, ſive de pace aut induciis; promittant etiam pro me et meis ſucceſſoribus, me ſemper ſervaturum firmiter et validè, præciſè et articulatim, ſine ullo errore, quicquid per meos legatos et plenipotentiarios conjunctos, aut ab uno aliquo illorum, per abſentiam, aut valetudinem cujuſcunque ex ipſis, fuerit conventum et capitulatum in illo tractatu cum præfatis Ordinibus Generalibus, aut cum ipſorum legatis et plenipotentiariis, qui à dictis provinciis Vnitis liberis deputabuntur.

Aſſeverent etiam me approbaturum et ratihabiturum intra illum terminum, quem reciprocem conſtituerint ad confirmationem per jus jurandum, aut qualeſcunque alias ſolennitates, in iſtius modi caſus neceſſarias et conſuetas, In quorum fidem mandavi expediri præſentes

has

has literas; quas manu mea et ſigillo meo roborare volui, & inferius ſignati ab actuario meo ſtatus.

Datum Saragoſſæ, die 6 Iunii, anno milleſimo ſexcenteſimo, quadrageſimo ſexto.

Signatum

EGO REX.
PETRUS COLOMA.

obſignatum ſigillo regio in oblata rubra, papyro tecta.

Sequitur tenor illius poteſtatis, quam Domini Ordines Generales dedère ſuis Plenipotentiariis.

Ordines Generales vniti Belgii, omnibus hæc viſuris vel audituris ſalutem.

Notum ſit, Nos, quemadmodum ſecundum omnes omninò occaſiones ex proba & ſincera voluntate ac propoſito propenſi fuimus, vt diutinũ, pernicioſum & cruentum bellum in provinciis Belgicis, ante plurimos annos ſuſcitatum, et hactenus continuatum, ad earundem provinciarum emolumentum publicum, & exonerationem tributorum, ſine quibus bellum geri nequit, vt denique Belgium non penitus pereat, ſed bellum in alias longinquiores provincias & loca reijciatur, vel ſi fieri queat, cum hinc facta ſint exordia, conſopiatur.

Poſtquam igitur Monaſterium VVeſtphaliæ ex communi conſenſu negotiatione eſt delectum & conventui, vt ibidem agatur de tranquilitate Orbi Chriſtiano reddenda. Nos cenſuiſſe, viros graves eſſe mittendos, qui cum omni authoritate & plenipotentia interſint illi Conventui et negotiationi, vt communi operâ, conſopiatur bellum illud diutinum & pernicioſum, quò Belgium à tot annis affligitur. Perfectè itaque confiſi, quanta ſapientia, providentia, experientia

Intelligentiâ,fidelitate & zelo erga emolumentum provinciarum Vnitarum in Belgio polleant Bartholdus Gandavenſis Dominus Lœvenæ & Minerſuici, præfectus & dik gravius Bomeliæ, Balivus Bommelerverdæ, deputatus ad noſtrum Conventum à Nobilibus provinciæ Geldriæ, Johannes Matheneſſæus, Dominus Matheneſſæ, Riveriæ, Opmæræ Sutevanæ &c. deputatus Advocatus nobilitatis & equeſtris ordinis per Hollandiam & Friſiam Occidentalem, ſummus Heemrathus Scielandiæ, Adrianus Paviusi eques, Dominus Hemſtedæ, Rietvici, Neokerkę, &c. primus præſes & Senator, ærarius Comitatus Hollandiæ & Friſiæ occidentalis; Iohannes Knuythius, Eques, dominus Voſmariæ, primus Nobilis & advocatus Nobilitatis apud Ordines, & Conſiliarius Comitatus Selandici, Conſiliarius ordinarius Sereniſſimi Principis Avraici; Gothardus Rædæus, dominus Nederhoſtii, Vreland æ, Rortehoviæ, Ovemęræ, Horſtvvartæ, &c. deputatus ad Conventum noſtrum ab equeſtri & nobili ordine Provinciæ, ultrajectinæ, Franciſcus donianus, dominus Hiennemæ in Hielſumo, Guilielmus Ripſerdanus, dominus Hengelonis, Boxbergæ, Boculonis & Roſenburgi, &c. deputatus ad noſtrum Conventum ab equeſtri et nobili ordine Provinciæ Tranſiſalanæ, Adrianus Klaud Stedumaeus, dominus Nitterſumi reſpectivè deputatus ad noſtrum Conventum, & extraordinarius legatus in Germaniam.

Iſtis omnibus ſimul aut potioribus ſaltem, per cæterorum abſentiam aut valetudinem, perfectam poteſtatem, authoritatem, generale et ſpeciale mandatum dedimus, ut nomine noſtro, tanquam Plenipotentiarii iſtius Reipublicę, Monaſterii auſcultant et intelligant à Dominis Plenipotentiariis potentiſſimi et Sereniſſimi principis, domini Philippi IV. Regis Hiſpanici, quicquid ipſi nomine ſui Regis habeant proponere de abolendo diutino & pernicioſo ac cruento bello per Belgii provincias, quod ex hac ſcaturigine etiam in longinqua et remotiſſima loca ſeſe diffudit.

Conferent igitur cum Plenipotentiariis illius regis, tranſigent, concludent bonam, firmam, ſinceram et inviolabilem

labilem tractatum, de quiete, quemadmodum ipſi Plenipotentiarii in nomine Ordinum Generalium, & ſociorum quos diutinum hoc bellum tangit, negotium exiſtimabunt commodiſſimum ad aſſerendos ſubditos & incolas Belgii fœderati.]

Promiſimus vtique et promittimus per iſtas literas, in maiorem fidem et ſub noſtrâ obligatione, pro nobis et ſucceſſoribus noſtris in genere et in particulari, in perpetuum nos ea benè, firmiter et conſtanter ſeruaturos, quæcunque præfati noſtri Plenipotentiarii in hoc negotio transegerint et concluſerint, ratihabituros, inviolabiliter cuſtodituros, & curaturos vt obſeruentur, adeo vt nunquam in ea impingatur, aut permittamus impingi vllo modo, directè aut indirectè.

In quorum omnium fidem hæc transſcripta ſunt, & noſtro ſigillo maiuſculo, roborata, & ab Actuario noſtro ſubſcripta.

Ex noſtro Conventu, Hagæ Comitis, die 22. Martii, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto.

Signatum.

IOHANNES Redæus Vt.

& in replicâ legebatur.

Ex mandato Celſorum Dominorum Ordinum Generalium.

Et ſubſignatum.

CORN. MUSEHIUS.

Roboratu magno ſigillo Statuum Generalium, in cerâ rubrâ, pendente chorda, ex auro & ſerico rubro concinoata.

In quorum fidem omnium, quæ ſuperius leguntur, nos Legati extraordinarii & Plenipotentiarii præfatorum Dominoru n, Regis ſcilicet Hiſpaniarum &c. & Ordinum Generalium ex Provinciis Vnitis Belgii, ex virtute, poteſtatū reſpectivè noſtrarum, ſignavimus præſentem hunc tractatum, & roboravimus noſtris inſignibus.

Factum Monaſterii in VVeſtphalia, die trigeſimo Ianuarii, anno milleſimo ſexcenteſimo octavo.

Signatum & obſignatum.

L. S. Comes Penaranda,
L S. A. Brun.
L.S.B. De Gent.
L.S. Iean De Mathenesse.
L.S. Adrian Pavv.
L.S. Iean De Knuyt.
L.S.G. De Reede.
L.S.F. De Donia.
L S. VVilh. Ripperda.
L S. Adrian Klandt.

Sequitur ratihabitio Regis Hiſpaniarum.

Dominus Philippus IV. per gratiam Dei Rex Caſtiliæ, Legionis, Arragoniæ, utriuſq; Siciliæ, Hieroſolymæ, Luſitaniæ, Navarræ Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Maioricæ, Minoricæ, Sevitiæ, Gerdennæ, Cordubæ, Corſegæ, Murciæ, Iaenæ Algarbiarum, Algecirę, Gibraltaris, Inſularum Canariarum, Indiarum Orientalium & Occidentalium; inſularum & terræ firmæ maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis & Barcellonæ, Dominus Biſcaiæ & Malinæ, &c. omnibus præſentes haſce literas viſuris, ſalutem.

Vt liberemus provincias Belgii à bello, quo tot annis conflictantur, liberaremus miſerijs & calamitatibus exonerare-

peraremus, in quietem, ſplendorem & proſperitatem daremus, quemadmodum & bella conſopiremus, quæ in alias terras & maria longinqua fuere ſparſa, A multo tempore deſideravimus procedere, ad aliquam bonam pacem cum Dominis Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio, ad refocillationem omnium eorum, qui ex vtraque parte ſentiunt calamitates illius belli; & vt ex communi pacto lecta fuit vrbs Monaſterii in Weſtphalia, ad conventum & tractatum de pace inſtituendum; ita negotia ibidem adeò proſperè proceſſerunt, vt legati noſtri extraordinarii & Plenipotentiarii, ex virtute noſtrarum poteſtarum fecerint & concluſerint cum legatis extraordinariis & Plenipotentiariis præfatorum dominorum Ordinum Generalium tractatum de pace, qui hic de verbo ad verbum inſertus legitur.

Eum tractatum hic ſcriptum et inſertum, uti diximus, poſtquam nobis exhibitus fuit à noſtris legatis extraordinariis et plenipotentiatiis, vidimus, et maturè de verbo ad verbum in conſilio noſtro examinavimus.

Itaque Nos, pro nobis, noſtris hæredibus & ſucceſſoribus, quemadmodum et pro Vaſallis ſubditis et incolis omnium noſtrorum regnorum, provinciarum & dynaſtiarum, tam intra Europam, quam ultra fines ejus nulla admiſſa exceptione, eundem tractatum, cum omnibus quæ in eo continentur, quemlibet adeò punctum in particulari, in omnibus ſuis membris ſuſcepimus bonum, firmum et valabilem, gratum habuimus, comprobatum & ratum; quemadmodum ſuſcipimus gratum, comprobatum & ratum habemus per literas haſce præſentes.

Promittimus hinc fide et verbo regio et principali, pro nobis, noſtris ſucceſſoribus, regibus principibus et hæredibus, ſincerè et bona fide, nos eundem ſecuturos, obſervaturos et adimpleturos inviolabiliter et articulatim, juxta formam et tenorem proprium; curabimus eum teneri, obſervari adimpleri, perinde ac ſi Nos eundem transegiſſemus in noſtra propria perſona, adeò ut nihil faciamus, nihil, ſinamus fieri ullo modo directè aut indirectè, quod quacunque ratione eidem contrarietur.

Quod

Quodſi in eundem impingatur, aut vllo modo incurratur, reparabitur læſio ſine vlla difficultate & dilatione, adeò vt puniamus, & puniri mandemus quoſcunq; violatores omni rigore, ſine venia & indulgentia; Obligemusque ad eundem effectum, qui ſuperius definitur, omnia & ſingula noſtra regna, provincias & Dynaſtias, quemadmodum & omnia noſtra cætera bona, præſentia & futura, etiam noſtros hæredes & ſucceſſores, vna & vaſallos omnes noſtros, ſubditos et incolas per omnia noſtra regna provincias et Dynaſtias, quocunque in loco, intra Europæ fines aut vltra eosdem inveniantur, nullâ admiſſa exceptione.

Et ut iſtæc obligatio tantò ſit validior, abdicamus omnes leges, conſuetudines; & alia quæcunque contraria, In quorum ſuperiorum fidem juſſimus expediri præſentes haſce literas, ſignatas noſtra manu, obſignatas noſtro ſigillo ſecretiore, & contraſignatas à noſtro Actuario Status.

Factum - - - - - - - -

Sequitur Ratihabitio Celſorum & Potentium Dominorum ordinum Generalium.

Ordines Generales Provinciarum Vnitarum Liberarum in Belgio, omnibus præſentes haſce literas viſuris ſalutem.

Quemadmodum per omnes omninò occaſiones nunquam non propenſi fuimus in eum finem, vt diutinum, perniciosum & cruentum bellum Belgii, quod in alias provincias & maria longinquiora fuit ſparſum, terminetur & componantur, ad gloriam Dei, Patrem, authorem & promotorem pacis, & ad conſolationem tot animarum deſolatarum, quæ miſerum languent ſub difficultatibus & calamitatibus belli, cuius amaritudine paſcuntur.

Vt Belgium reſtitueretur in ſuam quietem, ſplendorem & proſperitatem, & ex communi conſenſu omnium, quorũ intereſt, lecta fuerit vrbs Monaſterii in VVeſtphalia, ad

Conventum & tractatum de pace inſtituendum, cum verò placuerit Deo omnipotenti addere benedictionem ſuæ gratiæ ad ſollicitudines & labores quos legati noſtri extraordinarii & plenipotentiarii exantlarunt per univerſæ tempus negotiationis cum legatis & plenipotentiariis Domini Regis Hiſpaniarum, &c. Domini Philippi IV. adeò ut poſt diverſos Conventus & colloquia de negotio acta, fecerint & concluſerint tractatum de pace, hic de verbo ad verbum inſerta.

Quem tractatum hic ſcriptum & inſertum, uti ſuperius patet, poſtquam nobis fuit exhibitus & à nobis fuit conſideratus de verbo ad verbum, ſecundum naturam deliberationem, Nos, nomine & juſſu Ordinum ex omnibus provinciis Vnitis, ſociatis dynaſtijs, urbibus & membris earum & eorum, quemadmodum etiam pro omnibus terris noſtri obſequii vaſallis ſubditis, incolis, tum intra Europæ fines, tum ultra eosdem nulla admiſſa exceptione eundem tractatum, & quicquid eo continetur, quemlibet adeò articulum in particulari, per omnia ſua membra, ſuſcepimus tanquam bonum firmum & validum, gratum approbatum & ratum, ſuſcipimus itidem, gratum, approbatum & ratum habemus per haſce literas præſentes,

Promittimus ſincerè & bona fide, nos eundem ſecuturos, obſervaturos & adimpleturos, inviolabiliter & articularim, juxta formam ſuam & tenorem proprium, dabimus etiam operam, ut teneatur, obſervetur & adimpleatur, perinde ac ſi nosmetipſis transegiſſemus in noſtro Conventu Ordinum Generalium, adeò ut nihil committamus, aut patiamur committi in contrarium, directè aut indirectè, quacunque ratione aut modo,

Quod ſi quid impingatur, aut eveniat tale quid ullo modo, id reparabitur, ſine ulla tergiverſatione & dilatione, punietur, & curabitur puniri in transgreſſoribus omni rigore, ſine venia & indulgentia, obligamus in eum effectum, qui ſuperius deſcribitur, omnes & ſingulas Provincias Vnitas, ſociatas, dynaſtias, urbes & membra eorum atque earum, ſimul etiam omnes vaſallos, ſubditos

ditos & incolas dependentes, tum intra Europæ limites, tum ultra eosdem, nulla admiſſa exceptione. Vt autem validitas conſtet iſti obligationi, abdicamus omnes leges, conſuetudines, & quæcunque iſtis articulis contraria.

In quorum fidem ſuperiorem fecimus expediri literas haſce præſentes ſub noſtro ſigno & ſignatura noſtri Actuarii, & roborari noſtro magno ſigillo in noſtro conventu, Hagæ Comitis, in Hollandia, die decimo octavo Aprilis; anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo.

Erat ſignatum

IO. ANDREÆ VT.

inferius

Ex juſſu Celſorum & Potentium dominorum Ordinum Generalium.

ſubſignatum,

CORN. MUSCHIUS.

Et ſignatum antiſigno præfatorum dominorum Ordinum in cera rubra, pendente duplici chorda ex auro & ſerico rubro, in pixide argentea, cui inſculptus erat Leo, qui dextram armaverat gladio, et ſiniſtram implexerat ſeptem ſagittis.

by Google

CAPUT LXXIV.

Inſtrumentum ; ſive Tractatus Pacis ſignatum & obſignatum Monaſterii in VVeſtphalia, die 24. Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quarto per Legatos Plenipotentiarios Sacrarum Majeſtatum Imperialis & Chriſtianiſſimæ : tum per Deputatos extraordinarios, Electores, Principes & Ordines ſacri Romani Imperii.

In nomine Sacroſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

NOtum ſit univerſis & ſingulis ; quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt ; Poſtquam à multis annis orta in Imperio Romano diſſidia motusque civiles eousque increverunt, ut non modo univerſam Germaniam, ſed & aliquot finitima regna, potiſſimum vero Galliam ita involuerint, ut diuturnum & acre exinde natum ſit bellum.

Primò quidem inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem & Dominum, Dominum FERDINANDVM II. Electum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Galmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ Regem, Archiducem Auſtriæ, ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, ducem Luxemburgiæ, Superioris & inferioris Sileſiæ, VVirtembergiæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habſpurgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ, dominum Mar-

Marchiæ Slavonicę, Portus Naonis & Salinarum, inclitæ memoriæ, cum ſuis Fœderatis & adhęrentibus, ex una.

Et Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum LVDOVICVM XIII. Galliarum & Navarræ Regem Chriſtianiſſimum, inclitæ memoriæ, ejusque Fœderatos & adhærentes, ex altera parte.

Deinde poſt eorum è vita diſceſſum, inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem & Dominum Dominum FERDINANDVM III, Electum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum, Germanię, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Regem, Archiducem Auſtriæ: Ducèm Burgundię, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ-Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, Superioris & inferioris Sileſiæ, VVirtembergiæ & Teckæ, Principem Sueviæ Comitem; Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgovię, ac Superioris & inferioris Luſatiæ, Dominum Marchiæ Slavonicæ, portus Naonis & Salinarum, cum ſuis Fœderatis & adhærentibus, ex unâ.

Et Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dominum LUDOVICUM XIV. Galliarum & Navarræ Regem Chriſtianiſſimum, ejusque Fœderatos & Adhærentes ex altera parte; unde multa ſanguinis Chriſtiani effuſio, cum plurimarum provinciarum deſolutione ſecuta eſt.

Tandem divinâ bonitate factum, ut annitente Sereniſſima Republicâ Veneta cujus conſilia difficillimis Chriſtiani Orbis temporibus publicæ ſaluti & quieti nunquam defuère, utrinque de Pace univerſali ſuſcepta ſit cogitatio, in cumque finem ex mutua partium conventione, Hamburgi die 25. ſtylo novo, vel die 15. ſtylo veteri Decembris Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo inita, conſtituta ſit dies undecima ſtylo novo, vel prima ſtylo veteri Menſis Iulii, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo tertio congreſſui Plenipotentiariorum MONASTERII & OSNABRUGIS VVeſtphalorum inſtituendo.

Com-

Comparentes igitur ſtatuto tempore & loco utrinque legitimè conſtituti legati Plenipotentiarij à parte quidem Imperatoris Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Dominus Maximilianus, Comes à Trautmanſdorff & Weinsberg, Baro in Gleichenberg, Neoſtadij ad Chorum, Negau, Burgau, & Totzenbach, Dominus in Teinitz, Eques aurei Velleris, Conſiliarius Secretus, & Camerarius ſacræ Cæſareæ Majeſtatis, eiuſque Aulæ Supremus Præfectus, Dominus Joannes Ludovicus, Comes a Naſſau, Catzenelenbogen, Vianden & Diez Dominus in Beitſtein, Conſiliarius Secretus Imperatoris, & Aurei Velleris Eques; Dominus Iſacus Volmarus J·V.D. Sereniſſimi Domini Archiducis Ferdinandi Caroli Conſiliarius, eiuſque Cameræ præſes.

A parte verò regis Chriſtianiſſimi, Celſiſſimus Princeps, Dominus Henricus de Orleans, Dux de Longueville, & de Eſtoute ville, Princeps & Supremus Comes de Nevvcaſtel, Comes de Dunois & de Tancarville, Conneſtabilis hæreditarius Normanniæ, eiuſdemque provinciæ Gubernator, & locum tenens Generalis, Centum Cataphractorum equitum Dux, & Ordinum Regiorum Eques & c. Illuſtriſſimi item ac celſiſſimi Domini Dominus Claudius de Mesmes, Comes de Avaux, dictorum Ordinum Commendator unus ex Præfectis ærarij Regij & regni Gallici Miniſter & c. Et Dominus Abel Servien, Comes de la Rochedes Aubiers, etiam vnus ex regni Gallici Miniſtris &c. interventu & operâ Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Legati Senatoriſque Veneti, Domini Aloyſij Contarenj Equitis, qui Mediatoris munere, procul â partium ſtudio, totos penè quinque annos impigrè perfunctus eſt.

Poſt invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiatiorum tabulas (quarum apographa ſub finem huius Inſtrumenti de verbo ad verbum inſerta ſunt (ritè commutatas, præſentibus, ſuffragantibus & conſentientibus ſacri Romani Imperij Electoribus, Principibus, & Statibus ad Divini Numinis gloriam, & Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, in mutuas pacis & amicitiæ leges conſenſerunt, & convenerunt tenore ſequenti.

I. Pax ſit Chriſtianiſſima, Univerſalis, & perpetua, veraque & ſincera Amicitia inter ſacram maieſtatem Imperialem, & ſacram Maieſtatem Chriſtianiſſimam; nec non inter omnes & ſingulos Fœderatos & Adhærentes dictæ Maieſtatis Cæſareæ, Domum Auſtriacam, eorumque hęredes & ſucceſſores, præcipuè verò Electores, Principes & Status Imperij ex vna:

Et omnes ac ſingulos Fœderatos dictæ Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, eorumque hæredes ac ſucceſſores, Inprimis Sereniſſimam Regiam Regnumque Sueciæ, ac reſpectivè Electores, Principes Statusque imperij, ex altera parte eoque ita ſincerè, ſeriòque ſervetur, & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem honorem ac commodum promoveat omnique ex parte, et Vniverſi Romani Imperij cum regno Galliæ, et viciſſim regni Galliæ cum Romano Imperio fida vicinitas, et ſecura ſtudiorum Pacis atque amicitiæ cultura reviteſcant et refloreſcant.

II. Sit utrinque perpetua oblivio & AMNESTIA omnium eorum, quæ ab initio horum motuum, quocunq; Loco modo ve ab vna vel altera parte, ultro citroque hoſtiliter facta ſunt, ita ut nec eorum nec vllius alterius rei cauſa vel prætextu, alter alteri poſthac quidquam hoſtilitatis, aut inimicitiæ, moleſtiæ vel impedimenti, quoad perſonas, ſtatum, bona, vel ſecuritatem per ſe, vel per alios, clam aut palam: directè, vel indirectè ſpecie Juris aut via facti, in Imperio, aut uſpiam extra illud, non obſtantibus ullis prioribus pactis, in contrarium facientibus inferat, vel inferri faciat, aut patiatur.

Sed omnes et ſingulæ, hinc inde, tam ante bellum quam in bello, verbis, ſcriptis aut factis illatæ iniuriæ, violentię, hoſtilitates, damna, expenſę abſque omni perſonarum, rerum ve reſpectu, ita penitus obolitę ſunt, ut quicquid eo nomine alter adverſus alterum prætendere poſſet, perpetua ſit oblivione ſepultum.

III. Et ut eò ſincerior Amicitiæ mutuæ ſecuritas inter-

Imperatorem, regem Chriſtianiſſimũ, Electores, principes & Status Imperij poſthac ſervetur; (ſalvo aſſecurationis articulo, infra ſcripto) alter alterius hoſtes præſentes aut futuros, ullo un uam titulo vel prætextu, vel ullius Controverſię, bellive ratione, contra alterum armis, pecunia, milite, commeatu, aliter ve juvet aut illis copiis, quæ contra aliquem, huius Pacificationis conſortem, a quocunque duci contigerit, receptum, ſtativa, tranſitũ indulgeat.

Circulus quidem Burgundicus ſit maneatque membrum jmperii, poſt Controverſias inter Galliam Hiſpaniamque ſopitas, hac pacificatione comprehenſas, Bellis tamen in eo jam vertentibus, nec ullus Imperii Status ſe immiſceat. In futurum vero ſi inter ea regna controverſię oriantur, firma ſemper maneat inter univerſum Imperium & Reges Regnumque Galliæ de mutuis hoſtibus non juvandis ſupradictæ reciprocæ obligationis neceſſitatis: ſingulis tamen Statibus liberum ſit huic illi ve regno extra Imperii limites ſuppetias ferre non tamen aliter quam ſecundum imperii Conſtitutiones.

Controverſia Lotheringica, vel arbitris utrinque nominandis ſubmittatur, vel Tractatu Gallo Hiſpanico, vel aliâ amicabili viâ componatur, liberumque ſit tam Imperatori, quam Electoribus, Principibus & Statibus Imperiis ejus compoſitionem amicabili interpoſitione, aliiſque pacificis officiis juvare ac promovere, non tamen armis, aut bellicis mediis.

IV. Juxta hoc amicitiæ mutuæ & Amneſtiæ univerſalis fundamentum, univerſi & ſinguli ſacri Romani Imperii Electores, Principes, Status (comprehenſa immediatâ Imperij Nobilitate) eorumque Vaſalli, ſubditi, Cives & Incolæ, quibus occaſione Bohemiæ, Germaniæ ve motuum vel fœderum hinc inde contractorum, ab unâ vel altera parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo, vel prætextu illatum eſt, tam quoad ditiones & bona feudalia, ſubfeudalia & Allodialia, quam quoad dignitates, immunitates jura & privilegia reſtituti ſunto plenariè in eam utrinque

Statum in ſacris & profanis, quo ante deſtitutionem gaviſi ſunt, aut Iure gaudere potuerunt, non obſtantibus, ſed annullatis quibuſcunque interim in contrarium factis mutationibus.

Quod ſi reſtituendorum bonorum & Iurium poſſeſſores, exceptionibus ſe iuſtis munitos exiſtimaverint, eæ quidem reſtitutionem neutiquam impedient; hâc tamen peractâ, coram competenti Iudice examinentur & diſcutiantur.

Et quamvis ex hac precedenti regula generali facilè diiudicari poſſit, qui et quatenus reſtituendi ſint, tamen ad inſtantiam aliquorum, de quibuſdam gravioris momenti cauſis, prout ſequitur, ſpecialiter mentionem fieri placuit; ita tamen, ut qui expreſſè non nominati vel ex puncti ſunt, propterea pro omiſſis, vel excluſis non habeantur.

V. Cum Arreſtum, quod mobilibus ad principem Electorem Treverenſem ſpectantibus, & in Ducatum Luxemburgenſem translatis, Imperator per Concilium Provinciale antehac imponi curauit, relaxatum quidem & abolitum, attamen ad quorundam inſtantiam iterum renovatum, inſuper etiam ſequeſtrum præfecturæ Bruch ad Archiepiſcopatum, & medietati Dominii ſancti Ioannis, ad Iohannem Reichardum de Soëteren ſpectanti, à Prefato Concilio indictum eſt, concordatis inter Electoratum Treverenſem, & Ducatum Burgundię Publicę Imperii interventione, Anno 1548. Auguſtę Vindelicorum erectis repugnet.

Conventum eſt, ut prędictum Arreſtum & ſequeſtrum à Concilio Luxemburgenſi quantocyus tollatur, dicto Domino Electori bona ſua, prefectura & Dominum tam Electoralia, quam Patrimonialia, unà cum fructibus ſequeſtratis relaxentur & tradantur; ac ſi quid forteamotum fuerit, reponatur, plenèque atque integrè reſtituatur, impetrantibus ad Iudicem Principis Electoris in Imperio competentem, pro obtinendâ Juris & Juſtitię adminiſtratione, remiſſis.

VI. Quod autem ad Caſtra Ehrnbreitſtein & Hamerſtein attinet, Imperator tempore & modo infrà in articulo

culo Executioni definitis, præſidia inde deducet, aut deduci curabit, illaque caſtra in manus Domini Electoris Treverenſis, eiuſdemque Capituli Metropolitani pari poteſtate pro imperio & Electoratu cuſtodienda tradet quo nomine & Capitaneus, & novum præſidium ibi ab Electore conſtituendum, iuramento fidelitatis pro ipſo eiusque Capitulo pariter obſtringi debebunt.

VII. Deinde vero Cauſam palatinam Conventus *Monaſterienſis* & Oſnabrugenſis eo deduxit, ut eâ de re jam diu mota lis dirempta ſit modo ſequenti.

Et primo quidem quod attinet Domum *Bavaricam*, Dignitas Electoralis, quam Electores palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regaliis, Officiis, præcedentiis, Inſignis & Juribus, quibuscunque ad hanc Dignitatem ſpectantibus, nullo prorſus excepto, ut et palatinatus ſuperior totus cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, Regaliis ac Juribus, ſicut hactenus, ita et in poſterum maneant penes *D*ominum Maximilianûm, Comitem palatinum *R*heni, Bavariæ *D*ucem, ejuſque liberos, totamque lineã Guilielmianam, quamdiu maſculi ex ea ſuperſtites fuerint.

Viciſſim Dominus Elector Bavariæ, pro ſe, hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis totaliter renunciet debito tredecim Millionum, omnique prætenſioni in Auſtriam ſuperiorem: & ſtatim à Puplica pacta, omnia Inſtrumenta deſuper obtenta Cæſareæ Maieſtati ad caſſandum, & annullandum extradat.

Quod ad domum palatinum attinet, Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis cauſa conſentit, ut vigore præſentis Conventionis inſtitutus ſit *E*lectoratus octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes palatinus Rheni, eiuſque hæredes & Agnati totius lineæ Rudolphinæ, juxta ordinem ſuccedendi, in Aureâ *B*ullâ expreſſum, deinceps fruantur; nihil tamen iuris, præter ſimultaneam Inveſtituram ipſi Domino Carolo Ludovico, aut eius ſucceſſoribus, ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori *B*avariæ, totique lineæ Guilielmianę attributa ſunt, competiat.

Deinde ut inferior Palatinatus eorũ, cum omnibus & ſingu-

Heidelbergenſem et Neoburgicam, à prioribus imperatoribus ſuper Electorali Dignitate confirmata, ut totius lineæ Rudolphinæ jura, quatenus huic diſpoſitioni contraria non ſunt ſalva, rataque maneant.

Adhæc ſi quæ Feuda juliacenſia aperta eſſe competenti via Juris evictum fuerit ea Palatinis evacuentur.

Præterea ut dictus Dominus Carolus Ludovicus aliquatenus liberetur onere proſpiciendi Fratribus de appenagio, Cæſarea maieſtas ordinabit, ut dictis ſuis Fratribus quadringenta Imperialium Thalerorum millia intra quadrienniũ ab initio anni venturi 1649. numerandũ expendantur, ſingulisque annis centena millia ſolvantur una cum annuo cenſu quinque de centũ computatis.

Deinde tota Domus Palatina cum omnibus et ſingulis qui ei quocunque modo addicti ſunt aut fuerunt, præcipuè vero Miniſtri, qui ei in hoc Conventu, aut alias operã ſuam navarunt, ut & omnes Palatinatus exules fruantur Amneſtia Generali, ſupra deſcripta, pari cum cæteris in eâ comprehenſis iure & hac tranſactione, ſingulariter in puncto Gravaminum pleniſſime.

Viciſſim Dominus Carolus Ludovicus cum Fratribus, Cæſareæ Maieſtati obedientiam & fidelitatem, ſicut cæteri Electores Principesque Imperii præſtet, ac inſuper Palatinatui ſuperiori pro ſe & hæredibus ſuis, tum ipſe, tum eius fratres, donec ex linea Guilelmiana hęredes legitimi & maſculi ſuper fuerint, renuncient.

Cum autem de eiuſdem principis Viduę Matri, ſororibusq; præſtando Victa litio & dote conſtituenda mentio iniiceretur, pro benevolo ſacræ Cęſareæ maieſtatis in Domum Palatinam affectu promiſſum eſt, dictę Viduę matri pro victalitio ſemel pro ſemper, viginti Thalerorũ Imperialium millia, ſingulis autem ſororibus dicti Domini Caroli Ludovici, quando nuptum elocatę fuerint, dena Thalerorum imperialium millia nomine ſuę Maieſtatis, exolutum iri; de reliquo verò ipſis idem Princeps Carolus Ludovicus ſatisfacere teneatur.

Comites in Leiningen & Daxburg ſæpè dictus Dominus Carolus Ludovicus, ejuſque ſucceſſores in Palatinatu inferiori, nulla returbet, ſed jure ſuo, à multis retro ſeculis obtento, & a Cæſaribus confirmato, quietè ac pacificè uti, frui permittat.

Liberam Imperij Nobilitatem per Franconiam, Sueviam & tractum Rheni, cum diſtrictibus appertinentibus in ſuo ſtatu immediato inviolate relinquat.

Feuda etiam ab Imperatore in Baronem Gerhardum de Waldenburg, dictum Schenck Herrn, Nicolaum Georgium Reigerſperg, Cancellarium Moguntinum, & Henricum Brömbſer, Baronem de Rüdesheim; Item, ab Electore *Bavariæ*, in Baronem Joannem Adolphum Wolff, dictum Metternich, collata, rata maneant; teneantur tamen eiuſmodi Vaſalli Domino Carolo Ludovico, velut Domino directo, ejuſque ſucceſſoribus, juramentum fidelitatis præſtare, atque ab eodem Feudorum ſuorum renovationem petere.

Auguſtanæ Confeſſionis conſortibus, qui in poſſeſſione templorum fuerant, interque eos Civibus & incolis oppenheimenſibus ſervatur Status Eccleſiaſticus Anni milleſimi ſexcenteſimi viceſimi quarti, cæteriſque id deſideraturis Auguſtanæ Confeſſionis Exercitium, tam publicè in templis ad ſtatas horas, quam privatim in ædibus propriis, aut alienis, ei rei deſtinatis, per ſuos aut vicinos verbi Divini miniſtros per agere liberum eſto.

Paragraphi, Princeps Ludovicus Philippus &c. Princeps Fridericus &c. Princeps Leopoldus Ludovicus &c. hic eodem modo inſerti intelligantur, prout Inſtrumento Cæſareo Suedico continentur.

VIII. Controverſia quæ vertitur inter Epiſcopos reſpectivè Bambergenſem & Herbipolenſem, ac Marchiones Brandenburgicos, Culmbachi & Onolſbachi, de Caſtro oppido, præfectura & Monaſterio Kitzingen in Franconia ad *Mænum*, aut amicabili compoſitione, aut ſummario Juris proceſſu terminetur intra biennium, ſub pæna perdendæ prætenſionis imponenda tergiverſanti: interim dictis Dominis Marchionibus reſtituatur nihilominus fortalitium Wiltzburg in eum Statum, qui

qui tempore traditionis deſcriptus fuit, ex conventione & promiſſo.

IX. Conventio inita circa alimenta Domini Chriſtiani Wilhelmi, Marchionis Brandenburgici, huc repetita cenſeatur, prout continetur articulo decimo quarto, inſtrumenti Cæſareo Suedici.

X. Rex Chriſtianiſſimus tempore & modo inferius definitis circa deductionem præſidiorum, reſtituet Duci Wirtembergico civitates & fortalitia Hohenvviel, Schorendorff, Tubingen, aliaque omnia loca ſine ulla reſervatione, quæ in Ducatu Wirtembergico præſidiis ſuis tenet. In reliquis paragraphus Domus Wirtembergica &c. ſicut in Inſtrumento Cæſareo Suedico inſertus eſt, hîc inſertus intelligatur.

Principes quoque Wirtembergici, lineæ Montpolgartenſis, reſtituatur in omnes ſuas ditiones in Alſatia, vel ubicunque ſitas & nominatim in duo Feuda Burgundica, Clerval & Paſſavant, & ab utraque parte redintegrentur in eum ſtatum, Jura & prærogativas, quibus ante initium horum bellorum gaviſi ſunt.

XI. Fridericus Marchio Badenſis & Hachbergenſis, eiuſque filii & hæredes, cum omnibus, qui iiſdem quocunque modo inſervierunt, aut adhuc dum inſerviunt cuiuſcunque nominis aut conditionis ſint, gaudeant & fruantur ſupra articulo ſecundo et tertio deſcripta Amneſtia, cum omnibus ſuis Clauſulis et Beneficiis eiuſque vigore reſtituantur pleniſſimè in eum ſtatum in ſacris et profanis, in quo ante exortos Bohemiæ motus fuit Dominus Georgius Fridericus Marchio Badenſis et Hachburgenſis; quoad Marchionatum inferiorem Badenſem, qui vulgo ſub appellatione Baden Durlach venit. Itemque quoad Marchionatum Hachbergenſem, tum etiam quoad Ditiones Rôtelen, Badenvveiler et Sauſenberg, non obſtantibus, ſed annullatis quibuſcunque interim in contrarium factis mutationibus.

Deinde reſtituantur Marchioni Friderico præfecturæ Stein & Renchingen, abſque onere æris alieni, interea temporis à Marchione Guilelmo contracti, ratione fructuum, interceſſę, aut ſumtuum per tranſactionē Etlingæ,

gæ, Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo nono initam, dicto Guilelmo Marchioni *B*adenſi ceſſæ cum omnibus Juribus, documentis literarijs, alijsq; pertinentiis ita ut tota illa actio ſumptuū, ac fructuū, perceptorum & percipiendorum cum omni damno & intereſſe, à tempore primæ occupationis numerando, ſublata & penitus extincta ſit.

Annua quoque penſitatio ex Marchionatu Inferiori, Marchionatui ſuperiori pendi ſolita, virtute præſentium penitus ſublata, annullata et anni*h*ilata ſit, nec eo nomine quicquam vel de præterito, vel de futuro, inpoſterum unquam prætendatur, vel exigatur, alternetur etiam inpoſterum inter vtramque lineam *B*adenſem, *I*nferioris ſcilicet et ſuperioris Marchionatus Badenſis præcedentia et Seſſio in Comitijs, et Circuli Suedici, aliisque vniuerſalibus vel particularibus Imperii, quibuſcunque conventibus; pro nunc tamen eadem præcedentia penes Marchionem Fridericum, dum ſuperſtes erit, permanente.

De *B*aronatu Hohengeroltzegk conuentum eſt, ut ſi Domina principiſſa Badenſis prætenſa ſua Jura in dicto Baronatu, Documentis Authenticis ſufficienter probaverit, reſtitutio ſtatim poſt latam deſuper ſententiam fiat cum omni cauſa, omnique jure, vigore documentorum competenti; Cognitio autem *h*æc finiatur à die publicatæ pacis intra biennium:

Nullæ denique actiones vel exceptiones generales vel ſpeciales clauſulæ in *h*oc inſtrumento pacis comprehenſæ [quibus omnibus per expreſſum. & in perpetuum, vigore huius, derogatum ſit) ab una vel altera parte, ullo unquam tempore, contra *h*anc ſpecialem conventionem allegentur, vel admittantur.

XII. Parap*hi* Dux de Croy & c. Quod controverſiā Naſſavv-Siegen, &c. Comitibus Naſſavv Sareponta-nis & c. Domus Hanoica & c. Ioannes Albertus Comes Solmenſis & c. Itemq; restituatur Dominus Solms, Ho*h*en-

Hohenſolms &c. Comites de Iſenburg &c. Rhingravii &c. Vidua Domini Erneſti Comitis Seinenſis &c. Caſtra & Comitatus Falkenſtein & Reſtituantur etiam Domus Waldek &c. Ioa*ch*imus Erneſtus, Comes ottingenſis &c. Item Dominus Ho*h*eploica &c. Fridericus Ludovicus & Ferdinandus Carolus &c. Domus Erbacenſis &c. Vidua & *h*æredes Comitis à Brandenſtein &c. Baro Paulus Kevenhuller &c. *h*ic ijsdem verbi inſertim cingantur prout in Inſtrumento Cæſareo-Suedico continetur.

XII. Contractus, permutationes, tranſactiones obligationes & inſtrumenta debiti, vi metu ve, ſed Statibus, ſeu ſubditis illicitè extorta, prout in ſpecie quæruntur Spira, Weiſſenburgum ad Rhenum Landavia, Reitlingen, Hailbrunna, alijſque ut & redẽptæ, ceſſæque actiones, abolitæ, atque ita annullatæ ſunto, vt vllum iudicium actionemve eo nomine intentare minime liceat.

Quod ſi vero debitores inſtrumenta credita, vi metuve creditoribus extorſerint ea omnia reſtituantur, actionibus deſuper ſalvis.

XIII. Debita, ſive emptionis, venditionis, annuorum redditũum, ſive alio nomine vocentur, ſi ab unâ, alterave belligerantium parte, in odium creditorum violenter extorta ſint, contra Debitores veram violentiam & realem ſolutionem interceſſiſſe allegantes, & ſe ad probandum offerentes, nulli proceſſus executivi decernantur, niſi his exceptionibus, prę via plenaria cauſę cognitione deciſis, Proceſſu deſuper inſtituto à pacis publicatione infra biennium finiendo, ſub pœna perpetui ſilentij, contumacibus debitoribus imponẽda. Proceſſus autẽ hactenus & nomine contra ipſos decreti, una cum tranſactionibus & promiſſionibus pro futura creditorum reſtitutione factis tollantur & enerventur, ſalvis tamen ijs pecuniarum ſummis, quę flagrante bello pro alijs, ad avertenda maiora eorum pericula & damna bono animo & intentione erogatæ ſunt.

XIV. Sententiæ tempore belli, de rebus merè ſecularibus pronuntiatæ, niſi proceſſus vitium aut defectus manifeſtè

nifeſte pateat vel in continenti demonſtrari poſſit non quidem omnino ſint nullę, ab effectu tamen rei iudicatę ſuſpendantur, donec acta iudicialia (ſi alterutra pars intra ſemeſtre ac inita pace ſpacium, petiverit reviſionem) in iudicio competenti, modo ordinario, vel extraordinario, in imperio uſitatore uideantur, & ęquabili iure pódorentur: atque ita dictę ſententię vel confirmentur, vel emendentur, vel ſi nulliter latę ſint, plane reſcindantur.

XV. Siquæ etiam Feuda regalia vel privata ab anno milleſimo ſexenteſimo decimo octavo non fuerant renovata, nec interim eorum nomine prętita ſervitia, nemini id fraudi eſto, ſed tempus repetendę inveſtiturę à die factę pacis cedere incipiat.

XVI. Tandem omnes & ſinguli, tam bellici officiales militesque, quam conſiliarii & miniſtri togati, civiles & Eccleſiaſtici, qocunque nomine aut conditione cenſentur, qui uno alterive parti eorundemve Fęderatis aut adhęrentibus toga vel ſago militarunt, à ſummo ad infimum, ab infimo ad ſummum, abſque ullo diſcrimine vel exceptione, cum uxoribus, liberis, hæredibus, ſucceſſoribus ſervitoribus, quo ad perſonas & bona in eum vitæ, famæ, honoris, conſcientiæ, libertatis, Iurium & privi'egiorum ſtatum, quo ante dictos motus gaviſi ſunt, aut iure gaudere potuerunt, utrinque reſtituti ſunto, nec eorũ perſonis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accuſatio intentator, multò minus ulla pænæ, damnum ve quocunque prætextu irrogator.

Et hæc quidem omnia quoad illos, qui Cæſareæ Maieſtatis, & Domus Auſtriacæ ſubditi & vaſalli non ſunt, pleniſſimum effectum habeant.

Qui vero ſubditi & vaſalli hæreditarii Imperatoris & Domus Auſtriacæ ſunt, eadem gaudeant Amneſtia, quoad perſonas, vitam, famam & honores, hebeantque ſecurum reditum in priſtinam patriam, ita tamen, ut ſe teneantur accommodare, legibus patrijs, regnorum & Provinciarum.

XVII.

XVII. Quantum autem eorundem bona concernit, ſi ea, antequam in coronæ Galliæ, Sueciæve partes tranſierunt confiſcatione, aut alio modo amiſſa fuêre, etſi pleni potentiarij Suedici diu multumque inſtiterant, ut ijs etiam illa reſtituerentur, tamen cum ſacræ Cæſareæ Majeſtati hac in re ab alijs nihil præſcribi, nec ob Cæſareanorum conſtantem contractionem aliter tranſigi potuerit, Ordinibusque imperij eapropter bellum continuari è re Imperij non fuerit viſum, porro quoque amiſſa ſunto, ac modernis poſſeſſoribus permanento.

Illa verò bona, quæ ipſis poſt eam ob cauſam, quod pro Gallis aut Suecis contra Cæſarem Domumque Auſtriacam arma ſumpſiſſent erepta ſunt, ijſdem qualia nunc ſunt abſque refuſione tamen ſumptuum & fructuum perceptorum, aut damni dati reſtituantur.

XVIII. De cætero, in Bohemiâ, alijsque quibuſcunque provincijs hæreditariis Imperatoris, Auguſtanæ confeſſioni addictis ſubditis vel creditoribus eorumve hæredibus, pro privatis ſuis prætenſionibus, ſi quas habent & earum nomine actiones intenderint aut proſecuti fuerint, ius & iuſtitia æquè ac Catholicis citra reſpectum adminiſtrentur.

XIX. A dicta tamen univerſali reſtitutione excepta ſunto, quæ reſtitui, vel redhiberi nequeunt, mobilia & ſe moventia fructus percepti, authoritate belligerantium partium interverſa, itemque tamen deſtructa, quam publicæ ſecuritatis cauſa, in alios uſus converſa ædificia, publica & privata, ſacra & provana, nec non depoſita, publica vel privata, hoſtilitatis intuitu confiſcata, legitimè vendita, ſponte donata.

XX. Quia verò etiam cauſa Iuliacenſis ſucceſſionis inter Intereſſatos, niſi præveniatur, magnas aliquando turbas in Imperio excitare poſſet, ideo conventum eſt, ut ea quoque pace confecta, ordinario proceſſu coram Cæſarea Maieſtate, vel amicabili compoſitione, vel alio legitimo modo, ſine mora dirimatur.

XXI. Cum etiam ad maiorem Imperii tranquillitatem ſtabiliendam, de controverſiis circa bona Eccleſiaſtica, & libertatem exercitii religionis his ipſis, de pace Univer-

ſali

ſali congreſſibus, certa quædam compoſitio inter Cæſarem, Electores, Principes & Status Imperij inita, atque inſtrumento pacis cum Plenipotentiariis Reginæ, & Coronæ Sueciæ erecto inſerta fuerit, placuit eandem compoſitionem, ut & illam, de qua inter eoſdem ratione eorũ, qui Reformati vocantur, convenit, præſenti quoque tractatu firmare & ſtabilire eo planè modo ac ſi de verbo ad verbum huic inſerta legeretur inſtrumento.

XXII. Circa cauſam Haſſo-Caſſellanam conventum eſt, ut ſequitur *Primo omnium*, Domus Haſſo-Caſſellana omneſque ejus principes, maxime Domina Amelia Eliſabetha Haſſiæ Landgravia, eiusque filius, *Dominus* Wilhelmus, illorumq; hæredes; Miniſtri, Officiales, *Vaſ*ſalli, ſubditi milites & alii, quocunque modo illis addicti, nullo prorſus excepto, non obſtantibus contrariis pactis, proceſſibus, proſcriptionibus, declarationibus, ſententiis, executionibus & tranſactionibus, ſed illis omnibus, ut & actionibus vel prætenſionibus, ratione damnorum & injuriarum, tam neutralium, quam belligerantium, annullatis Univerſalis Amneſtię ſupra ſancitæ, & ad initiũ belli Bohemici, cum plenaria reſtitutione reductæ (exceptis Cæſareæ Maieſtatis & Domus Auſtriacæ vaſallis & ſubditis hæreditariis, quemadmodum de iis in Textu tandẽ omnes & c. diſponitur) omniumque beneficiorũ ex hac, & religioſa pace provenientium, pari cum cæteris Statibus iure, prout in articulo incipiente Vnanimi & c. diſponitur, plenariè participes ſunto.

Secundo, Domus Haſſo-Caſſellana, eiusque ſucceſſores, Abbatiam Hirſchfeldenſem cum omnibus appertinentiis, ſecularibus & Eccleſiaſticis ſive intra, ſive extra territorium (ut præpoſitura Gellingen) ſitis, ſalvis tamẽ juribus, quę Domus Saxonica à tempore immemoriali poſſidet, retineant, & eo nomine in veſtituram a Cæſarea Maieſtate toties quoties caſus evenerit, petant & fidelitatem præſtent.

Tertio jus directi et utilis Dominii in præfecturas *Schaum-*

Schaumburg Bukenburg, Saxenhagen, et Statthagen Epiſcopatui Mindano ante hac aſſertum et adjudicatum porro ad Dominum Wilhelmum, modernum Haſſiæ Landgravium, eiuſque ſucceſſores plenariè, in perpetuum, citra ulteriorem dicti Epiſcopatus, aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem pertineat, ſalva tamen tranſactione inter Chriſtianum Ludovicum, Ducem Brunſuico Lunæburgenſem & Haſſiæ Landgraviam, Philipppumque Comitem de Lippe, inita, Firma etiam manente; quæ inter eandem Landgraviam, et dictum Comitem inita eſt, Conventione.

XXIII. Conventum præterea eſt, vt pro loco tum hoc bello occupatorum reſtitutione, et indemnitatis cauſa Dominæ Landgraviæ Haſſiæ Tutrici, ejusque filio, hujusve ſucceſſoribus, Haſſię Principibus, ex Archiepiſcopatibus Moguntinenſi et Colonienſi, Epiſcopatibus item Paderbornenſi, Monaſterienſi, et Abbatia Fuldenſi, ſexies centena millia Thalerorum Imperialium, bonitate Imperialibus conſtitutionibus modernis correſpondentiũ intra ſpatium novem menſium, à tempore ratificationis pacis computandum Caſſellis, ſolventium periculo & ſumptibus pendantur, nec contra promiſſam ſolutionem ulla exceptio, ullus ve prætextus admittatur, multò minus ſumma conventa ullo arreſto afficiatur.

Vt autem Domina Landgravia de ſolutione tanto ſecurior ſit, ſequentibus conditionibus retineat Neuſſ-Coesfeldt, et Nevvhauſſ, inque iis locis ſua, ſibique ſolum obligata præſidia habeat, eâ quidem lege, ut præter Officiales, et alias perſonas, in præſidiis neceſſarias dictorum trium locorum præſidia coniunctim non excedant numerum mille ducentorum peditum, et centum equitũ, Dominæ Landgraviæ diſpoſitioni relicto, quod cuivis dictorum locorum, peditum et equitum imponere, quemve huic, vel illi præſidio præficere velit.

Præſidia autem ſecundum ordinationem de ſuſtentatione Officialium et militum, Haſſiacis hactenus

tecus conſuetam alantur, & quæ ad conſervanda fortalitia neceſſaria ſunt præſtentur ex Archi- & Epiſcopatibus in quibus dicta Arx & Civitates ſunt ſitæ, abſque ſummæ ſupra nominatæ diminutione. Integrum autem ſit ipſis Præſidijs, contra moroſos & tardantes, ſed non ultra debitam ſummam exequi. Iura autem Superioritatis & juriſdictionum tam Eccleſiaſtica, quam ſecularis, & redditus nominatarum Arcis & Civitatum Domino Archiepiſcopo Colonienſi ſint ſalva.

XXIV. Quam primum verò poſt ratificatam pacem Dominæ Landgraviæ Trecenta millia Thalerorum Imperialium fuerint exſoluta, reſtituta Neuſſia, retineat Coesfelt ſolum & Nevvhauſs, ita ut præſidium Neuſſianum in Coesfelt & Nevvhauſs non deducat, vel ejus nomine quicquam ulterius exigat: nec præſidia in Coesfelt numerum ſexcentorum peditum & quinquaginta equitum, in Nevvhauſs autem centum peditum excedant.

Sin autem intra terminum novem menſium Dominæ Landgraviæ integra ſumma non dependatur, non tantum Coesfelt & Nevvhauſs, donec plenaria ſubſecuta fuerit ſolutio, ſed etiam pro reſiduo ſummæ, ejusque ſingulis centenis, quinque annuatim Imperiales, donec reſiduum ſummæ exſolutum fuerit, penſionis nomine ſolvantur, & tot præfecturarum ad ſupra nominatos Archi- & Epiſcopatus, atque Abbatiam pertinentium, & Haſſiæ principatui vicinarum, quot præſtandis, & exolvendis penſionibus ſufficiunt, Quæſtores & Receptores Dominæ Landgraviæ juramento obſtringantur, ut de redditibus annuas reſiduæ ſummæ penſiones ſolvant, non obſtante Dominorum ſuorum prohibitione.

Quod ſi verò Quæſtores & Receptores in ſolvendo moras nectant, aut redditus aliò conferant, Domina Landgravia exequendi, & ad ſolutionem quovis modo illos adigendi, liberam habeat poteſtatem, de reliquo jure territoriali Domino proprietatis interea ſemper ſalvo, ſimulac verò Domina Landgravia totam ſummam cum penſionibus à tempore moræ acceperit, reſtituat illicò loca jam denominata, cautionis loco interim retenta

ſtata,penſiones ceſſent, & Quæſtores atque Receptores quorum facta fuit mentio, juramenti nexu ſint liberati.
Quarum autem præfecturarum redditus penſionibus contingente morâ ſolvendis ſint aſſignandi, ante ratificationem pacis eventualiter conveniet;quę conventio non minoris ſit roboris,quàm ipſum pacis inſtrumentum.
XXV.Præter loca autem, ſecuritatis cauſa,vti memoratum,Dominæ Landgraviæ relinquenda, & poſt ſolutionem demum reſtituenda,reſtituat illa nihilominus,Ratificatione pacis ſubſecuta,omnes provincias & Epiſcopatus nec non illorum Vrbes,Præfecturas, oppida, fortalitia, propugnacula,& omnia deniq;bona immobilia, nec non jura inter hæc bella ab ipſa occupata;ita tamen, vt tam in præfatis trib⁹ locis,cautionibus nomine retinendis, quàm reliquis omnibus reſtituendis non ſolum annonam & omnia ad bellicum apparatum ſpectantia, quæ inferri, vel fieri curavit,per ſubditos evehenda, Dominæ Landgraviæ & ſupradictis ſucceſſoribus; quæ verò ab ipſa non illata, ſed in locis occupatis, tempore occupationis reperta ſunt & adhuc extant,ibi permaneant;ſed vt etiam Fortificationes, & Valla durante occupatione exſtructa ,eatenus deſtruantur,ne tamen Vrbes, oppida,arces vel caſtra cuiusvis invaſionibus & deprædationibus pateant.
XXVI. Et quamvis Domina Landgravia,præterquam ab Archi- & Epiſcopatibus Moguntinenſi,Colonienſi,Paderbornenſi,Monaſterienſi,& Abbatia Fuldenſi,à nomine reſtitutionis&indemnitatis loco aliquid popoſcerit,& ſibi eo nomine à quoquam alio quicquam ſolvi omninò voluerit,pro rerum tamen & circumſtantiarum ęquitate,placuit toto conventui, vt ſalva manente diſpoſitione paragraphi præcedentis,inchoantis, Conventum præterea eſt &c.etiam cæteri ſtatus cuiuſcunq;generis,cis& vltra Rhenum, qui prima Martii huius anni Haſſiacis contributionem dependerunt,ſecundum proportionem Contributionis exſolutæ,toto hoc tempore obſervatam, ad conficiendam ſummam, ſuperius poſitam, & militem præſidiariorum ſuſtentationem , Ratã ſuam ſupra nominatis Archi & Epiſcopatibus,atque Abbatiæ conferant, & damnum, ſi quod ſolventes, ob vnius vel alterius moram perpeſſi

fuerint moroſi reſarciant, nec Executionem, contra tergiverſantes inſtituendam Cæſareæ Majeſtatis, aut regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, vel etiam Haſſiæ Landgraviæ officiales aut milites impediant, neque etiam fas ſit Haſſiacis, quenquam in præjudicium hujus declarationis eximere; ii verò, qui ſuam quotam ritè perſolverint ab omni catenus onere liberi erunt.

XXVII. Quod Controverſias inter Domus Haſſiacas Caſſellanam & Darmſtadianam, ſuper ſucceſſione Marpurgenſi agitatas attinet Quandoquidem eæ Caſſellis, die decimo quarto Menſis Aprilis, proximè elapſi, conſenſu partium vnanimi accedente, penitus ſunt compoſitæ: Placuit transactionem iſtam, cum ſuis annexis & receſſibus, ſicut ea Caſſelli inita, & à partibus ſubſignata, Conventuique huic inſinuata fuit, vigore inſtrumenti hujus, eiusdem planè eſſe roboris, ac ſi verbis totidem hiſce tabulis inſerta, comprehenderentur, nec a partibus tranſigentibus, nec aliis quibusvis, ſub prætextu, ſive pacti, ſive juramenti, ſive alio quocunq; ullo unquam tempore convelli poſſe; quinimò ab omnibus, etiamſi aliquis ex intereſſatis eam forte confirmare detrectet, exactiſſimè obſervari debere.

XXVIII. Sicut etiam transactio inter defunctum Dominum VVilhelmum Haſſiæ Landgravium, & Dominos, Chriſtianũ ac VVolradum, Comites VValdeciæ, die undecimo Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo triceſimo quinto facta, & à Domino Georgio Haſſiæ Landgravio, die decimo quarto Aprilis, Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo ratificata, non minus vigore hujus pacificationis perpetuum & pleniſſimum robur obtinebit, omnesq; Haſſiæ principes pariter ac Comites VValdecciæ obligabit.

XXIX. Firmum quoque maneat & inviolabiliter cuſtodiatur jus Primogenituræ in qualibet domo Haſſiæ, Caſſelana & darmſtattina introductum, & à Cæſarea majeſtate confirmatum.

XXX. Cum item Cæſarea Majeſtas ad querelas nomine Civitatis Baſileenſis, & univerſæ Helvetiæ, coram ipſius Plenipotentiariis, ad præſentes congreſſus deputatis propoſitas

poſitas ſuper nonnullis Proceſſibus, Mandatis executivis, à Camera Imperiali, contra dictam Civitatem aliosq; Helvetiorum unitos Cantones, eorumque Cives, & ſubditos emanatis, requiſita Ordinum Imperii ſententia & conſilio, ſingulari decreto, die 14. menſis *May*, Anno proximè præterito declaraverit.

Prædictam civitatem Baſileam, cæteroſque Helvetiorum Cantones in poſſeſſione, vel quaſi, plenæ libertatis & exemptionis ab Imperio eſſe, ac nullatenus ejusdem Imperii dicaſteriis & Judiciis ſubiectos. Placuit hoc idem publicæ huic pacificationis conventioni inſerere, ratumq; & firmum manere, atque idcirco eiusmodi proceſſus, una cum Arreſtis eorum occaſione quandocunque decretis, prorſus caſſos & irritos eſſe debere.

XXXI. Vt autem proviſum ſit, nec poſthac in ſtatu politico controverſiæ ſuboriantur, omnes & ſinguli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis ſuis Iuribus prærogativis, libertate privilegiis, libero Iuris territorialis, tam in Eccleſiaſticis, quam in politis exercitio ditionibus, regalibus, horumque omnium poſſeſſione, vigore hujus transactionis ita ſtabiliti firmatique ſunto, ut à nullo unquam, ſub quocunque pretextu, de facto turbari poſſint, vel debeant.

Gaudeant ſine contradictione, iure ſuffragii, in omnibus deliberationibus, ſuper negotiis Imperii, præſertim ubi leges ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ; nova munimenta intra Statuum ditiones extruenda nomine publico, veterove firmanda præſidiis, nec non ubi pax aut fœdera facienda, aliave eiusmodi negotia peragenda fuerint.

Nihil horum, aut quicquam ſimile; poſthac unquam fiat vel admittatur, niſi de comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu; Cumprimis verò jus faciendi inter ſe & cum exteris fœdera, pro ſua cujusque conſervatione ac libertate; ſingulis Statibus perpetuò liberum eſto, ita tamen, ne ejusmodi fœdera ſint contra Imperatorem & Imperium,

pacemque ejus publicam , vel hanc inprimis tranſactionem, fiantque ſalvo per omnia juramenta, quo quiſque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt,

XXXII. Habeantur autem Comitia Imperii intra ſex menſes, à dato ratificatæ pacis, poſtea vero quoties id publica utilitas aut neceſſitas poſtulaverit. In proximis verò Comitijs emendentur imprimis anteriorum Conventuū defectus, actum quoque de Electione Romanorum Regum certa conſtantique Cæſarea Capitulatione concipiendâ, de modo & ordine indeclarando uno vel altero ſtatu in Bannum Imperii, præter eum, qui aliàs in Conſtitutionibus Imperii deſcriptus eſt, tenendo, redintegrandis circulis, renovanda Matricula reducendis ſtatibus exemptis, moderatione & remiſſione Imperii collectarum, reformatione Politiæ & Iuſtitiæ, taxæ ſportularum in judicio Camerali, Ordinatiis Deputatis ad modum & utilitatem Reipublicæ ritè formandis, legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis & ſimilibus negotiis, quæ hic expediri nequiverant, ex communi Statuum conſenſu agatur & ſtatuatur.

Tàm in univerſalibus verò, quàm particularibus Diætis, liberis Imperii Civitatibus non minus, quàm cœteris Statibus Imperii competat votum deciſivum, iisque rata & intacta maneant Regalia, vectigalia, redditus annui, libertates, privilegia confiſcandi, collectandi, et inde dependentia, aliaque jura ab Imperatore et Imperio legitimè, impetrata, vel longo uſu ante hos motus obtenta , poſſeſſa & exercita, cum omnimoda juriſdictione intra muros, & in territorio; caſſatis, annulatis, & in futurum prohibitis iis quæ per repreſſalias, arreſta, viarum occluſiones , & alios actus præjudicialos, ſive durante bello, quocunque prætextu in contrarium facta, & propria authoritate hucusque attentata ſunt, ſive dehinc, nullo præcedente legitimo juris & executionis ordine fieri , attentarive poterunt. De cœtero, omnes laudabiles conſuetudines, & leges fundamentales in poſterum religiosè ſerventur, ſublatis omnibus, quæ bellicorum temporum iniuria irrepſerant, confuſionibus.

XXXIII. De indaganda aliqua ratione & modo, æquitati con-

ti conveniente, qui perſecutiones actionum contra debitores, ob bellicas calamitates fortunis lapſos aut nimio uſurarum curſu aggrauatos, moderatè terminari, idque naſcituris majoribus incommodis, etiam tranquillitati publicæ noxijs, obviam iri poſſit, Cæſarea Majeſtas curabit exquiri, tàm Iudicij Aulici, quam cameralis vota & conſilia, quæ in futuris Comitiis proponi, & in conſtitutionem certam redigi poſſint.

Interea tamen temporis in hujùsmodi cauſis ad judicia, cum ſumma Imperii, tum ſingularia ſtatuum delatis, circumſtantiæ à partibus allegatæ benè ponderentur, ac nemo executionibus immoderatis prægravetur; ſed hæc omnia Holſatiæ conſtitutione ſalvâ illæſa.

XXXIV. Et quia publicè intereſt, ut facta pace commercia viciſſim refloreſcant, ideo conventum eſt, ut quæ eorum præjudicio, & contra utilitatem publicam; hinc inde per Imperium, bello occaſione noviter, propria authoritate, contra jura, privilegia, & ſine conſenſu Imperatoris atque Electorum Imperii, invecta ſunt Vectigalia & telonia, ut & abuſus Bullæ Brabantinæ, indeque natę repreſſalię & arreſta, cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus, detentionibus, itemque immoderata Poſtatum, omniaque alia inuſitata onera & impedimenta, quibus commerciorum & navigationis uſus deterior redditus eſt, penitus tollantur, & Provinciis, portubus, *Fluminibus* quibuscunque ſua priſtina ſecuritas, jvriſdictio & uſus, prout ante hos motus bellicos, à pluribus retrò annis fuit, reſtituantur, & inviolabiliter conſerventur.

Territorium, quæ flumina alluunt, & aliorum quorũcunque juribus ac privilegiis, ut & telonijs ab Imperatore de conſenſu Electorum, cum aliis, tum etiam Comiti Oldenburgẽſi in Viſurgi conceſſis; aut uſu diuturno introductis, in pleno ſuo vigore manentibus, & executioni mandandis, tùm ut plena ſit commerciorum libertas & tranſitus ubique locorum, terra marique tutus, adeoque ea omnibus & ſingulis utriuſque partis Fœderatorum vaſallis, ſubditis, clientibus & incolis, eundi, negotiandi, redeundique poteſtas data ſit, virtuteque præſentium conceſſa

in elligatur, quæ unicuique ante Germaniæ motus paſſim competebat: quos etiam Magiſtratus utrinque contra iniuſtas oppreſſiones & violentias, inſtar propriorum ſubditorum defendere ac protegere teneatur, hac conventione, ut & jure legeque cujusque loci per omnia ſalvis.

XXX. Quo mágis autem dicta pax atque amicitia inter imperatorem & Chriſtianiſſimum Regem firmari poſſit, & ſecuritati publicæ melius proſpiciatur, ideò de conſenſu, conſilio & voluntate Electorum, principum & Statuum Imperii, pro bono pacis conventum eſt,

Primò, quod ſupremum dominium jura ſuperioritatis, aliaque omnia in Epiſcopatus, Metenſem, Thullenſem et Virodunenſem, urbesque cognomines eorumque Epiſcopatuum diſtrictus, et nominatim Moyenvicum, eo modo quo hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, in poſterum ad Coronam Galliæ ſpectare, eique incorporari debeant in perpetuum et irrevocabiliter, reſervato tamen jure Metropolitano ad Archiepiſcopatum Trevcrenſem pertinente.

Reſtituatur in poſſeſſionem Epiſcopatus Virodunenſis dominus Franciſcus, Lotharingiæ dux, tanquam legitimus Epiſcopus, et eum Epiſcopatū pacificè adminiſtrare, eiusque ſicuti et ſuarum Abbatiarum (ſalvo Regis et cujuscunque privati jure, nec non librorum ſuorum patrimonialiū ubicunque ſitorum juribus quatenus prædictę ceſſioni nō repugnant) privilegiis, redditibus et fructibus uti, frui permittatur, dummodò prius præſtiterit Regi juramentum fidelitatis, nihilque moliatur adverſus ſuæ Majeſtatis regnique commoda.

Secundò, Imperator et Imperium cedunt transferuntque in Regem Chriſtianiſſimum, ejuſque in regno ſucceſſores Ius directi dominij, ſuperioritatis, et quodcunque aliud ſibi et ſacro Romano Imperio hactenus in Pinarolum competebat et competere poterat.

Tertiò Imperator pro ſe, totaque ſereniſſima domo Auſtriaca, itemque Imperium, cedunt omnibus juribus, proprietatibus, dominiis poſſeſſionibus ac jurisdictionibus,

bus, quæ hactenus ſibi, Imperio & familiæ Auſtriacæ competebat in oppidum Briſacum, Landgraviatum ſuperioris & inferioris Alſatiæ, Suntgoviam, Præfecturamque provincialem Decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, ſc. Hagenavv, Colmar, Sleſtatt, VVeiſſenburg, Landavv, Obernheim, Roshaim, Munſter in Valles Gregorii, Kaiſersberg, Turinghaim, omnesq; pagos, & aliaque cunque jura, quæ a dicta præfectura dependent, eaque omnia & ſingula in Regem Chriſtianiſſimum, Regnumque Galliarum transferunt; ita ut dictum oppidum Briſacum cum villis Hochſtatt, Niderimſing, Harten & Acharren, ad Communitatem Civitatis Briſacenſis pertinentibus, cum omni territorio & banno, quatenus ſe ab antiquo extendit, ſalvis tamen ejusdem Civitatis Privilegiis & immunitatibus, ante hac a domo Auſtriacà obtentis & impetratis

Item dictus Landgraviatus utriusque Alſatiæ & Suntgoviæ, tum etiam Præfectura Provincialis in dictas decem Civitates & loca dependentia itemque omnes vaſalli, landſaſſi, ſubditi homines oppida, caſtra, vilæ, arces, ſylvæ, foreſtæ, auri, argenti, aliarumque mineralium fodinæ, flumina, rivi, paſcua, omniaque jura, regalia & appertinentiæ absque ulla reſervatione, cum omnimoda jurisdictione & Superioritate, ſupremoq; dominio, à modò in perpetuum ad Regem Chriſtianiſſimum, Coronamque Galliæ pertineant, & dictæ Coronæ incorporata intelligantur, abſque Cæſaris, Imperii, domuſque Auſtriacæ, vel cujuscunque alterius contradictione.

Adeò ut nullus omninò Imperator aut Familiæ Auſtriacæ princeps quicquam juris aut poteſtatis in eis præmemoratis partibus, cis & ultra Rhenum ſitis, nullo unquam tempore prætendere, vel uſurpare poſſit aut debeat. Sit tamen Rex obligatus in eis omnibus & ſingulis locis Catholicam conſervare religionem, quemadmodum ſub Auſtriacis Principibus conſervata fuit, omnesque, quæ durante hoc bello novitates irrepſerunt removere

Quartò Chriſtianiſſime Majeſtati, ejusque in regno ſucceſſoribus, de conſenſu Imperatoris, totiuſq; Imperii perpetuum jus ſit tenendi preſidium in caſtra Philipsburg

protectionis ergò ad conveniente tamē numerū reſtrictū qui vicinis juſtam ſuſpicionis cauſam præbere non poſſit, ſumptibus duntaxat Coronæ Galliæ ſuſtentandum. Patere etiam debebit Regi liber tranſitus per terras & aquas Imperii, ad adducendos milites, commeatum & cœtera omnia, quibus & quoties opus fuerit.

Rex tamen præter protectionem, præſidium, & tranſitum indictum caſtrum Philipsburg. nihil ulterius prætender, ſed ipſa proprietas, omnimoda Iurisdictio poſſeſſio, omniaque emolumenta, fructus, acceſſiones, iura, Regalia, ſervitutes, ſubditi vaſalli, & quicquid omninò antiquitus ibidem, & in totius Epiſcopatus Spirenſis, Eccleſiarumque illi incorporatarum diſtrictu, Epiſcopo & Capitulo Spirenſi competebat, & competere poterat, eisdem in poſterum quoque ſalva, integra & illæſa, excepto tamen jure protectionis permaneant.

Imperator, Imperium, & Dominus Archidux Oenopontanus, Ferdinandus Carolus, reſpectivè exolvunt Ordines, Magiſtratus, Officiales & ſubditos ſingularum ſupradictarum ditionum ac locorum, vinculis ac ſacramentis, quibushucuſque ſibi Domuique Auſtriacæ obſtricti fuerant, eosque ad ſubjectionem, obedientiam & fidelitatem Regi regnoque Galliæ præſtandum remittunt, & obligantque. Atque ita Coronam Galliæ in plena juſtaque eorum ſuperioritate, proprietate & poſſeſſione conſtituunt, renuntiantes omnibus in ea juribus ac prætenſionibus ex nunc & in perpetuum idque pro ſe ſuiſque poſteris Imperator, dictus Dominus Archidux ejusque fratres, (quatenus prædicta ceſſio ad ipſos pertinet) peculiari diplomate tum ipſi confirmabunt, tum efficient, ut à Rege Hiſpaniarum Catholico eadem quoque renunciatio in authentica forma extradatur: Quod & imperii totius nomine fiet, quo die ſubſignabitur præſens tractatus.

Ad majorem ſupradictarum ceſſionum & alienationum validitatem, Imperator & imperium, vigore præſentis tranſactionis expreſſe derogant omnibus & ſingulis prædeceſſorum Imperatorum, ſacrique Romani Imperii decretis Conſtitutionibus, Statutis & Conſuetudinibus, etiam juramento firmatis aut inpoſterum firmandis, nominatim,

patimq; capitulationi Cæſareæ, quatenus alienatio omnimoda bonorum & Iurium Imperii prohibetur, ſimulque in perpetuum excludunt omnes exceptiones, & reſtitutionis vias, quocunque tandem jure, titulove fundari poſſent.

XXXVI. Conventum eſt inſuper, ut præter promiſſam hic inferius à Cæſarea & Imperij Statibus ratihabitionem, in proximis quoque Comitijs ex abundanti ratæ ſint ſupradictarum ditionum, juriumq; abalienationes, ac proinde ſi in Cæſarea Capitulatione pactio, vel in Comitiis propoſitio deinceps fiat de occupatis, diſtractisvè Imperii bonis ac juribus recuperandis, ea non complectatur aut complecti intelligatur res ſupra expreſſas, utpote ex communi Ordinum ſententia, pro publica tranquillitate, in alterius Dominium legitimè translatâ atque easdem in hũc finem ab Imperii matricula expungi placet.

XXXVII. Statim à reſtitutione Benfeldæ æquabuntur ſolo ejusdem oppidi munitiones, nec non adjacentis fortalitii Rhinau, ſicuti quoque Tabernarum Alſatiæ, Caſtri Hohenbar, & Neoburgi ad Rhenum, neque in prædictis locis ullus miles præſidiarius haberi poterit.

Magiſtratus & incolæ dictæ Civitatis Tabernatum neutralitatem accuratè ſervent, pateatque illac regio militi, quoties poſtulatum fuerit, tutus ac liber tranſitus. Nullę ad Rhenum munitiones in citeriori ripa extrui poterunt Baſileà usque Philipsburgum, neque ullo molimine deflecti, aut interverti fluminis curſus ab una alterave parte.

XXXVIII. Quod ad alienum attinet, quo Camera Enſisheimiana gravata eſt, Dominus Archidux Ferdinãdus Carolus recipiet in ſe, cum ea parte Provinciæ, quam rex Chriſtianiſſimus ipſi reſtituere debeat, tertiam omnium debitorum partem, ſine diſtinctione, ſive Chirographaria, ſive hypothecaria ſint, dummodo utraque ſint in forma authentica, & vel ſpecialem Hypothecam habeant, ſive in provincias cedendas, ſive in reſtituendas; vel ſi nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Cameram Enſisheimianam reſpondentium, usque ad finem anni milleſimi ſexcenteſimi, triceſimi ſecundi agnita;

 atque

atque inter debita & credita illius recenſita fuerint, & penſitationum annuarum ſolutio dictæ Cameræ incubuerit, eamque diſſolvet, Regem pro tali quota indemnem penitus præſtando.

Quæ verò debita, Collegiis Ordinum ex ſingulari per Auſtriacos Principes, cũ ipſis in Diætis provincialibus inita Conventione attributa, aut ab ipſis Ordinibus communi nomine contracta ſunt, iisque ſolvenda incumbunt, debet inter eos, qui in ditionem Regis veniunt, atque illos qui ſub Dominio domus Auſtriacæ remanent, iniri conveniens diſtributio, ut unaquæque pars ſciat quantum ſibi æris alieni diſſolvendum reſtet.

XXXIX. Rex Chriſtianiſſimus reſtituet Domui Auſtriacæ, & in ſpecie ſupradicto domino Archiduci Ferdinando Carolo primogenito, quondam Archiducis Leopoldi filio, quatuor Civitates Sylveſtres, Rheinfelden, Sekingen, Lauffenberg & Waldshuten, cum omnibus territoriis & Balivatibus, Villis, Pagis, Molendinis Sylvis, Foreſtis, Vaſallis, ſubditis, omnibusque appertinentiis cis & ultra Rhenum, itemque Comitatum Havvenſtein, Sylvam nigram, totamque ſuperiorem & inferiam Briſgoviam & Civitates in eâ ſitas, antiquo jure ad Domum Auſtriacam ſpectantes ſcilicet Nevvburg, Freyburg, Endingẽ, Kenzingen, VValdkirch, Villingen, Breulingen cum omnibus territoriis.

Item cum omnibus Monaſteriis Abbatijs, Prælaturis, Præpoſituris, ordinumque Equeſtrium Commendatariis, cũ omnibus Balivatibus, Baronatibus, Caſtris, Fortalitiis, Comitibus Baronibus, Nobilibus, Vaſallis, ſubditis hominibus, fluminibus ripis, foreſtis, ſylvis. omnibusque regaliis, juribus, jurisdictionibus. Feudis & patronatibus, coeterisque omnibus & ſingulis ad ſublime territori Ius, patrimoniumque domus Auſtriacæ in toto iſto tractu antiquitus ſpectantibus.

Totam item Ortnaviam, cum Civitatibus Imperialibus, Offenburg, Gegenbach, & Cellaam Hammerſbach, quatenus ſcilicet præfecturæ Ortnavienſi obnoxiæ ſunt, adeò ut nullus omnino Rex Franciæ quicquam Juris aut poteſtatis in his præmemoratis partibus, cis & ultra Rhenam ſitis ullo unquam tempore prætendere, aut

u ut

uſurpare poſſit, aut debeat ita, tamen, ut Auſtriacis Principibus prædicta reſtitutione, nihil novi Juris acquiratur.

XL. Libera ſint in univerſum inter utriusque Rheni, Ripæ et Provinciarum utriuſque adjacentium incolas, commercia et commeatus; Imprimis verò libera ſit Rheni navigatio, ac neutri parti permiſſum eſto, naves tranſeuntes, deſcēdentes aut aſcendētes impedire, detinere, arreſtare aut moleſtare, quocunque prætextu, ſolâ inſpectione quæ ad perſcrutandas, aut viſitandas merces fieri conſuevit excepta, nec etiā liceat nova et inſolita vectigalia, pedagia, paſſagia, data, aut alias ejuſmodi actiões ad Renū imponere, ſed utraque pars contenta maneat vectigalibus et datiis ordinariis, ante hoc bellum, ſub Auſtriacorum gubernatione ibidem preſtari ſolitis.

XLI. Omnes Vaſalli, Landſaſſi, Subditi, Cives incolæ, quicunque cis & ultra Rhenum Domui Auſtriacæ, ſicut etiam illi, qui immediatè imperio ſubjecti erant, vel alios Imperii Ordines, ut ſuperiores recognoſcunt, non obſtante qualicunq; confiſcatione, translatione, donatione, per quoscunq, belli duces aut Præfectos militiæ Suedicæ aut Confœderatorum, poſt occupatam provinciam facta, per que Regem Chriſtianiſſimum ratificata, aut proprio motu decreta, ſtatim poſt publicatam pacem bonis ſuis immobilibus & ſtabilibus, ſive corporalia, ſive incorporalia ſint villis, caſtris, oppidis feudis, poſſeſſionibus, reſtitui debent circa ullam exceptionem meliorationū, expenſarum, ſumtuum, compenſationem, quas moderni poſſeſſores quomodolibet objicere poſſent, & circa reſtitutionem mobilium ac ſe moventium, & fructuum perceptorum. Quod verò ad confiſcationes rerum, pondere, numero & menſurâ conſiſtentium, exactiones, concuſſiones, atque extorſiones, intuitu belli factas attinet, earum repetitio ad amputandas lites, utrinque penitus caſſata & ſublata eſto.

XLII. Teneatur Rex Chriſtianiſſimus non ſolum Epiſcopos Argentinenſem & Baſileenſem, cum Civitate Argentinenſi, ſed etiam reliquos per utramq; Alſatiā Romano Imperio immediatè ſubjectos, Ordines Abbates Murbacenſem

P & Lu-

& Luderenſem, Abbatiſſam Andlavienſem, Monaſterium in Valle ſancti Georgii Benedictini Ordinis, Palatinos de Luzelſtein, Comites & Barones de Hanavv, Fleckenſtain, Oberſtain, totiusque inferioris Alſatiæ nobilitatem, Item prædictas decem Civitates Imperiales, quæ Præfecturam Haganoenſem agnoſcunt, in ea libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gaviſæ ſunt, relinquere: Ita ut nullam ulterius in eos regiam ſuperioritatem prætendere poſſit, ſed iis juribus contentus maneat, quæcunque ad domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Galliæ ceduntur: Ita tamen ut præſenti hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni ſupremi dominii jure, quod ſupra conceſſum eſt.

XLIII. Item Rex Chriſtianiſſimus pro recompenſatione partium ipſi ceſſarum, dicto Domino Archiduci Ferdinando Carolo ſolvi curabit, tres milliones Librarum Turon. annis proximè ſequentibus, ſcilicet 1649. 1650. & 1651. in feſto ſancti Iohannis Baptiſtæ, quolibet anno tertiam partem in moneta bona & probâ Baſileę, ad manus Domini Archiducis, ejusve Deputatorum.

Præter dictam pecuniæ quantitatem Rex Chriſtianiſſimus tenebitur in ſe recipere duas tertias debitorum Cameræ Enſishemianæ, ſine diſtinctione, ſive chirographaria, ſive hypothecaria ſint, dummodo utraque ſint in forma authentica, & vel ſpecialem hypothecam habeant, ſive in provincias cedendas ſive in reſtituendas; vel ſi nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Cameram Enſishemianam reſpondentium, uſque ad finem Anni milleſimi ſexcenteſimi triceſimi ſecundi agnita, atque inter credita & debita illius recenſita fuerint, & penſitationum annuarum ſolutio dictæ Cameræ incubuerit eaſque diſſolvet, Archiducem pro tali quota prorſus indemnem præſtando, utque id æquius fiat, delegabuntur ab utraque parte Commiſſarii ſtatim à ſubſcripto tractatu Pacis, qui ante primæ penſionis ſolutionem conveniant, quænam nomina utrique parti expungenda ſint.

XLIV. Curabit Rex Chriſtianiſſimus præfato Domino

rchi-

Archiduci bona fide,abſque ulla mora, & retardatione reſtiiui omnia & ſingula literaria documenta, cujuscunque illag:neris ſit,quæ terras eidem reſtituendas concernunt, quatenus quidem in Cancellaria Regiminis, & Cameræ En ſishemianæ,aut Bniſaei, vel etiam in cuſtodia officialium, oppidorum & arcium occupatarum reperiuntur. Quod ſi talia documenta ſint publica, quæ ceſſas etiam terras pro indiviſo concernunt, de his Archiduci exempla authentica quotiescunque requiſierit, edentur.

XLV. Idem, ne controverſiæ Dominos Sabaudiæ & Mantuæ Duces,ratione Montisferrati, authoribus inclytæ recordationis, Ferdinando II. Imperatore, & Ludovico XIII. Galliarum Rege, Suarum Majeſtatum parentibus definitæ & terminatæ,in Chriſtianæ Reipublicæ perniciem aliquando recrudeſcant. Conventum eſt, quod tractatus Cheraſci, 6. Aprilis, Anno Domini 1631. cum ſubſecuta ſuper eodem Ducatu Montisferrati executione, firmus ſtabilique in omnibus ſuis articulis in perpetuum manebit, excepto tamen Pinarolo ac pertinentiis, inter ſuam Majeſtatem Chriſtianiſſimam,ac Dominum Ducem Sabaudiæ definitis,& Chriſtianiſſimo Regi, regnoque Galliæ acquiſitis,per peculiares tractatus, qui eadem ſtabilitate & firmitate conſiſtent in iis omnibus, quæ translationem aut ceſſionem Pinaroli, & pertinentium concernunt.

Si quid tamen in dictis peculiaribus tractatibus contineatur,quod pacem Imperii turbare, vel novos in Italia motus,poſt præſens bellum, quod nunc in illa provincia geritur,compoſitum excitare poſſet,id nullum & irritum ſit,dicta nihilominus ceſſione in ſuo robore permanente, cum aliis conditionibus, quæ tàm in favorem Ducis Sabaudiæ, quam Regis Chriſtianiſſimi, conventæ ſunt.

Ideoque & Imperatoria, & Chriſtianiſſima Majeſtas viciſſim promittunt,ſe cæteris omnibus, tàm ad prædictum Tractatum Cheraſcenſem, quàm executionem ſpectantibus & in ſpecie Albam, Trinum, eorumque territoria, & reliqua loca, unquam directè vel indirectè,ſpecie Juris, aut via facti contra venturas, neque

ullo

conceſſerat, inveſtituram quoque locorum, ditionum ſtatuum], omniumque Iurium Montisferrat, cum appertinentijs, quæ illi vigore prædicti Tractatus Cheraſcenſis, nec non executioni inde ſubſecutæ decreta & remiſſa fuerunt.

Sicuti quoq; Feudorum novelli Monfortis, Sini Moncherii & Caſtelletti cum appertinentiis, juxta tenorem inſtrumenti acquiſitionis ab eodem Duce Victore Amedeo factæ ſub decimo Octobris anni milleſimi ſexcenteſimi quarti, & congruenter conceſſionibus ſeu promiſſionibus nec non approbationibus Cæſareæ Majeſtatis, cum confirmatione quocunq; omnium & quorumcunque privilegiorum, quæ Sabaudiæ Ducibus hactenus indulta fuerunt, quotiescunque à Domino Duce Sabaudiæ requirentur & poſtulabuntur.

XLVIII. Item conventum eſt, quod Dux Sabaudiæ, Hæredes & ſucceſſores ejus, nullatenus à Cæſarea Majeſtate turbentur aut inquietentur in ſuperioritate, ſeu jure ſuperioritatis, quod habent in feudis Rocheveranæ, Olmi & Cæſolæ cum appertinentiis, quæ à Romano Imperio nulla ratione dependent, & revocatis, annulatisque donationibus & inveſtituris in dictorum feudorum poſſeſſione, ſeu quaſi, dominus Dux manu teneatur, & quatenus opus ſit, redintegretur; pariqne ratione ejusdem Vaſallus Comes Veruvæ, quoad eadem feuda Olmi & Cæſolæ & quartæ partis Rocheveranæ ſuæ poſſeſſioni, vel quaſi, reſtituatur & in eadem pleniſſimè cum fructibus omnibus redintegretur.

XLIX. Item conventum eſt, quod Cæſarea Majeſtas reſtitui faciat Comitibus Clementi & Iohanni, filius, necnon & Nepotibns ex filio Octaviano Comitis Caroli Cacherani integrum feudum Rochæ Arazii cum appertinentiis & dependentibus quibuscunque non obſtantibus

L. Similiter declarabit Imperator in Inveſtitura Ducatus Mantuæ comprehendi Caſtra Reggioli & Luſſatæ, cum ſuis territoriis & dependentiis, quorum poſſeſ-

requiſitionem reſtituendorum, juxta ordinem executionis & hæc pacta, reſtitutionem cuiuſque promoveant & perficiant.

Inſeratur etiam Edictis clauſula, vt quia Circuli cujuslibet Directores, aut præfecti militiæ Circulares, in causâ, vel reſtitutione propriâ minus idonei executioni eſſe ceuſeantur, hoc in caſu, itemque ſi Directores, vel præfectum militiæ Circularis repudiare commiſſionem contingat, vicini Circuli Directores aut præfecti militiæ Circularis eodem executionis munere etiam in alios Circulos ad reſtituendorum, requiſitionem fungi debeant.

Quod ſi etiam reſtituendorum aliquis Cæſareanos Commiſſarios ad alicuius reſtitutionis, præſtationis vel executionis actum neceſſarios cenſuerit, quod ipſorum opinioni relinquitur, etiam illi ſine mora dentur. Quo caſu, vt rerum tranſactarum effectus tanto minus impediatur, tam reſtituentibus, quam reſtituendis liceat ſtatim concluſa & ſubſcripta pacificatione, binos aut trinos vtrinque nominare Commiſſarios, è quibus Cæſarea Maieſtas vnum à reſtituendo, alterum à reſtituente nominatum, pares tamen numero ex vtraque Religione eligat quibus iniungatur, vt omnia, quæ vigore huius tranſactionis oportet, abſque mora exequantur.

Sin autem reſtituentes Commiſſarios nominare neglexerint, Cæſarea Maieſtas ex his, quos reſtituendos nominaverint vnum deliget, aliumque pro ſuo arbitrio, obſervata tamen vtrobique diverſæ religioni addictorum paritate, adiunget, quibus commiſſionem executionis demandabit, non obſtantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipſi deinde reſtituendi mox a concluſione pacis de tranſactorum tenore notum faciant intereſſatis aliquid reſtituturis.

LIII. Omnes denique & ſinguli, Sive Status, ſive Communitates, ſive privati, ſive Clerici, ſive Seculares, qui vigore hujus tranſactionis, eiuſdemque regularum generalium, vel ſpecialis expreſſæque alicuius diſpoſi-

tionis ad reſtituendum,cedendum, dandum,faciendum aut aliud quid præſtandum obſtricti ſunt, teneantur ſtatim poſt promulgata Cæſarea Edicta, & factam reſtituendij notificationem, ſine omni tergiverſatione vel oppoſitione clauſulę ſalvatorię, ſive generalis, ſive ſpecialis alicuius ſupra in Amneſtia poſitę, aut quacunque alia exceptione, itemque ſine noxa aliqua, omnia, ad quę obligantur, reſtituere, cedere, dare, facere, & pręſtare.

Nec Directorum & præfectorum Circularis militiæ aut Commiſſariorum executioni quiſquam ſive Status ſive miles,præſertim præſidiarius, ſive quilibet alius ſeſe opponat, ſed potius Executoribus aſſiſtant; liberumque ſit dictis Executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conantur,ſuis vel etiam reſtituendorum viribus uti.

Deinde omnes & ſinguli utriusque partis Captivi ſine diſcrimine Sagi vel Togæ, eo modo,quo inter Exercituum Duces,cum Cæſarea Maieſtatis approbatione conventum eſt, vel adhuc convenietur, liberi dimittantur.

LV. Reſtitutione ex capite Amneſtiæ & Gravaminum facta libertatis captivis & ratihabitionibus commutatis omnia utriuſque partis militaria præſidia, ſive Imperij, eiuſque ſociorum & fœderatorum, ſive regis Chriſtianiſſimi & Landgraviæ Haſſiæ, eorumque, fœderatorum & Adhærentium, aliove quocunque nomine impoſita fuerint, ex Civitatibus Imperij, omnibus aliis locis reſtituendis ſine exceptionibus, mora, damno & noxa, pari paſſu educantur.

Loca ipſa, Civitates, Vrbes, oppida, arces, caſtella, Fortalitia, tam per Regnum Bohemiæ, aliasque terras Imperatoris, Domuſque Auſtriacæ hæreditarias, quam cæteros Imperii Circulos à partibus belligerantium ſupradictis occupata, & retenta, vel per armiſtitij unius vel alterius partis, vel quemcunque alium modum conceſſa ſunt prioribus & legitimis ſuis poſſeſſoribus & Domi-

nis,

lis, ſive mediati, ſive immediati Imperij Status ſint, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, comprehenſa libera Imperii Nobilitare, abſque mora reſtituantur, liberæque eorum diſpoſitioni, ſive de jure & conſuetudine, ſive vigore præſentis transactionis competenti permittantur, non obſtantibus vllis donarionibus, infeudationibus, conceſſionibus (niſi vltro & ſpontanea Satus alicuius voluntare alicui factæ ſint vel fuerint) obligarionibus, pro redimendis captivis, aut avertendis devaſtationibus incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis, in præiorum legitimorum Dominorum, poſſeſſorumve præjudicium acquiſitis, ceſſantibus etiam pactis & fœderibus, aut quibuscunque alijs exceptionibus, prædictæ reſtitutioni adverſantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent.

Salvis tamen iis, quæ & quatenus in præcedentibus articulis circa ſatisfactionem ſacræ maieſtatis Chriſtianiſſimæ, ut & quibusdam Imperii Electoribus & principibus factis conceſſionibus, & æquiualentibus compenſationibus aliter excepta & diſpoſita ſunt, nec mentio regis Catholici & nominatio Ducis Lotharingiæ in inſtrumento Cæſareo-Suedico facta, minus prædicatum Landgravij Alſatiæ Imperatori attributum, Chriſtianiſſimo regi vllum præiudicium afferant, nec ea, quæ circa ſatisfactionem militiæ Suedicæ Conventa ſunt, vllum, reſpectu ſuæ Maieſtatis ſortiantur effectum.

Atque hæc reſtitutio locorum occupatorum, tam à Cæſarea Maieſtate, quam à rege Chriſtianiſſimo, & vtriuſque ſociis, fœderatis & Adhærentibus, fiat reciprocè & bona fide.

Reſtituantur etiam Archiva, & Documenta literaria, aliaque mobilia, & tormenta bellica, quæ in dictis locis tempore occupationis reperta ſunt & adhuc ibi ſalva reperiuntur. Quæ verò poſt occupationem aliunde eò invecta ſunt, ſive in prælijs capta, ſive ad vſum & cuſtodiam eò per occupantes illata fuerunt, vna cum

annexis, vt & bellico apparatu, iiſdem quoque ſecum exportare & avehere liceat.

LV. Teneantur ſubditi cuiusque loci, decedentibus præſidiis & militibus, Currus, equos, & naves, cum neceſſario victu, pro omnibus neceſſariis avehendis ad loca in imperio deſtinata abſque pretio ſubminiſtrare, quos Currus, equos & naves reſtituere debẽt præfecti præſidiorum militumque hoc modo diſcedentium, ſine dolo & fraude. Liberent etiam Statuum ſubditi ſe invicem ab hoc onere vecturæ, de vno territorio in aliud, donec ad loca in imperio deſtinata pervenerint, nec præſidiorum, aut alij militiæ præfectis aut officialibus liceat ſubditos, eorumque currus, equos, naves & ſimilia eorum vſibus commodata, omnia vel ſingula, extra Dominorum hotum, multò minus Imperij fines ſecum trahere, eoque nomine obſidibus cavere teneantur.

Reddita verò, ſive maritima, ſive limitanea, ſive mediterranea fuerint dicta loca, ab vlterioribus omnibus durantibus hiſce bellorum motibus introductis præſidiis perpetuo poſt hac libera ſunto; & Dominorum ſuorum [ſalvo de cætero cuiusque iure] liberæ diſpoſitioni relinquantur.

LVI Nulli autem Civitati, vel nunc, vel in futurum, vllo præiudicio damnove cedat, quod ab alterutra parte belligerentium occupata, infeſſa fuerat, ſed omnes & ſinguli cum omnibus & ſingulis Civibus & incolis tam vniverſalis Amneſtiæ, quã cœteris huius pacificationis beneficiis gaudeant, iiſque de cetero omnia ſua jura & privilegia in ſacris & profanis, quæ ante hos motus habuerunt, ſarta tectaque maneant, ſalvis tamen juribus ſuperioritatis cum inde dependentibus, pro ſingulis quarumcunque Dominis.

LVII. Denique omnium belligerentium in Imperio partium Copiæ & Exercitus dimittantur & exauctorentur eo tantum numero in ſuos cuiusque proprios Status traducto, quem quæque pars pro ſua ſecuritate judicaverit neceſſarium.

LVIII.

LVIII. Pacem hoc modo concluſam promittunt Cæſarei & regij, Ordinumque Imperii legati & Plenipotentiarij, reſpectivè ab Imperatore, & Chriſtianiſſimo rege, ſacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic mutuò placitam ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolennia Ratihabitionum inſtrumenta intra ſpatium octo ſeptimanarum, à die ſubſcriptionis computandarum Monaſterii præſententur, & reciprocè riteque commutentur.

LIX. Pro majori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum firmitudine & ſecuritate ſit hæc transactio perpetua Lex, & Pragmatica Imperii Sanctio, in poſterum æquè ac aliæ leges & conſtitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Receſſui, ipſique Capitulationi Cæſareæ inſerenda, obligans non minus abſentes, quam præſentes, Eccleſiaſticos æquè ac Politicos, ſive ſtatus ſint Imperii, ſive non, eaque tam Cæſareis, procerumque Conſiliarijs & Officialibus quam Tribunalium omnium Judicibus & Aſſeſſoribus tanquam regula, quam perpetuò ſequantur, præſcripta.

LX. Contra hanc tranſactionem, ullumve ejus articulum aut clauſulam, nulla jura Canonica vel Civilia, communia vel ſpecialia Conſiliorum decreta, privilegia, indulta, Edicta, commiſſiones, Inhibitiones Mandata Decreta, Reſcripta, Litiſpendentiæ, quocunque tempore latæ ſententiæ, res judicatæ, Capitulationes Cæſareæ, & aliæ Religioſorum Ordinum regulæ aut Exemptiones, ſive præteriti, ſive futuri temporis, proteſtationes, Contradictiones, appellationes, inveſtituræ tranſactiones, juramenta, renuntiationes, pacta ſeu dedititia, ſeu alia, multo minus Edictum anni 1629. vel tranſactio Pragenſis, cum ſuis appendicibus, aut Concordata cum Pontificibus, aut interimiſtica anno 1548. ullave alia Statuta, ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica Decreta, diſpenſationes, abſolutiones, vel ullæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterunt, exceptiones unquam alleguntur, audiantur aut admittantur nec uſpiam

contra hanc tranſactionem in petitorio, aut poſſeſſorio, ſeu inhibitorij ſeu alii proceſſus vel commiſſiões unquam decernantur.

LXI. Qui verò huic tranſactioni vel paci publicæ, cõſilio vel ope contravenerit, vel executioni aut reſtitutioni repugnaverit, vel etiã legitimo modo ſupra convento, & ſine exceſſu facta reſtitutione, ſine legitima cauſæ cognitione, & ordinariâ Iuris executione reſtitutum de novo gravare tentaverit, ſive Clericus, ſive Laicus fuerit, pænam fractæ pacis ipſo jure & facto incurrat, contraque eum juxta Conſtitutiones Imperij reſtitutio & præſtatio cum pleno effectu decernatur & demandetur.

Pax verò concluſa nihilominus in ſuo robore permaneat, teneanturque omnes hujus tranſactionis conſortes univerſas & ſingulas hujus pacis leges contra quemcunque ſine religionis diſtinctione tueri & protegere, & ſiquidem eorum à quocunque violari contigerit, læſus lædentem, imprimis quidem â via facti dehortetur, causâ ipsâ vel amicabili compoſitioni, vel juris diſceptationi ſubmiſſa.

Verum tamen ſi neutro horum modorum intra ſpatium trium Annorum terminetur controverſia, teneantur omnes & ſinguli hujus tranſactionis conſortes, junctis cum parte læſa conſiliis viribusque arma ſumere ad repellendam injuriam, à paſſo moniti, quod nec amicitiæ, nec juris via locum invenerit, ſalva tamen de cætero uniuscujusque Iuriſdictione, juſtitiæq; juxta cujuſque principis aut Status leges & Conſtitutiones competenti adminiſtratione.

Et nulli omnino Statuum Imperii liceat jus ſuum vi vel armis perſequi, ſed ſi quid controverſiæ, ſive jam exortum ſit, ſive poſthac inciderit, unusquiſque jure experiatur; ſecus faciens, reus, ſit fractę pacis. Quæ verò Iudicis ſententiâ definita fuerint, ſine diſcrimine Statuum, executioni mandentur, prout Imperij leges de exequendis ſententiis conſtituunt,

LXII. Vt

LXII. Vt etiam pax publica tantò melius conſervari poſſit, redintegrentur Circuli, & ſtatim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent obſerventur ea, quæ in Conſtitutionibus imperii de pacis publicæ executione & conſervatione diſpoſita ſunt.

Quoties autem milites quavis occaſione aut quocunq; tempore per alio um territoria aut fines aliquis ducere velit, tranſitus hujusm odi inſtituatur, ejus, ad quem tranſeuntes milites pertinent, ſumptu, atque adeò ſine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur, ac denique omninò obſerventur, quæ de conſervatione pacis publicæ Imperii Conſtitutionis decernunt & ordinant.

LXIII. Sub hoc præſenti pacis tractatu comprehendantur illi, qui ante permutationem ratificationis [illegible] vel intra ſex menſes poſtea ab unâ alteraque parte ex communi conſenſu nominabuntur, interim tamen utriuſque placito comprehenditur Reſpublica veneta, uti mediatrix hujus Tractatus Ducibus quoque Sabaudiæ & Mutinæ, quod pro rege Chriſtianiſſimo in Italia bellum geſſerint, & etiam nunc gerant, nullum unquam adferat præjudicium.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, majuſque robur, tam Cæſarei, quam regii Legati, nomine verò omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc actum ſpecialiter ab ipſo (vigore concluſi die 13. Octobris Anni infra mentionati facti, & ipſa die ſubſcriptionis ſubſigi lo Cancellariæ Moguntinæ, legato Galliæ extraditi) *D*eputati nimirum Electoralis Moguntinus, dominus *Nicolaus* Georgius de Reigetsberg, Eques, Cancellarius, Electoralis Bavaricus, dominus Iohannes, Adolphus Krebs, conſiliarius intimus. Electoralis Brandenburgicus, Dominus Iohannes Comes in Sain & VVittgenſtain Dominus in Hamburg & Vallendas, Conſiliarius intimus. Nomine Domus Auſtriacæ, Dominus Georgius Vlricus, Comes à VVolkenſtein, Conſiliarius Cæſareo Auli-

cus Dominus Cornelius Gobelius Epiſcopi Bambergenſis Conſiliarius Dominus Sebaſtianus VVilhelmus Meel, Epiſcopi Herbipolenſis Conſiliarius intimus, Dominus Iohannes Erneſtus, Ducis Bavariæ Conſiliarius Aulicus, Dominus VVolfgangus Conradus à Thumbshirn, conſiliarius Aulicus, Saxonico-Altenburgenſis & Coburgenſis, Dominus Auguſtus Carpzovius, Conſiliarius Saxonico-Altenburgenſis & Coburgenſis. Dominus Iohannes Fromhold. Domus Brandenburgicæ Culmbacenſis & Onolzbacenſis Conſiliarius intimus. Dominus Henricus Langenbeck Iuriſconſultus, Dominus Brunsvico-Luneburgicæ, lineæ Cellenſis conſiliarius intimus. Dominus Iacobus Lampadius Iuriſconſultus, Lineæ Calenbergenſis conſiliarius intimus &c, procancellarius.

Nomine Comitum, Scamni VVetteravienſis, Dominus Mattheus VVeſembecius Iuriſconſultus & Conſiliarius. Nomine utriuſque Scamni, Dominus Marcus Otto, Argentoratenſis; Dominus Iohannes Iacobus VVolff Ratisbonenſis; Dominus David Gloxinius Lubecenſis, & Dominus Iacobus Chriſtophorus Kreſs à Kreſſenſtain, Norimbergenſis Reipublicæ reſpectivè ſyndici, Senatores; Conſiliarii & Advocati, præſens pacis Inſtrumentum, manibus ſigillisque proprijs muniverunt ac firmarunt, dictique ordinum deputatis principalium ſuorum ratificationes formula conventa, termino ſupra conſtituto, ſeſe extraditurospolliciti ſunt, reliquis Statuum Plenipotentiariis liberum relinquendo, velint an nolint nomina ſua ſubſignare ſuorumque principalium ratihabitiones accerſere.

Sed hoc pacto atque lege, ut ſubſcriptione jam nominatorum Deputatorum reliqui Status omnes & ſinguli qui ſubſcriptione & ratihabitione ſuperſedent, tam firmiter ad obſervantiam, & manutenentiam eorum, quę in hoc pacificationis inſtrumento continentur, obligati ſint, ac ſi ab ipſis ſubſcriptio fuerit facta & exhibita ratificatio; nec ulla à directorio Imperii Romani contra ſubſcriptionem à memoratis deputatis factam recipiatur aut valeat vel proteſtatio, vel Contradictio.

Acta

Acta ſunt hæc Monaſterii VVeſtphalorum, die 24. Menſis Octobris, Anno milleſimo, ſexcenteſimo, Quadrageſimo octavo.

CAPVT LXXV.

Tractatus marinus, factus, concluſus & abſolutus Hagæ Comitis, die, 17. menſis Decembris, anno 1650. inter Meſſirem Anthonium Brun, legatum ordinarium Domini regis Hiſpanici ex una, & ex altera parte, inter Deputatos Dominorum Ordinum Generalium ex Provinciis Vnitis Belgij.

QUemadmodum à concluſione pacis Monaſterienſis inter dominos, regem utpote Hiſpaniæ, & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio factæ, nonnullę lites et diſputationes ſubortæ ſunt, de vero ſenſu articuli ſeparatim concluſi, quarto die menſis Februarii, anno 1648. in eadem urbe, quantum attinet navigationem, commercium, ſecuritatem, libertatem, et facilitatem illius,

Atque ijdem Domini rex nempe et ordines Generales conſultum putaverint, inducere aliquod lumē et explicationem, ut præveniāt quibuſcunque occaſionibus querulandi; adeòque magis ac magis conſtringant bonam concordiam interſemetipſos et ſubditos ſuos, reciprocè per ſinceram et perfectam abſolutionem illius tractatus pacifici in omnibus et ſingulis articulis ſuis, principaliter in illo puncto tantæ utilitatis et momenti.

In eum finem idem Dominus rex commiſit ex ſua parte Meſſirem Anthonium Brun, equitem conſiliarium ſuę Majeſtatis in ſuo Conſilio ſecretiore, et ſupremum conſiliarium rerum Bellicarum & Burgundicarum, apud ſuam perſonam, Plenipotentiarium ſuum ad tractatus pacis Generalis, & legatum ſuum ordinarium ad præfatos dominos Ordines Generales.

Illi verò domini Ordines Generales commiſerunt Rutgerum Huygenſequitem, Franciſcum Banniņk Kock, equitem, dominum Purlermonti & Ilpendami, Conſulem & Senatorem urbis Amſtelrodami; Cornelium Ripperſe, Conſulem regentem urbis Hoornæ in Friſia Occidentali; Iacobum Veth, Senatorem & ſtipendiarium urbis Middelburgi in Selandia, Gisbertum van Hoolk, excluſum urbis Vltrajectinæ; Ioachimum Andræ, primum Senatorem Curiæ provincialis in Friſia equitem Iohannem van der Beek in doonnicke & Knytenburgk, Conſulem urbis daventriæ Adrianum Kland van Stedum, dominum Niitetſumi, deputatos ex corpore Conventus ſui.

Hi igitur legati & deputati habuère compluria colloquia, & tandem nomine atque ex parte pręfatorum dominorum, nempe regis Hiſpanici & ordinum generalium convenerunt, tranſegerunt, & concluſerunt præſentem hunc tractatum ad articulos & conditiones, quæ ſequuntur.

I. Primò ſubditi & incolę provinciarum Vnitarum in Belgio poterunt in omni ſecuritate & libertate navigare atque negotiari per omnia regna, Status & provincias, quæ ſunt, aut erunt conſtitutæ in pace, amicitia, aut Neutralitate, cum republica illarum provinciarum Vnitarum.

II. Neque poterunt turbari aut inquietari in eadem libertate à navibus, aut ſubditis regis Hiſpanici ex occaſione cujuſcunque hoſtilitatis, quæ incidat aut, in poſterum incidere queat inter dominum regem & ſupradicta regna, Status ac provincias, aut aliquam earum, quæ perſtant in amicitia aut Neutralitate cum iiſdem dominis Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum.

III. Idque intelligetur quoad Galliam de omni genere mercium & rerum venalium, quæ tranſportabantur antequam bellum inter ipſam & Hiſpaniam exarſiſſet.

IV. Eo nihilominus ſenſu ut ſubditi provinciarum Vnitarom abſtineant invehere merces, quæ proveniant ex Stati-

Statibus Domini regis Hiſpanici , & adverſus ipſum ſtatusque ipſius intentari.

V. In Cætera regna, Status& provincias , quę ſunt in Amicitia aut Neutralitate cum iisdem provinc is unitis tametſi inveniantur bello implicitæ cum Domino rege non poterunt invehi merces vetitæ aut militares ; & ut rectius hæc impediantur, iidem Domini Ordines Generales faciunt inhibitiones clariſſimas per campita & Edicta.

VI. Præterea, ut eo rectius perveniantur lites , quæ ſuboriri queant, de mercium vetitarum definitione, declaratum eſt concluſum , eo nomine cenſenda omnia genera fiſtularum ignivomarum , cum omnimodo apparatu, veluti tormenta ſclopeſta mortalia , crepitacula, folles, globi prægnantes farcimina circuli, piccata, ſuſtentacula, furcillæ, cingula, pulveres intrati , fomites , ſalpetræ, globi.

Intelligentur eo nomine itidem mercium vetitarum & ſingularium , quæcunque alia arma , veluti ſariſſæ , gladii, caſſides, capitalia, veſtes ferreæ, ſecures , jacula & quæcunque iſtum uſum præſtant, Prohibetur præterea ſub eodem nomine vectura copiarum militarium, equorum , phalerarum , manualium fuſiones, Zonæ & quæcunque fiunt ac formantur in uſus belli quoſcunque.

VII. Vt pari modo evitetur omne genus altercationis & contentionis, conventum eſt , ut ſub illo nomine mercium vetitarum ac ſingularium non comprehendantur frumenta, farra aliave grana & legumina, ſal, vinum, oleum , neque verò general ter , quicquid cenſetur alimentum & ſuſtentatio vitæ , quæ omnia manebunt libera , quemadmodum quævis aliæ merces in articulo ſuperiori non comprehenſæ, cum earundem exportatio permittatur etiam in locis hoſtilibus , præter loca& oppida obſeſſa, circumcluſa aut infeſtata,

VIII. Vt autem impediantur merces illę vetitæ & ſingulares, quemadmodum ſuperius definiuntur & circumſcribuntur per articulos proximè præcedentes ne ad hoſtes domini regis Hiſpanici perveniant ; & ut eosque

prę

& Luderenſem, Abbatiſſam Andlavienſem, Monaſterium in Valle ſancti Georgii Benedictini Ordinis, Palatinos de Luzelſtein, Comites & Barones de Hanavv, Fleckenſtain, Oberſtain, totiusque inferioris Alſatiæ nobilitatem, Item prædictas decem Civitates Imperiales, quæ *Præfecturam Haganoenſem* agnoſcunt, in ea libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Romanum, qua hactenus gavisæ ſunt, relinquere: Ita ut nullam ulterius in eos regiam ſuperioritatem prætendere poſſit, ſed iis juribus contentus maneat, quæcunq; ad domum Auſtriacam ſpectabant, & per hunc Pacificationis Tractatum Coronæ Galliæ ceduntur. Ita tamen ut præſenti hac declaratione nihil detractum intelligatur de eo omni ſupremi dominii jure, quod ſupra conceſſum eſt.

XLIII. Item Rex Chriſtianiſſimus pro recompenſatione partium ipſi ceſſarum, dicto Domino Archiduci Ferdinando Carolo ſolvi curabit, tres milliones Librarum Turon, annis proximè ſequentibus, ſcilicet 1649. 1650. & 1651. in feſto ſancti Iohannis Baptiſtæ, quolibet anno tertiam partem in moneta bona & probâ Baſileę, ad manus Domini Archiducis, ejusve Deputatorum.

Prętor dictam pecuniæ quantitatem Rex Chriſtianiſſimus tenebitur in ſe recipere duas tertias debitorum Cameræ Enſishemianæ, ſine diſtinctione, ſive chirographaria, ſive hypothecaria ſint, dummodo utraque ſint in forma authentica, & vel ſpecialem hypothecam habeant, ſive in provincias cedendas ſive in reſtituendas; vel ſi nullam habeant, in libellis rationariis receptorum ad Cameram Enſishemianam reſpondentium, uſque ad finem Anni milleſimi ſexcenteſimi triceſimi ſecundi agnita, atque inter credita & debita illius recenſita fuerint, & penſitationum annuarum ſolutio dictæ Cameræ incubuerit eaſque diſſolvet, Archiducem pro tali quota prorſus indemnem præſtando, utque id æquius fiat, delegabuntur ab utraque parte Commiſſarii ſtatim à ſubſcripto tractatu Pacis, qui ante primæ penſionis ſolutionem conveniant, quænam nomina utrique parti expungenda ſint.

XLIV. Curabit Rex Chriſtianiſſimus pręfato Domino

rchi-

Archiduci bona fide,abſque ulla mora, & retardatione reſtitui omnia & ſingula literaria documenta, cujuscunque illa generis ſit,quæ terras eidem reſtituendas concernunt, quatenus quidem in Cancellaria Regiminis, & Cameræ Enſishemianæ,aut Briſaei, vel etiam in cuſtodia officialium, oppidorum&arcium occupatarum reperiuntur. Quod ſi talia documenta ſint publica, quæ ceſſas etiam terras pro indiviſo concernunt, de his Archiduci exempla authentica quotiescunque requiſierit, edentur.

XLV. Idem, ne controverſiæ Dominos Sabaudiæ & Mantuæ Duces,ratione Montisferrati, authoribus inclytæ recordationis, Ferdinando II. Imperatore, & Ludovico XIII. Galliarum Rege, Suarum Majeſtatum parentibus definitæ & terminatæ, in Chriſtianæ Reipublicæ perniciem aliquando recrudeſcant. Conventum eſt, quod tractatus Cheraſci, 6. Aprilis, Anno Domini 1631. cum ſubſecuta ſuper eodem Ducatu Montisferrati executione, firmus ſtabilique in omnibus ſuis articulis in perpetuum manebit, excepto tamen Pinarolo ac pertinentiis, inter ſuam Majeſtatem Chriſtianiſſimam, ac Dominum Ducem Sabaudiæ definitis, & Chriſtianiſſimo Regi, regnoque Galliæ acquiſitis, per peculiares tractatus, qui eadem ſtabilitate & firmitate conſiſtent in iis omnibus, quæ translationem aut ceſſionem Pinaroli, & pertinentium concernunt.

Si quid tamen in dictis peculiaribus tractatibus contineatur, quod pacem Imperii turbare, vel novos in Italia motus, poſt præſens bellum, quod nunc in illa provincia geritur, compoſitum excitare poſſet, id nullum & irritum ſit, dicta nihilominus ceſſione in ſuo robore permanente, cum aliis conditionibus, quæ tàm in favorem Ducis Sabaudiæ, quam Regis Chriſtianiſſimi, conventæ ſunt.

Ideoque & Imperatoria, & Chriſtianiſſima Majeſtas viciſſim promittunt, ſe cæteris omnibus, tàm ad prædictum Tractatum Cheraſcenſem, quàm executionem ſpectantibus & in ſpecie Albam, Trinum, eorumque territoria, & reliqua loca, unquam directè vel indirectè, ſpecie Juris, aut via facti contra venturas, neque

ullo

ullo auxilio vel favore cońt avenientem adjecturas; quid imo communi authoritate datum iri operam, ut ne à quoquam quovis prætextu violetur, cum maximè ſe obligatum eſſe declaraverit Rex Chriſtianiſſimus dicti tractatus executionem omnibus modis promovere, atque etiam armis tueri, eo præſertim fine, ut dictus dominus Sabaudiæ dux, non obſtantibus ſuperioribus clauſulis in pacifica Trini & Albæ, reliquorumque locorum ipſi per dictum tractatum & inveſtituram ſubſecutam in ducatu Montisferratenſi conceſſorum & aſſignatorum poſſeſſione ſemper relinquatur & manuteneatur.

XLVI. Vt autem omnium diſſidiorum & controverſiarum ſemina inter eosdem duces penitus extirpentur, quadraginta & nonaginta quatuor aureorum millia, quæ inclitę memoriæ Chriſtianiſſimus Rex Ludovicus XIII. in exonus domini ducis Sabaudiæ, ſe domino duci Mantuæ ſoluturum ſpopondit, Chriſtianiſſima majeſtas præſenti parat quę pecunia dicto domino duci mantuæ numerari faciet, & propterea dominum ducem Sabaudiæ, eiusque hæredes & ſucceſſores ab ea obligatione omnino revelabit, præſtabitque indemnem ab omni petitione quę ratione vel occaſione dictæ ſumæ à dicto domino duce Mantuæ, vel ejus ſucceſſoribus fieri poſſet, adeò ut in poſterum ejus nomine, colore, ratione aut prætextu dominus dux Sabaudiæ, hæredes aut ſucceſſores nullam omnino Iuris vel facti moleſtiam aut vexationem à domino duce Mantuę, hæredibus aut ſucceſſoribus ejus patiantur.

Qui ab hoc die & à modò in antea cum authoritate & conſenſu Cæſareæ & Chriſtianiſſimæ Majeſtatis, ſolenni hujus publicæ pacis Inſtrumenti vigore nullam penitus in tota hac cauſa actionem contra dominum ducem Sabaudiæ, ejusque hæredes & ſucceſſores exercere poterunt.

XLVII. Cæſarea Majeſtas decenter requiſita concedet domino duci Sabaudię una cum inveſtitura antiquorum Feudorum & Statuum, qualem inclitæ memorię Ferdinandus II. duci Sabaudiæ, Victori Amedeo

conceſ-

conceſſerat, inveſtituram quoque locorum, ditionum ſtatuumq́. omniumque Iurium Montisferrat, cum appertinentijs, quæ illi vigore prædicti Tractatus Cheraſcenſis, nec non executioni inde ſubſecutæ decreta & remiſſa fuerunt.

Sicuti quoq; Feudorum novelli Monfortis, Sini Moncherii & Caſtelletti cum appertinentiis, juxta tenorem inſtrumenti acquiſitionis ab eodem Duce Victore Amedeo factæ ſub decimo Octobris anni milleſimi ſexcenteſimi quarti, & congruenter conceſſionibus ſeu promiſſionibus nec non approbationibus *Cæſareæ* Majeſtatis, cum confirmatione quocunque omnium & quorumcunque privilegiorum, quæ Sabaudiæ Ducibus hactenus indulta fuerunt, quotiescunque à Domino Duce Sabaudiæ requirentur & poſtulabuntur.

XLVIII. Item conventum eſt, quod Dux Sabaudiæ, Hæredes & ſucceſſores ejus, nullatenus à Cæſarea Majeſtate turbentur aut inquietentur in ſuperioritate, ſeu jure ſuperioritatis, quod habent in feudis Rocheveranæ, Olmi & Cæſolæ cum appertinentiis, quæ à Romano Imperio nulla ratione dependent, & revocatis, annulatisque donationibus & inveſtituris in dictorum feudorum poſſeſſione, ſeu quaſi, dominus Dux manu teneatur, & quatenus opus ſit, redintegretur; pariqne ratione ejusdem Vaſallus Comes Veruvæ, quoad eadem feuda Olmi & Cæſolæ & quartæ partis Rochever ni ſuæ poſſeſſioni, vel quaſi, reſtituatur & in eadem pleniſſimè cum fructibus omnibus redintegretur.

XLIX. Item conventum eſt, quod Cæſarea Majeſtas reſtitui faciat Comitibus Clementi & Iohanni, filius, necnon & Nepotibus ex filio Octaviano Comitis Caroli Cacherani integrum feudum Rochæ Araxii cum appertinentiis & dependentibus quibuscunque non obſtantibus

L. Similiter declarabit Imperator in Inveſtitura Ducatus Mantuæ comprehendi Caſtra Reggioli & Luſſaræ, cum ſuis territoriis & dependentiis, quorum poſſeſ-

requiſitionem reſtituendorum, juxta ordinem executionis & hæc pacta, reſtitutionem cuiuſque promoveant & perficiant.

Inſeratur etiam Edictis clauſula, vt quia Circuli cujuslibet Directores, aut præfecti militiæ Circulares, in causâ, vel reſtitutione propriâ minus idonei executioni eſſe/cenſentur, hoc in caſu, itemque ſi Directores, vel præfectum militiæ Circularis repudiare commiſſionem contingat, vicini Circuli Directores aut præfecti militiæ Circularis eodem executionis munere etiam in alios Circulos ad reſtituendorum requiſitionem fungi debeant.

Quod ſi etiam reſtituendorum aliquis Cæſareanos Commiſſarios ad alicuius reſtitutionis, præſtationis vel executionis actum neceſſarios cenſuerit, quod ipſorum opinioni relinquitur, etiam illi ſine mora dentur. Quo caſu, vt rerum tranſactarum effectus tanto minus impediatur, tam reſtituentibus, quam reſtituendis liceat ſtatim concluſa & ſubſcripta pacificatione, binos/aut trinos vtrinque nominare Commiſſarios, è quibus Cæſarea Maieſtas vnum à reſtituendo, alterum à reſtituente nominatum, pares tamen numero ex vtraque Religione eligat quibus iniungatur, vt omnia, quæ vigore huius tranſactionis oportet, abſque mora exequantur.

Sin autem reſtituentes Commiſſarios nominare neglexerint, Cæſarea Maieſtas ex his, quos reſtituendos nominaverint vnum delıget., aliumque/pro ſuo arbitrio, obſervata tamen vtrobique diverſæ religioni addictorum paritate, adiunget, quibus commiſſionem executionis demandabit, non obſtantibus exceptionibus in contrarium factis. Ipſi deinde reſtituendi mora concluſione pacis de tranſactorum tenore notum faciant intereſſatis aliquid reſtituturis.

LIII. Omnes denique & ſinguli, Sive/Status, ſive Communitates, ſive privati, ſive Clerici, ſive Seculares, qui vigore hujus tranſactionis, eiuſdemque regularum generalium, vel ſpecialis expreſſæque alicuius diſpoſi-

PP tionis

tionis ad reſtituendum, cedendum, dandum, faciendum aut aliud quid præſtandum obſtricti ſunt, teneantur ſtatim poſt promulgata Cæſarea Edicta, & factam reſtituendi notificationem, ſine omni tergiverſatione vel oppoſitione clauſulę ſalvatorię, ſive generalis, ſive ſpecialis alicuius ſupra in Amneſtia poſitę, aut quacunque alia exceptione, itemque ſine noxa aliqua, omnia, ad quę obligantur, reſtituere, cedere, dare, facere, & pręſtare.

Nec Directorum & præfectorum Circularis militiæ aut Commiſſariorum executioni quiſquam ſive Status ſive miles, præſertim præſidiarius, ſive quilibet alius ſeſe opponat, ſed potius Executoribus aſſiſtant; liberumque ſit dictis Executoribus contra eos, qui executionem quovis modo impedire conantur, ſuis vel etiam reſtituendorum viribus vti.

Deinde omnes & ſinguli vtriusque partis Captivi ſine diſcrimine Sagi vel Togæ, eo modo, quo inter Exercituum Duces, cum Cæſareę *M*aieſtatis approbatione conventum eſt, vel adhuc convenietur, liberi dimittantur.

LV. Reſtitutione ex capite Amneſtiæ & Gravaminum facta libertatis captivis & ratihabitionibus commutatis omnia vtriuſque partis militaria præſidia, ſive Imperij, eiuſque ſociorum & fæderatorum, ſive regis Chriſtianiſſimi & Landgraviæ Haſſiæ, eorumque, fæderatorum & Adhærentium, aliove quocunque nomine impoſita fuerint, ex Civitatibus *I*mperij, omnibus aliis locis reſtituendis ſine exceptionibus, mora, damno & noxa, pari paſſu educantur.

Loca ipſa, Civitates, Vrbes, oppida, arces, caſtella, Fortalitia, tam per Regnum Bohemiæ, aliasque terras Imperatoris, Domuſque Auſtriacæ hæreditarias, quam cæteros Imperii Circulos à patribus belligerantium ſupradictis occupata & retenta, vel per armiſtitij vnius vel alterius partis, vel quemcunque alium modum conceſſa ſunt prioribus & legitimis ſuis poſſeſſoribus & Dominis,

ſis, ſive mediati, ſive immediati Imperij Status ſint, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, comprehenſa libera Imperii Nobilitate, abſque mora reſtituantur, liberæque eorum diſpoſitioni, ſive de jure & conſuetudine, ſive vigore præſentis tranſactionis competenti permittantur, non obſtantibus vllis donationibus, infeudationibus, conceſſionibus (niſi vltro & ſpontanea *S*tatus alicuius voluntate alicui factæ ſint vel fuerint) obligationibus, pro redimendis captivis, aut avertendis devaſtationibus incendiisque datis, aut aliis quibuscunque titulis, in priorum legitimorum Dominorum, poſſeſſorumve præjudicium acquiſitis, ceſſantibus etiam pactis & fæderibus, aut quibuscunque alijs exceptionibus, prædictæ reſtitutioni adverſantibus, quæ omnia pro nullis haberi debent.

Salvis tamen iis, quæ & quatenus in præcedentibus articulis circa ſatisfactionem ſacræ maieſtatis Chriſtianiſſimæ, ut & quibusdam Imperii Electoribus & principibus factis conceſſionibus, & æquiualentibus compenſationibus aliter excepta & diſpoſita ſunt, nec mentio regis Catholici & nominatio Ducis Lotharingiæ in inſtrumento Cæſareo-Suedico facta, minus prædicatum Landgravij Alſatiæ Imperatori attributum, Chriſtianiſſimo regi vllum præiudicium afferant, nec ea, quæ circa ſatisfactionem militiæ Suedicæ Conventa ſunt, vllum, reſpectu ſuæ Maieſtatis ſortiantur effectum.

Atque hæc reſtitutio locorum occupatorum, tam à Cæſarea Maieſtate, quam à rege Chriſtianiſſimo, & vtriuſque ſociis, fæderatis & Adhærentibus, fiat reciprocè & bona fide.

Reſtituantur etiam Archiva, & Documenta literaria, aliaque mobilia, & tormenta bellica, quæ in dictis locis tempore occupationis reperta ſunt & adhuc ibi ſalva reperiuntur. Quæ verò poſt occupationem aliunde eò invecta ſunt, ſive in prælijs capta, ſive ad vſum & cuſtodiam eò per occupantes illata fuerunt, vna cum

 annexis

annexis, vt & bellico apparatu, iiſdem quoque ſecum exportare & avehere liceat,

LV. Teneantur ſubditi cuiusque loci, decedentibus præſidiis & militibus, Currus, equos, & naves, cum neceſſario victu, pro omnibus neceſſariis avehendis ad loca in imperio deſtinata abſque pretio ſubminiſtrare, quos Currus, equos & naves reſtituere debēt præfecti præſidiorum militumque hoc modo diſcedentium, ſine dolo & fraude. Liberentur etiam Statuum ſubditi ſe invicem ab hoc onere vecturæ, de vno territorio in aliud, donec ad loca in imperio deſtinata pervenerint, nec præſidiorum, aut alij militiæ præfectis aut officialibus liceat ſubditos, eorumque currus, equos, naves, & ſimilia eorum vſibus commodata, omnia vel ſingula, extra Dominorum horum, multò minus Imperij fines ſecum trahere, eoque nomine obſidibus cavere teneantur.

Reddita verò, ſive maritima, ſive limitanea, ſive mediterranea fuerint dicta loca, ab vlterioribus omnibus durantibus hiſce bellorum motibus introductis præſidiis perpetuo poſt hac libera ſunto; & Dominorum ſuorum [ſalvo de cætero cuiusque iure] liberæ diſpoſitioni relinquantur.

LVI Nulli autem Civitati, vel nunc, vel in futurum, vllo præiudicio damnove cedat, quod ab alterutra parte belligerentium occupata, infeſſa fuerat, ſed omnes & ſingulæ cum omnibus & ſingulis Civibus & incolis tam vniverſalis Amneſtiæ, quã cœteris huius pacificationis beneficiis gaudeant, iiſque de cetero omnia ſua jura & privilegia in ſacris & profanis, quæ ante hos motus habuerunt, ſarta tectaque maneant, ſalvis tamen juribus ſuperioritatis cum inde dependentibus, pro ſingulis quarumcunque dominis.

LVII. Denique omnium belligerentium in Imperio partium Copiæ & Exercitus dimittantur & exauctorentur eo tantum numero in ſuos cuiusque proprios Status traducto, quem quæque pars pro ſua ſecuritate judicaverit neceſſarium.

LVIII.

LVIII. Pacem hoc modo concluſam promittunt Cæſarei & regij, Ordinumque Imperii legati & Plenipotentiarij, reſpectivè ab Imperatore, & Chriſtianiſſimo rege, ſacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic mutuò placitam ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolennia Ratihabitionum inſtrumenta intra ſpatium octo ſeptimanarum, à die ſubſcriptionis computandarum Monaſterii præſententur, & reciprocè riteque commutentur.

LIX. Pro majori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum firmitudine & ſecuritate ſit hæc transactio perpetua Lex, & Pragmatica Imperii Sanctio, in poſterum æquè ac aliæ leges & conſtitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Receſſui, ipſique Capitulationi Cæſareæ inſerenda, obligans non minus abſentes, quam præſentes, Eccleſiaſticos æquè ac Politicos, ſive ſtatus ſint Imperii, ſive non, eaque tam Cæſareis, procerumque Conſiliarijs & Officialibus quam Tribunalium omnium Judicibus & Aſſeſſoribus tanquam regula, quam perpetuò ſequantur, præſcripta.

LX. Contra hanc tranſactionem, ullumve ejus articulum aut clauſulam, nulla jura Canonica vel Civilia, communia vel ſpecialia Conſiliorum decreta, privilegia, indulta, Edicta, commiſſiones, Inhibitiones Mandata Decreta, Reſcripta, Litiſpendentiæ, quocunque tempore latæ ſententiæ, res judicatæ, Capitulationes Cæſareæ, & aliæ Religioſorum Ordinum regulæ aut Exemptiones, ſive præteriti, ſive futuri temporis, proteſtationes, Contradictiones, appellationes, inveſtituræ tranſactiones, juramenta, renuntiationes, pacta ſeu dedititia, ſeu alia, multo minus Edictum anni 1629. vel tranſactio Pragenſis, cum ſuis appendicibus, aut Concordata cum Pontificibus, aut interimiſtica anno 1548. ullave alia Statuta, ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica Decreta, diſpenſationes, abſolutiones, vel ullæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterunt, exceptiones unquam allegentur, audiantur aut admittantur nec uſpiam

contra hanc tranſactionem in petitorio, aut poſſeſſorio, ſeu inhibitorij ſeu alii proceſſus vel commiſſiões unquam decernantur.

LXI. Qui verò huic tranſactioni vel paci publicæ, cõſilio vel ope contravenerit, vel executioni aut reſtitutioni repugnaverit, vel etiã legitimo modo ſupra convento, & ſine exceſſu facta reſtitutione, ſine legitima cauſæ cognitione, & ordinariâ Iuris executione reſtitutum de novo gravare tentaverit, ſive Clericus, ſive Laicus fuerit, pænam fractæ pacis ipſo jure & facto incurrat, contraque eum juxta Conſtitutiones Imperij reſtitutio & præſtatio cum pleno effectu decernatur & demandetur.

Pax verò concluſa nihilominus in ſuo robore permaneat, teneanturque omnes hujus tranſactionis conſortes univerſas & ſingulas hujus pacis leges contra quemcunque ſine religionis diſtinctione tueri & protegere, & ſiquidem eorum à quocunque violari contigerit, læſus lædentem, imprimis quidem â via facti dehortetur, causâ ipsâ vel amicabili compoſitioni, vel juris diſceptationi ſubmiſſa.

Verum tamen ſi neutro horum modorum intra ſpatium trium Annorum terminetur controverſia, teneantur omnes & ſinguli hujus tranſactionis conſortes, junctis cum parte læſa conſiliis viribusque arma ſumere ad repellendam injuriam, à paſſo moniti, quod nec amicitiæ, nec juris via locum invenerit, ſalva tamen de cætero unicujusque Iuriſdictione, juſtitiæq; juxta cujuſque principis aut Status leges & Conſtitutiones competenti adminiſtratione.

Et nulli omnino Statuum Imperii liceat jus ſuum vi vel armis perſequi, ſed ſi quid controverſiæ, ſive jam exortum ſit, ſive poſthac inciderit, unuſquiſque jure experiatur; ſecus faciens, reus, ſit fractę pacis. Quæ verò Iudicis ſententia definita fuerint, ſine diſcrimine Statuum, executioni mandentur, prout Imperij leges de exequendis ſententiis conſtituunt.

LXII. Vt

LXII. Vt etiam pax publica tantò melius conſervari poſſit, redintegrentur Circuli, & ſtatim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent obſerventur ea, quæ in Conſtitutionibus imperii de pacis publicæ executione & conſervatione diſpoſita ſunt.

Quoties autem milites quavis occaſione aut quocunq; tempore per alio um territoria aut fines aliquis ducere velit, tranſitus hujuſmodi inſtituatur, ejus, ad quem tranſeuntes milites pertinent, ſumptu, atque adeò ſine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur, ac denique omninò obſerventur, quæ de conſervatione pacis publicæ Imperii Conſtitutionis decernunt & ordinant.

LXIII. Sub hoc præſenti pacis tractatu comprehendantur illi, qui ante permutationem ratificationis [illegible] vel intra ſex menſes poſtea ab unâ alteraque parte ex communi conſenſu nominabuntur, interim tamen utriuſque placito comprehenditur Reſpublica veneta, uti mediatrix hujus Tractatus Ducibus quoque Sabaudiæ & Mutinæ, quod pro rege Chriſtianiſſimo in Italia bellum geſſerint, & etiam nunc gerant, nullum unquam adferat præjudicium.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, majuſque robur, tam Cæſarei, quam regii Legati, nomine verò omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc actum ſpecialiter ab ipſo (vigore concluſi die 13. Octobris Anni infra mentionati facti, & ipſa die ſubſcriptionis ſubſigillo Cancellariæ Moguntinæ, legato Galliæ extraditi) Deputati nimirum Electoralis Moguntinus, dominus *Nicolaus* Georgius de Reigersberg, *Eques*, Cancellarius, Electoralis Bavaricus, dominus Iohannes, Adolphus Krebs, conſiliarius intimus. Electoralis Brandenburgicus, Dominus Iohannes Comes in Sain & VVittgenſtain Dominus in Hamburg & Vallendas, Conſiliarius intimus. Nomine Domus Auſtriacæ, Dominus Georgius Vlricus, Comes à VVolkenſtein, Conſiliarius Cæſareo Auli-

cus Dominus Cornelius Gobelius Epiſcopi Bambergenſis Conſiliarius Dominus Sebaſtianus VVilhelmus Meel, Epiſcopi Herbipolenſis Conſiliarius intimus, Dominus Iohannes Ernestus, Ducis Bavariæ Conſiliarius Aulicus, Dominus VVolfgangus Conradus à Thumbshirn, conſiliarius Aulicus, Saxonico-Altenburgenſis & Coburgenſis, Dominus Auguſtus Carpzovius, Conſiliarius Saxonico-Altenburgenſis & Coburgenſis. Dominus Iohannes Fromhold. Domus Brandenburgicæ Culmbacenſis & Onolzbacenſis Conſiliarius intimus. Dominus Henricus Langenbeck Iuriſconſultus; Dominus Brunsvico-Luneburgicæ, lineæ Cellenſis conſiliarius intimus. Dominus Iacobus Lampadius Iuriſconſultus, Lineæ Calenbergenſis conſiliarius intimus &c. procancellarius.

Nomine Comitum, Scamni VVetteravienſis, Dominus Mattheus VVeſembecius Iuriſconſultus & Conſiliarius. Nomine utriuſque Scamni, Dominus Marcus Otto, Argentoratenſis; Dominus Iohannes Iacobus VVolff Ratisbonenſis; Dominus David Gloxinius Lubecenſis, & Dominus Iacobus Chriſtophorus Kreſs à Kreſſenſtain, Norimbergenſis Reipublicæ reſpectivè ſyndici, Senatores, Conſiliarii & Advocati, præſens pacis Inſtrumentum, manibus ſigillisque proprijs muniverunt ac firmarunt, dictique ordinum deputatis principalium ſuorum ratificationes formula conventa, termino ſupra conſtituto, ſeſe extradituros polliciti ſunt, reliquis Statuum Plenipotentiariis liberum relinquendo, velint an nolint nomina ſua ſubſignare ſuorumque principalium ratihabitiones accerſere.

Sed hoc pacto atque lege, ut ſubſcriptione jam nominatorum Deputatorum reliqui Status omnes & ſinguli qui ſubſcriptione & ratihabitione ſuperſedent, tam firmiter ad obſervantiam, & manutenentiam eorum, quæ in hoc pacificationis inſtrumento continentur, obligati ſint, ac ſi ab ipſis ſubſcriptio fuerit facta & exhibita ratificatio; nec ulla à directorio Imperii Romani contra ſubſcriptionem à memoratis deputatis factam recipiatur aut valeat vel proteſtatio, vel Contradictio.

Acta

Acta ſunt hæc Monaſterii VVeſtphalorum, die 24. Menſis Octobris, Anno milleſimo, ſexcenteſimo, Quadrageſimo octavo.

CAPVT LXXV.

Tractatus marinus, factus, concluſus & abſolutus Haga Comitis, die, 17. menſis Decembris, anno 1650. inter Meſſirem Anthonium Brun, legatum ordinarium Domini regis Hiſpanici ex una, & ex altera parte, inter Deputatos Dominorum Ordinum Generalium ex Provinciis Vnitis Belgij.

QUemadmodum à concluſione pacis Monaſterienſis inter dominos, regem utpote Hiſpaniæ, & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio factæ, nonnullę lites et diſputationes ſubortæ ſunt, de vero ſenſu articuli ſeparatim concluſi, quarto die menſis Februarii, anno 1648. in eadem urbe, quantum attinet navigationem, commercium, ſecuritatem, libertatem, et facilitatem illius,

Atque ijdem Domini rex nempe et ordines Generales conſultum putaverint, inducere aliquod lumē et explicationem, ut præveniāt quibuſcunque occaſionibus querulandi; adeòque magis ac magis conſtringant bonam concordiam interſemetipſos et ſubditos ſuos, reciprocè per ſinceram et perfectam abſolutionem illius tractatus pacifici in omnibus et ſingulis articulis ſuis, principaliter in illo puncto tantæ utilitatis et momenti.

In eum finem idem Dominus rex commiſit ex ſua parte Meſſirem Anthonium Brun, equitem conſiliarium ſuę Majeſtatis in ſuo Conſilio ſecretiore, et ſupremum conſiliarium rerum Bellicarum & Burgundicarum, apud ſuam perſonam, Plenipotentiarium ſuum ad tractatus pacis Generalis, & legatum ſuum ordinarium ad præfatos dominos Ordines Generales.

Statibus Domini regis Hiſpanici, & adverſus ipſum ſtatusque ipſius intentari.

V In Cætera regna, Status & provincias, quę ſunt in Amicitia aut Neutralitate cum iisdem provinc is unitis tametſi inveniantur bello implicitæ cum Domino rege non poterunt invehi merces vetitæ aut militares; & ut rectius hæc impediantur, iidem Domini Ordines Generales faciunt inhibitiones clariſſimas per campita & Edicta.

VI. Præterea, ut eo rectius perveniantur lites, quæ ſuboriri queant, de mercium vetitarum definitione, declaratum eſt concluſum, eo nomine cenſenda omnia genera fiſtularum ignivomarum, cum omnimodo apparatu, veluti tormenta ſclopeſta mortalia, crepitacula, folles, globi prægnantes farcimina circuli, piccata, ſuſtentacula, furcillæ, cingula, pulveres intrati, fomites, ſalpetræ, globi.

Intelligentur eo nomine itidem mercium vetitarum & ſingularium, quæcunque alia arma, veluti ſariſſæ, gladii, caſſides, capitalia, veſtes ferreæ, ſecures, jacula & quæcunque iſtum uſum præſtant, Prohibetur præterea ſub eodem nomine vectura copiarum militarium, equorum, phalerarum, manualium fuſiones, Zonæ & quæcunque fiunt ac formantur in juſus belli quoſcunque.

VII. Vt pari modo evitetur omne genus altercationis & contentionis, conventum eſt, ut ſub illo nomine mercium vetitarum ac ſingularium non comprehendantur frumenta, farra aliave grana & legumina, ſal, vinum, oleum, neque verò generaliter, quicquid cenſetur alimentum & ſuſtentatio vitæ, quæ omnia manebunt libera, quemadmodum quævis aliæ merces in articulo ſuperiori non comprehenſæ, cum earundem exportatio permittatur etiam in locis hoſtilibus, præter loca & oppida obſeſſa, circumcluſa aut infeſtata,

VIII. Vt autem impediantur merces illę vetitæ & ſingulares, quemadmodum ſuperius definiuntur & circumſcribuntur per articulos proximè præcedentes ne ad hoſtes domini regis Hiſpanici perveniant; & ut eosque

prę

prætextu impediendi, libertas atque ſecuritas navigationis & negotiationis ne retardetur, conventum eſt, ut Naves cum mercibus ſubditorum & incolarum ex illis Provinciis Vnitis, ubi ingreſſæ fuerint in aliquem portum domini regis Hiſpanici, & cogitabunt inde tranſire ad hoſtes; obligabunt ſolummodò producere & exhibere præfatis portuum Hiſpanicorum, aut aliis Statibus domini regis Hiſpanici, unde exibunt, literas principales & ſalvi conductus, quibus pateat navium vectura, per teſtimonium & ſignum ac ſigillum ordinarium, uti agnoſcatur à miniſtris thalaſſiarchatus in eo diſtrictu, ubi primum prodire, cum declaratione loci deſignati; omnia juxta formam ordinariam & ſolitam poſt quam exhibitionem ſalvi conductus in forma debita non poterunt vexari, aut poſtulari, attineri aut retardari in ſuo itineris curſu, ſub quocunque demum prætextu.

IX. Eadem itidem naves ſubditorum & incolarum ex provinciis Vnitis, ſi altum ſubeant, aut adlittus aliquod deſcendant, nullo portus deſiderio; aut ingreſſę nolint exponere & merces diſtrahere, non tenebuntur rationes aperire ſuæ vecturæ, niſi ſuſpicione laborent de mercibus vetitis ad hoſtes domini regis Hiſpanici transferendis, uti hic ſuperius dictum fuit.

X. Itaque ſub caſu ſuſpicionis apparentis iidem ſubditi & incolæ provinciarum unitarum tenebantur exhibere portubus ſalvum ſuum Conductum, in ea, quæ ſuperius eſt definita, forma.

XI. Quod ſi ad littus deſcenderint, aut in alto obviam veniant navibus domini regis, aut curſores particulares ſubditos ipſius, eædem naves, ut evitetur omnis confuſio, diſtabunt ad ictum majoris tormenti à continente, mittentque celocem aut cymbam regii ad ſubditos & incolas provinciarum Unitarum, quorum duo vel tres duntaxat aſſcendent & inſpicient ſalvum conductum in manibus Naucleri ex provinciis Unitis, in forma per articulos ſuperiores definita, præter literas marinas, ad illum, qui inferius adnectetur, modum ſcriptas.

Inde planum fuerit non ſolum de vectura judicare, ſed

ſed etiam de domicilio] & habitatione in provinciis vnitis.& de nomine tum Naucleri, tum navis, [vt ex hiſce duabus rationibus conſtare queat, an merces vetitæ vehantur,quin potius vt abunde appareat de qualitate navis,quemadmodum & de Nauclero] authero il ius; habebitur autem plena fides illi ſalvo conductui & literis,ma-tinis eò magis, quod tum ex parte Domini regis Hiſpanici tum ex parte illorum Dominorum Ordinum Generalium addentur antiſigna,ad majorem] præſtandum; valorē & omne corruptionis periculum evitandum.

XII. Quod ſi in ijſdem navibus ſubdirorum ex provinciis vnitis inveniantur per viam ſupperiorem, merces aliquæ vti ſuperius deſcribuntur vetitæ & [ſingulares, exonerabuntur!, & in indicem adeòque fiſcum redigentur coram Judicibus thalaſſiarchatus aut aliis competentibus, nave ipſa & cæteris mercibus [ſde bonis liberis ac permiſſis,quæ in eadem navi invenientur, intactis & à jure fiſci immunibus.

XIII. Præterea etiam conſtitutum eſt, & conventum, vt quicquid ſubditi & incolæ provinciarum] Vnitarum in navem impoſuerint erga Dominum regem Hiſpanicum hoſtilem; tametſi merces vetitæ & ſingulares non ſint, fiſcus vtique corripiet omnia,ſine exceptione, aut determinatione.

XIV. Sed ex altera parte liberum fuerit, quicquid invenietur in navibus, quæ ad ſubditos dominorum Ordinum Generalium ſpectant,tametſi vectura, aut pars illius ſpectet ad hoſtes Domini regis Hiſpanici; præter merces vetitas,quarum ratio conſtabit ex articulis præcedentibus.

XV. Subditi præfati Domini regis Hiſpanici idem jus reciprocè & eaſdem libertates habebunt in ſuis navigationibus erga eoſdem Dominos ordines Generales] Provinciarum Vnitarum, quas ipſorum ſubditi habent erga Dominum regem Hiſpaniæ eo ſenſu,vt reciprocatio] & æqualitas vbique conſtet vtrobique, etiamſi idem Dominus rex Hiſpaniæ poſtmodum ineat amicitiam & Neutralitatem cum regibus aliquibus, Principibus, aut Statibus, qui hoſtilitatem adverſus easdem provincias

Unitas

Vnitas exercere poſſent, adeo vtræque partes reciprocè vtantur ijsdem conditionibus, & reſtrictionibus, vt ſde ſcribuntur in articulis ſuperioribus.

XVI. Præſens autem Tractatus præſtabit lumen & explicationem articulo particulatim concluſo Monaſterij, die 4. februarij, anno 1648. adeò vt eidem nihil derogetur, præter id vnum, vbi præſens explicatio invenietur tranſire tenorem illius articuli.

XVII. Præſens Tractatus ejuſdem vigoris & temporis erit, ac ſi inſertus eſſet in tractatum Originalem pacis, inter eoſdem Dominos, regem ſcilicet & Ordines Generales initæ, cum hac tamen exceptione, vt ſi lapſu temporis percipiantur aliquæ fraudes aut incommoda in commercio & navigatione, quibus non ſatis cautum fuerit, & conſultum, aliæ tales cautelæ poſſint adhiberi, quæ judicabuntur vtrinque convenire, hoc vtique tractatu interea vim & robur ſuum obtinente.

XVIII. Denique præſens hic Tractatus gratus habebitur & confirmabitur per eoſdem Dominos, regem ſcilicet Hiſpaniæ & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio intra quatuor menſes, ab hoc ipſo die.

Sequitur formula literarum marinarum.

Sereniſſimis, Illuſtriſſimis, illuſtribus, Potentiſſimis, potentibus, nobiliſſimis; nobilibus, honoratis & prudentibus Dominis, Imperatoribus, regibus, rebus publicis, Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus Dominis, Conſulibus, Scabinis, Conſiliariis, Judicibus, præfectis Juſtitiariis, & rectoribus omnium omnino celebrium Vrbium & locorum, tum Eccleſiaſticis, tum ſecularibus, qui cunque præſentes haſce literas videbunt, aut legi intelligent.

Nos conſules & rectores vrbis . . . . notum facimus, ... dominum navis . . . . comparuiſſe coram nobis, & declaraſſe jureiurando, navem illam, quæ nuncupatur . . . . ferentem præter propter . . . . . taſtas ſeu dolia, cujus

jus ipſius jam eſt Dominus, pertinere ad incolas Provinciarum Vnitarum, ita vt ſalutem à Deo ſoſpitatore ſperet.

Quemadmodum verò lubentius animis videremus eundem Dominum navis adjutum in rebus æquiſſimis ita à vobis omnibus generatim & particulatim poſcimus, vbicunque locorum Dominus idem cum nave & mercibus appulerit vt ipſum beningnè excipiatis & debitè habeatis, permittatisque juxta jura ſolita vectigalium & ſumtu um ipſum intra, per & circa veſtrosportus, fluvios & Dominia, navigare, tranſire, frequentare & negotiari, idque pro ipſius lubitu & commodo, ad maiorem noſtram gratitudinem.

In cuius rei teſtimonium fecimus apponi ſigillum noſtræ urbis.

Sequitur copia illius poteſtatis, quam Meſſires Anthonius Brun, legatus ordinarius, accepit à domino ſuo, rege Hiſpaniæ.

REX.

Anthonius Brun ex Senatoribus meis ſummis Flandriæ, & legatus meus in Hollandiam, cum literis tuis ex 27. May proximè elapſi, miſiſti mihi copiam illius tractatus qui agitabatur cum provinciis Unitis de navigatione & negotiatione: ad quas tibi reſponderi feci, te brevi habiturum inſtituti mei indicem.

Nunc igitur viſum eſt tibi dicere, me gratum habere, quemadmodum nunc favo , vt eundem tractatum abſolvas , quem paratus ſum ratificare. Hinc expedit quemadmodum id tibi in mandatis do) vt hanc meam mentem continuò indices Ordinibus Generalibus , benevolentiamque mei conſenſus, quodque mandaverim Domino Johanni filio meo,

cate-

cæterisque militiæ meæ summis ducibus (etiam ante concluſionem & ratificationem illius tractatus) vt ſeſe præſtent conformes illi tractatui, cum hęc ſit mea voluntas, vt commercium augeatur.

Adeo vt conſequantur omnia momenta concordię; itidem juſſi, vt reſtituantur omnia, quęcunque capta fuère à pace, ad verſus poſtremum tractatum. Id autem tu ſignificabis interceſſatis, vt poſtulent eandem reſtitutionem, hac addita appendice, ſi compertum hic eſſet, tametſi à poſtulatione ſuperſederent, nihilominus ſatisfactum iri. Tu autem certiorem me facies de omnibus quę ſecundum hanc ſeriem fient, juxta curam tuam ſolitam.

Madriti, die 18. Auguſti, anno 1650.

principaliter ſignatum erat.

EGO REX.

& anti ſignatum.

HIERONIMUS DE TURRE.

Sequitur tenor illius poteſtatis, quam Domini Ordines Generales dedère Deputatis:

Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, omnibus pręſentes haſce literas viſuris Salutem.

Poſteaquam pleniſſimè ſuam nobis comprobarunt induſtriam, fidelitatem, dignitatem & diligentiam Rutgerus Huygens, Eques; Franciſcus Banniak, Kock eques Dominus Purmerlandi & Ilpendami, Conſul & conſiliarius Vrbis Amſtelrodami; Cornelius Ripperſe, Conſul regens vrbis Hoornę, in Friſia occidentiali, Iacobus

Verhj

Veth, Conſiliarius & Stipendiarius Middelburgi in Selandia, Gysbertus van Hoolk, exconſul vrbis Ultrajectiſ Ioachimus Andreè primus exconſul Curiæ Provincialis in Friſia; Johannes van der Beeke, in Doornick & Krytenburg Conſul vrbis Daventriæ, Adrianus Kland van Stedum, dominus Nitterſumi Deputati ex corpore noſtri Conventus.

Hinc perſonas ipſorum legimus, vt ex noſtra parte, tanquam noſtri Commiſſarii agant res graviſſimas de commercio & negotiatione marina, inter ſubditos Regis Hiſpanici, & illos noſtræ Reipublicæ; & vt expeditius negotio defungantur, quod in ſeſe receperunt, opus habent inſtrui à nobis plenâ poteſtate, potentia, authoritate, commiſſione & mandato ſpeciali.

Ea propter nos eis damus ex virtute præſentium literarum plenam poteſtatem agendi, conveniendi & concludendi cum Meſſire Anthonio Brun, legato ordinario Maieſtatis Hiſpanicæ apud nos, articulos neceſſarios, qui fuerunt exhibiti in noſtro Conventu de navigatione, negotiatione & commercio, vt de omnibus faciant & inſtrumenta, tabulas, contractus ac promiſſa in bonâ & debita forma conficiant.

Vt denique faciant generaliter in omnibus ſuperioribus, quicquid nos faceremus, aut facere poſſemus, ipſimet eſſemus, tametſi res requirat mandatum ſpecialius, quam in hiſce literis continetur. Promittimus autem, nos ſincerè & bona fide habituros gratum, firmum & ſtabile in perpetuum, quicquid per noſtros Deputatos factum fuerit, procuratum, promiſſum conventum & transactum in hoc negotio, nos obſervaturos, curaturos obſervari, ad impleturos & inviolabiliter cuſtodituros, nihil commiſſuros in contrarium, directè aut indirectè, quaecunque ratione aut modo, ſed omne illud ratificaturos, ſi opus ſit tabulas & inſtrumenta confecturos in optimâ formâ, qua fieri poſſit, ad mentem & integram ſatisfactionem ſuę Maieſtatis,

Factum Hagæ Comitis in noſtro Conventu, die 7. Decembris, anno milleſimo ſexenteſimo quinquageſimo, ſub noſtro maiori ſigillo ſigno & ſignatura noſtri Actuarij.

Erat ſignatum

B.J. MULERT Vt.

Scriptum erat in replica:

Ex mandato præfatorum Dominorum Ordinum Generalium.

Signatum per abſentiam Actuarij

J. SPRONSSEN.

In cuius rei fidem nos, legatus & Deputati ſuperius nominati, ex virtute noſtrarum reſpectivè poteſtatum, ſignavimus præſentes haſce literas, ſignis noſtris ordinariis, & fecimus apponi noſtra inſignia.

Hagæ Comitis, in Hollandia, die 17. Decembris, anno 1650.

L. S. A. BRUN.
L.S.R. HUYGENS.
L.S. F. BANNINCUS KOCK.
L.S. CORN. RIPPERGE.
L.S. JACOB UETH.
L.S. G. HOOLK.
L.S. Io. ANDRE.
L. S. IOAN VAN DER BEECK.
L.S. ADRIAN KLANDT.

Summa

Summa Capitum & Pactorum.

I.

Pacta matrimonialia inter Chriſtianiſſimum Galliæ Navarræque Regem Henricum IV. & Sereniſſimam Principem Mariam Medicæam, filiam Sereniſſimi Principis Franciſci, Magni per luſciam Ducis, Anno 1600, 15. Apr. 159

2. Pacta matrimonialia inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ & Navarræ, & Infantem Dominam Annam Auſtriacam, principem Hiſpaniæ, anno 1612, die 20. Aug. 164.

3. Pacta Matritiana in negotio Vallis Tolinæ, die 25. April. anno 1621. 175.

4. Pacta Monſoniana ad pacificanda negotia Rhetorum, & Vallis Telinæ, 5. Martii anno 1626. 182

5 Declaratio Regis Chriſtianiſſimi; quâ explicantur aliqui articuli transactionis Mōſanianæ, facta in caſtris ad Rupellam, die 6. Iunij 1628. 194

6. Tranſactio Ligæ ineundæ inter Pontificem Maximum, Regem Galliæ, Ducem Sabaudiæ, Venetos & Mantuanum: facta 8. Martij 1629. approbata à Duce Sabaudiæ. 20 Martij 1629. 200

7. Articuli pacis inter duas Coronas, Galliæ & Angliæ, anno 1629, 24. Aprilis. 204

8. Pacta inter Regem Hiſpaniæ, & Ducem Rohanium, nomine per duellium Gallorum, inita Madriti in Hiſpania, 13. May, anno 1629. 206

9. Transactio inita Hagæ Comitis abs Legato Galliæ, 17. Iunij 1630. 212

10. Transactio Ratisbonenſis de Ducatu Mantuano, & Marchionatu Monferratenſi, facta 13. Octobris anno 1930. 216

11. Pacta confœderationis & ſocietatis quinquennalis inter Ludovicum XIII, Regem Galliæ, & Guſtavum II. Regem Sueciæ, inita pro reſtitutione Principum & Statuum per

Q q 2

Germaniam, Bernvvaldi in Neomarchiâ Brandenburgenſi, die decimo tertio Ianuarij, anno 1631. originaliter. 225

12. Tranſactio de pace Chieraſci in Pedemontio inita, inter Deputatos Cæſaris. & Regis Chriſtianiſſimi, ſuper diſſidiis Ducum Sabaudiæ & Mantuæ, anno 1631. die 6. Aprilis.

13. Tranſactio confœderationis & Societatis in octennium ſancita inter Regem Galliæ atque Navarræ; & Maximilianum, Electorem Bavariæ, ſignata ab eodem Electore Monachij. Octavo die Maij; anno 1631. originaliter. 239

14. Tranſactio inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ & Navarræ, adeoque Carolum III. Ducem Lotharingiæ inita Vici, vltimo die Decembris, anno 1631. 242

15. Tranſactio Ludovici XIII. Regis Galliæ &c. cum Philippo Chriſtophoro, Archiepiſcopo Treverenſi, Electore & Epiſcopo Spirenſi: quâ Rex obligatur opitulari Electori adverſus oppreſſores, præterea curare ut deducantur ex Archiepiſcopatu & Epiſcopatu milites Regis Suecici Ehrenbretſteynij, Anno 1632 die 9. Aprilis. 247

16. Articuli tranſacti inter Cardinalem Richelium, Commiſſarium Deputatum à Rege; & Villanum, primum nobilem Camerarium & Iohanninum Secretarium intimum, Commiſſarios deputatos a Duce Lotharingiæ anno 1632. die 20. Iunij 251

17. Tranſactio inter Ludovicum XIII. & Victorem Amedeum Ducem Sabaudiæ, qua Dux cedit & transfert Regi proprietatem vrbis atq; caſtelli Pineroli ani, cum confirmatione tranſactionis Queraſcenſis in anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo primo die vltimo Martii, Taurini, quinto die Iulij, anno 1632. 256

18 Articuli tranſacti inter Sereniſſimum & Potentiſſimum principem, Ludovicum XIII. Chriſtianiſſimum Regem Galliæ & Navarræ, & Sereniſſimam ac Potentiſſimam Dominam Principem Chriſtinam, Reginam deſignatam, & Principem hæreditariam Suecorum, Gothorum, Vandalorum &c. 263

19. Tranſactio de pace inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ, &

lia & Carolum III. Ducem *Lotharingiæ, in caſtris ad Nanceium, anno* 1633 *die* 6 *Sept. initata: cum articulis, qui transactioni acceſſerunt Charmeſii, eodem anno: die viceſimo Septembris.* 267

20. *Pacta Confœderationis & Societatis inter* Ludovicum XIII. *Regem Galliæ &c. &* Principes *Statusque Poteſtantes Circulorum ac provinciarum* Electoralium, *per* Franconiam, *Sueciam & tractum* Rheni, *inita Francofurti, ad Mœnum, anno* 1633. *die* 15. *Sept.* 275

21. *Ceſſio & translatio* Ducatuum *Lotharingiæ & Barri in Cardinalem Lotharingiæ, à fratre* Duce *Lotharingiæ facta Mirecurtii, die* 19. Ianuarii, *anno* 1634.

21. Pacta *Confœderationis & Societatis, inter Ludovicum* XIII. *Regem Galliæ & Navarræ, adeoque Ordines Generales Vnitarum Provinciarum per Belgium inita Hagæ Comitis, ann* 1634. *die* 16, *Aprilis*: 281

23. *Pacta* Ducis *Aurelianenſis cum Rege Hiſpaniæ, adeoq; articuli transacti inter* Ducem *Aurelianenſem ex una & Marchionem Aytonæ ex altera parte, nomine Maieſtatis Catholicæ die* 22. *May, anno* 1634, 294

24. *Transactio inter Regem Galliæ Ludovicum* XIII. *Coronam* Sueciæ, *&* Ducem *VVirtembergiæ, aliosque Germaniæ principes, inita Lutetiæ* Pariſiorum, *die* 1. Novembre. *anno* 1634. 296.

43. *Pacta Confœderationis & Societatis inter Ludovicum* XIII: *Regem Galliæ & Navarræ, atque Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, contra* Cæſarem *Ferdinandum* II. *Archiducem Auſtriæ,* Philippum IV. *Regem Hiſpaniæ & complices: inita Lutetiæ Pariſiorum, die* 8. *Februarii, anno* 1635. 303

26. *Epiſtola Regis ad Ducem Montis Baſonis, Parem & Magnum Venatorem Galliæ, Gubernatorem & Legatum generalem Regium apud pariſios, & per inſulam Franciæ, qua explicantur iuſtæ cauſæ, quibus Regia maieſtas adacta eſt bellum in Regem Hiſpaniæ decernere.* 322

36. *Transactio inter Ludovicum* XIII. *Regem Galliæ & Navarræ, & Vrbem imperialem* Colmariæ, *quam in ſuum patrocinium Rex ſuſcipit, inita Aveli, Calendis Auguſti. anno.* 1635. 333

28. *Tranſactio à parte Regis Ludovici* XIII. *cum Oxenſtierna, Cancellario Regni Suecici, qui negotiabatur pro Regina Sueciæ, & nomine eiuſdem; inita Compendij, anno* 1635. *die* 28 *Apr.* 336

29. *Tranſactio inter Regem Ludovicum* XIII. *& Ducem Bernhardum Vinarienſem, inita ad fanum Germani in Leo, die* 26 *Octobr anno* 1635. 338

30. *Pacta Confœderationis & Societatis inter Ludovicum* XIII. *Regem Galliæ & Navarræ; tum Chriſtinam, Reginam Sueciæ, adverſus Imperatorem Ferdinandum* II. *& Complices, pro libertate Germaniæ, inita VViſmariæ, an.* 1636 *die* 20. *Martij.* 345

31. *Pacta Confœderationis inter Ludovicum* XIII. *Regem Galliæ & Navarræ, tum Guilielmum Landgravium Haſſiæ, inita Veſaliæ anno* 1636 *die* 21. *Octob.* 349

32. *Exempla plurimorum Imperatorum, & Regum ſub lege Dei, aliorumque principum, qui ut ſuperiores evaderent hoſtibus, populorum infidelium opera, utpote contrariorum legi ſuæ, & religioni, ſunt uſi.* 354

33. *Tranſactio de ſubſidio duodecies centenis millibus librarum, quæ Rex dat Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum, inita à Bulliono & Chavinio, Senatoribus Regis intimis, & Commiſſarijs ad hoc negotium, tum à Caſpare Vosbergio Equite aurato, Domino Iſcalariæ, Deputato ex parte provinciæ Selandicæ, in conventu Generali Ordinum & ad idem negotium à Conventu deputatus, die* 9. *Februarij anno* 1637, 358

34. *Conventa inter Ducem Bernhardum Vinarienſem, & Regem Galliæ Ludovicum* XIII. *&c. die* 17 *Aprilis anno* 1637 365

35. *Pacta Confœderationis & Societatis, inter Ludovicum* XIII *Regem Galliæ & Navarræ tum Chriſtinam Reginam Sueciæ adverſus Imperatorem Ferdinandum* III. *Domum Auſtriacam, & Complices; inita Hamburgi, anno* 1638. *die ſexto Martii.* 366

36. *Tranſactio inter Regem Ludovicum* XIII. *& Dominum Ducem Sabaudiæ, inita die* 13. *Iunij, anno* 1638. 370

37. *Tranſ-*

37. Transactio de ſubſidio duodecies centenorum millium librarum, inter Regem Galliæ, & ordines Generales Provinciarum Vnitarum, confecta à Bullioneo Senatore ſecretiore, magno theſaurario Ordinum. & Secretario mandatorum Regiorum in hac causâ, tum à Guilielmo Lierrao, Domino Oſtervici, Legato ſolenni Ordinum Generalium apud Regem. 374

38. Pacta Regis Ludovici XIII. cum Landgravia Haſſiæ inita die 22. Auguſti, anno 1639. 380

39. Articuli à Rege Ludovico XIII. indulti Directoribus exercitus Vinarienſis, proxime à Ducis Bernardi obitu, menſe Octobri, anno 1639. 389

40. Rationes, cur Domui Bavariæ non conſultum ſit, ut Alſatia & Briſacum Gallis cedant. 392

41. Colloquium Locatæ inſtitutum ex parte Eſpenani Pleſſeiq;, & Deputatorum ex Conſiſtorio Principatus Catalaunici, in quo conſtituerunt agere de Confœderatione inferius inſertâ in eam formam, quæ conſequitur, die ultimo Martij, anno 1640. 400

42. Tranſactio Confœderationis & ſocietatis inter Ludovicũ XIII. Regem Galliæ & Navarræ, & inter Principatũ Catalauniæ, inita die 15. Auguſti anno 1640. 402

43. Pacta Confœderationis & Societatis inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ & Navarræ, atque Chriſtinam, Regem Sueciæ, inita Hamburgi, anno 1641. die 30. Ianuarij, 408

44. Tranſactio facta inter Cardinalem Richelij pro Rege, & Ducem Lotharingiæ, Lutetiæ Pariſiorum, anno 1641. die 29. Martij. 410

45. *Pacta Confœderationis & Societatis inter Regem Ludovicum XIII: Galliæ, & Iohannem IV. Regem Luſitaniæ, inita Luteriæ Pariſiorum, anno* 1641. *die* 30 *Iunij* 416

46. *Pacta Confœderationis & Societatis inter Ludovicum XIII. Regem Galliæ & Navarræ, tum Chriſtinam Reginam Sueciæ, inita Hamburgi, anno* 1641. *die* 30. *Iunij;* 420

47. *Admonitio ex mandato Regis, de inſtitutis Comitis Sueſſonii, Ducum Guiſiæ, Bullionei, Velettani, Subiſii & aliorum* 423

48. *Summa pactorum, quæ Iohannes IV. Rex Luſitaniæ, cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio inivit, Haga Comitis in Hollandia, die* 21, *Ianuarij, anno* 1641. *&* 18. *Novembris.* 426

49. *Pacta & articuli inter Regem Luſitaniæ, & Celſos Potentesq; Dominos ordines Generales Provinciarum Vnitarum per Belgium. conſtituti ex parte ſocietatis, quæ negotiatur per Indias Occidentales* 432

50 *Tranſactio inter Regem Ludovicum XIII. & Principem Monaconis, de patrocinio illius principatus ſuſcipiendo; inita die* 8. *Iulij, anno* 1641. 439

51. *Transactio inter Regem Ludovicum XIII. & Ducem Bullionæum, inita* 5. *Auguſti anno* 1641. 443

52. *Transactio inter Regem Ludovicum XIII. ab una, & Mauritium Cardinalem atque Thomam, principes Sabaudiæ, ab altera parte inita, Taurini, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo, die* 14. *Iunij, &* 1. *Iulij ſequentis.* 447

53. *Epiſtola Domini Auraici ad Regem.* 451

54. *Epiſtola Domini principis Auraici ad Dominum Cardinalem.* 452

55. *Epiſtola principis Auraicæ ad Regem;* 453

56. Epiſtola principis Auraicæ ad Dominum Cardinalem 454
57. Reſponſum Domini Cardinalis ad viduam Bullioneam. 455
58. Reſponſum Domini Cardinalis ad Ducem Bullioneam. 455
59. Reſponſum Domini Chavinii ad Dominam viduam Bulliońeam. 456
60. Reſponſum Domini Chavinij ad Ducem Bullioneam. 466
61. Reſpponſum Domini Noyerii ad Dominam viduam Bullionaam. 457
62. Reſponſum Domini Noyerii ad Dominam, Ducem Bullioneam. 457
63. Deductio cauſæ pro Domino Duce Bullioneo inſtituta. 458
64. Epiſtola Regis ad Parlamentum, de marchinatione factioſa Domini Bullionei, Cincmarſii, & aliorum. 472
65. Altera reconciliatio Ducis Bullionei cum Rege, anno 1642. 475
66. Literæ aboliti criminis, Ducis Bullioneo datæ, anno 1642. m. Sept. 477
67. Poteſtas data Legatis Galliæ pro pace Generali, de iis, quæ agenda ſunt nomine Maieſtatis Chriſtianiſſimæ, cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio, ut perveniatur ad concluſionem pacis illius, firmitudinemque. Lutetiæ Pariſiorum, anno 1643. die 30. Septembris. 482
68. Pacta Confœderationis & Societatis inter Regem Ludovicum XIV. & Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, inita Hagæ Comitis anno 1644. Calendis Martii. 484

69. Epiſtola ad provincias Vnitas. 502
70. Transactio regis Galliæ cum Ordinibus Generalibus Provinciarum Vnitarum in Belgio, quæ commercia maritima ſpectat, anno 1646. 503
71. Transactio inter Regem Ludovicum XIV. Galliæ & Navarræ, Reginam Sueciæ, Dominam Ameliam Eliſabetham Adminiſtratricem Haſſiæ inferioris, ipſorum hæredes, ſucceſſores, Confœderatos & Adhærentes ex una, tum ex altera parte, inter Electorem Maximilianũ, Ducẽ Bavariæ, & univerſam Domũ Electoralẽ electorem Coloniæ, & principẽ Maximilianũ Henricũ, ipſorum provincias & exercitus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus terras & dynaſtias, inita Vlmæ Suevorum die 14. Martij, anno 1647. 520
72 Oratio legati Gallici ad Dominos Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, de ratione pacis, quæ Monaſterij diſceptatur. 510
73. Tractatus pacis die triceſimo Ianuarij, anno 1648. in urbe Monaſterij VVeſtphaliæ, inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem Philippum IV. Regem Hiſpaniæ &c. ex una & ex altera parte, inter Celſos & Potentes Dominos Ordines Generales Provinciarum Vnitarum in Belgio, concluſa 527
74. Inſtrumentum, ſive Tractatus Pacis, ſignatum & obſignatum Monaſterij in VVeſtphalia, die 24. Octobris anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo per legatos Plenipotentiarios Sacrarum Majeſtatum Imperialis & Chriſtianiſſimæ: tum per Deputatos extraordinarios, Electores, Principes & Ordines Sacri Romani Imperij, 561

75. Tractatus marinus, factus, concluſus, & abſolutus Hagæ Comitis, die decimo ſeptimo menſis Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo inter Meſſirem Anthonium Brun, Legatum Ordinarium Domini Regis Hiſpanici ex una, & ex altera parte, inter Deputatos Dominorum Ordinum Generalium ex provinciis Vnitis Belgii, 603

F I N I S.

A94
1655190

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C 18.

Digitized by Google

Digitized by Google